XL B 18 1 —

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XL
B
1
NAPOLI

X4 B 1

Odyſſeæ Ho-
MERI LIBRI XXIIII.

NVPER

A SIMONE LEMNIO EM-
porico Rheto Curienſi, Heroico
Latino carmine facti, & à mendis
quibuſdam priorum trans-
lationum repur-
gati.

ACCESSSIT ET BATRACHO-
myomachia Homeri, ab eodem ſecundum
Græcum Hexametro Latini-
tate donata.

Cum Caeſ. Maieſtat. & Gallorum
Regis gratia & priuilegio ad
quinquennium.

BASILEAE.

AD CHRISTIANISSIMVM, ET INVICTISSImum *HENRICVM II. Francorum Regem, Dominum & Mecœnatem ſuum clementiſſimum.*

MAXIMA belligerà terrarum gloria fama,
Orbis uictorum magni fortiſsime Regum
O' Henrice decus regni, Martiſq; potentis,
Qui regis Herculeas terras, & ſceptra gubernas
Gallica, quę cingũt Rhenuſq; et gurgite Nereus,
Pœniniſq; iugis Alpes, & culmina Graia:
Quacunq; & Phrudis, quà pingui Moſa fluento
Errat, & Oceanus diſiungit ab orbe Britannos,
Teq; rigat nitidis pulcherrima Francia lymphis
Sequana, quaq; Araris donat ſua nomina fluctu,
Fructifero cãpis Rhodano, claruſq; Garumna,
Argentæq; liquor, Variq; undoſa ſub altis
Flumina nata iugis, Ileriſq; & Siccarus amnis.
Si quid concedit Maieſtas regia Muſis,
Suſcipe Smyrnæos mihi uerſus, optime Regum
Aures & uacuas præbe, dum carmine laudes
Ipſe tuas narro, magni genitoris & acta.
Vos Aganippæàs Muſæ Permeſsidos undas
Mittite, & Aonios aſpergite monte liquores
Caſtalio, doctos cantus Helicone mouete.
Extulit auſpicijs ſua Francia lilia magnis,
Inq; triumphantis morem mouet aurea currus,
Lutetiæq; aula deduxit aduſq; iocoſi

Hoſtia Rex Araris pompas, equitumq́ triũphos
Atq́ acies peditum traxit: mirata Gebennæ (dis,
Gens plauſit Domino, Rhodanusq́ exiuit ab un
Naiadumq́ choros ripas euexit in altas,
Ominibusq́ bonis populi gratantur in oris.
Iamq́ annis iterum ſeſe pia Gallia lætis
Induit, exultatq́ nouis iam Sequana ſceptris,
Ac ſolito maior currit regalibus undis,
Aulaq́ ſe tollit regno iactantior alto,
Aſſurguntq́ nouo pariter ſua lilia Regi.
Parriſij auſpicio regali ſceptra ſequuntur.
Armorum proceres ueniunt, regemq́ ſalutant,
Regalesq́ habitus ſumunt: legumq́ potentes
Exornant aulam, teſtantes gaudia paſsim.
Nunc Pallas ſignis poſitis cum Marte parumper
Deſinit, & legio Regis uexilla ſequuta
Diſcolor hic ridet dulci ſub pace iocoſa.
Miles agit feſtos circùm palatia Regis
Sorte dies ampla. medijs iam ſplendida caſtris
Pax lucet. teſtis Rhodanusq́, & Sequana diues.
Viderunt illi regales undiq́ turmas,
Quoq́ ſit ingreſſus magnam rex inclytus urbem
Splendore, & poſito lętata eſt Francia bello.
Pax, & amœna fides, pompa ſunt caſtra ſequutę.
Hinc etiam Pallas nitido circundata limbo,
Ornauit poſito clypeoq́ atq́ ægide ſæua
Gorgone, ſed qualis Cirrheas uiſere Muſas
Virgo ſolet, Regem. toto fuit agmine clara.
Ipſaq́ Parriſio Regis uallata ſenatu
Tum Bellona ſtolam geſsit, ſcutumq́ remouit,
Et galeam capiti dempſit, tergoq́ reuecta
Mitis equi, gaudens oſtentat lilia Regum.
Nec te laurigera pudeat Mars ire cohorte,

Et

Et geſtare manu frondes pacalis oliuæ,
Sequanicaq́; toga dudum mutare micantem
Loricam,Regemq́; ſequi,qua Sequana currit.
Dum tibi ſtat currus , dum ſtat tibi ferrea cuſpis
Ad frondes poſita,& ludunt per aperta iugales
Prata.eſt digna coli,nec nuper cognita bellis
Progenies Regum claræ Valeſia gentis:
Hæc domus inſignis decorat diademata Frãcis.
Sequana promeruit regis cunabula tanti.
Quæ fouet oceanus circum,quà Phœbus arenas
Occaſu illuſtrat.decuit de principe naſci
Francorum magno Regem, qui ſumat habenas
Terrarum, quaſcũq; rigat bene fonte Garumna,
Montiuagisq́; undis,donec ſe miſcet amaro
Oceano,& Ligeris dulcis quaſcunq; pererrat,
Nobilis & Rhodanus, Ilerisq́;, Titusq́;,iugisq́;
Montoſis Varus currens, Argentaq́; diues: (bas.
Quas uidet et Phrudis, Dorisq́; Britannica gle-
Hasq́; pater rexit quondam, fortiſſimus heros.
Non minor ille quidẽ priſcis ſub Marte Pipinis,
Aequandus bello tibi quondam Carole Magne:
Quiq́; dabas Gallis pulcherrima lilia regni
O' Clodophæe,decus primum,cui Gallia tota
Paruit,& uarijs celebris Martelle triumphis.
Mars alter pugnis fuerat Franciſcus, & ingens
Fulmen Bellonæ,docuit quem Pallas in armis.
Ille Caledonijs aluit ſua caſtra ſub aruis,
Oceaniq́; uiros ſibi iunxit munere Scotos.
Sudores toties ſub caſside pertulit acris,
Titanisq́; æſtus fortis tolerauit in armis,
Dum bellatur agris,medijsq́; in millibus ardet,
Terribilis pugnis,debellatorq́; Britannæ
Gentis,& in Latio toties fera bella togato,

Atq; ultra Tyberim,& Circeia littora caſtra,
Læſtrygonasq; feros quoties Caieta gerentem
Finibus ipſa tuis Clodopheio prælia marte
Vidiſtiq; quoties timuit ſibi Larius undis,
Et quaſſata ſuo toties circa oppida bello,
Quaq; fluit Phrudis,maduerunt hoſte refuſo
Non ſemel arua.equidē Pictonū ſenſerat arma
Terra diu,& circa reſonans glacialis in undis
Oceanus,caluit ſibi uicta Britannia tabo,
Immenſusq; Padus,Doriasq; cruore relabens,
Inq; Padum referens ſtrages & mille cateruas.
Fleuerunt cumulos cædis tum Naiades undis,
Heliadesq; iterum ueluti Phaetonta cadentem
Luxerunt lachrymis mœſtæ.teſtatur in armis
Iſtonius uictus,retro Ticine recurrens
Ad fontes oppreſſe tuos,tum Celtica ſigna
Hic timuiſti ergo.fugit cataphractus in urbem,
Deiectisq; uiris ceſſere ad mœnia nota
Aeripedes.tumuit forti tum Gallia marte,
Heluetij & Rheti uictricia ſigna tulere,
Indefeſſi armis populi,qui Lilia ſemper
Defendunt Regis,proauitaq; regna tuentes,
Iuncti cum Francis, decus immortale per arma
Victores retulere ſuo certamine Regi.
Franciſcus laudes armis tranſgreſſus auitas,
Aequauit priſcos reges in bella ruendo.
Obſtitit an forti quicquam?per caſtra cucurrit,
Perq; Italos campos equites pedítesq; reuexit.
Haud Europa quidē ignorat,quàm ſæpe cruore
Ciſalpina fuit roſeo calefacta per arma
Gallia, & ut Latium,nec non Germania fortis
Induerint clypeos, & turmis arma pararint,
Cum ruerent bello Senones,cāposq; per omnes
Horrida

Horrida Franciſci per terras bella ſonarent.
Scit bene flauenti cum Saxone cærulus Albis,
Sarmaticisq́ uadis ſcit Viſtula Martis Eoi:
Expertusq́ Aquilo Francos gelidiſſimus acres.
Quid Serpentigeris ducibus pugnata per arua
Prælia? quid memorē pugnas, Martisq́ labores
Nunc ad Ticini ripas, nunc Phrudis in agris,
Nunc ad Pyrennen circumtulit arma niuoſam.
Subdidit hic regno cum marte Britānica ſceptra,
Atq; Araris fontes, & ſubdita rura Lemanni
Curſibus, Allobrogum coniunxit feruida gentis
Arua ſuis populis, regnumq́ euexit ad aſtra.
Tanta fuit Regis (non ipſa Europa negabis)
Franciſci bello uis, atq; interrita uirtus.
Cæſareas Aquilas cum nemo auderet in armis
Tentare, aut bello ſeſe defendere contrà,
En quoties tibi ſuſtinuit? quin ſolus in acres
Prodijt hic populos, & totum terruit orbem.
Nil Europa quidem Scythicas orientis anheli
Pugnas audiſti, nil quid Babylone mouerent
Parthorum reges, nil quid furioſus Hydaſpes,
Externusq́ Indus. Sed quanto Francia rege
Alta tumeret equis ſub Marte frementibus altis,
Certè pauiſti, cunctasq́ pauore repleri
Terras ipſa tuas Francorum Marte tonante.
Ergo refer reges, & Achaica regna recenſe,
Si tantos unquam ſonitus, Martisq́ tumultus
Audiſti, dicas. equidem quoq; Cæſar Iberus
Sæpius obſtupuit uirtutem, & pectora bello,
Indomitasq́ acies Regis, & Martis honores.
Cumq́ nihil magnum bellis horreſceret Albim,
Bructerosq́ armis, & duros Marte Cheruſcos:
Sed tamen ut mouit Bellonam Francia curru,

Excuſsitq́ꝫ comas illi, Geticumq́ꝫ maniplis
Gradiuum duxit, qui terret uoce Gelonos,
Auſpicijs Franciſce tuis: Tum Cæſar in armis
Sollicitus fuit, & Pyrenne ad celſa Gebennæ
Culmina proſpexit excita ſtupore niuoſa:
Saxonicusq́ꝫ Albis, miratus conſtitit undis,
Viſtulaq́ꝫ extimuit, Geticusq́ꝫ exterritus Iſter
Tardius iuit aquis, Aquilæq́ꝫ immania regni
Totius ſceptra & uires mouere potentes
Imperij, ueluti totus concurreret orbis.
Vſqꝫ adeò uiguit ſub tanto Francia Rege,
Qui cunctas toties terras tremefecerat orbis.
Digna legi uirtus, cum mixto turbine gentes,
Danubiusq́ꝫ equites Latio transfunderet alto,
Atqꝫ Iſtri totæ fremerent cum prælia ripæ,
Anguiferosq́ꝫ uiris operirent agmina campos,
Erupit caſtris, atqꝫ altis Alpibus ingens
Effudit Senones, ſparſitq́ꝫ per intima regna
Auſonijs oris martem, quàm longus oberrat
Mons Apenninus, Calabrisq́ꝫ extēditur undis,
Et nunc Inſubres, nunc Boios agmine terret:
Nunc Calabros intrat, & bello fulminat Arpos,
Atqꝫ Capys muros ſubit, obſidione recinctam
Euboicam inuadit ſedem, tumulumq́ꝫ ſepultæ
Sirenis Latio. magnis conſederat aruis
Maſsiliæ Teuton, totusq́ꝫ incurrerat orbis
Occidui ſolis, tunc omnes milite campos
Phocaicos texit paſsim. ſed feruidus armis
Defendit uictor Franciſcus, & ardua Gallis
Gloria ſucceſsit, tantus fuit ille frementes
Inter opes Martis, ferrumq́ꝫ & prælia ſæua.
Eſt facile ergo duces comitesq́ꝫ per arma ſeuera
Vincere. uerùm Aquilis, & magni Cęſaris armis,
In

In longo bello,ſeu marte reſiſtere prompto,
Ardua res equidem.Quoties Franciſcus acerbis
Bellorum pugnis aquilas, & Cæſaris altas
Contra acies iuit, Clodophæiaq; regna decusq;
Defendit clypeis,& Francica lilia texit? (ma
Dic mihi,quis cõtrà fortes modò ſumpſerit, ar-
Tot pugnis Aquilas, genteſq; in bella ſeueras:
Qui non tradiderit terræ ſua regna,decusq;.
Vnus Franciſcus ſemper ſua ſceptra,ſuasq;
Obtinuit terras,bellumq; & fortia facta
Geſsit acris ſemper contra tot prælia regum,
Quos iactant aquilæ, quos duro marte Britãna
Terra,potens undis.quanquam regnator eous
Graiugenas,Aſiæq; urbes,& Phaſidos oras,
Et Syrios,Arabasq; leues,& aduſq; Syenen
Seruitio populos premit,& Nilotica regna,
Et Libyæ gentes,& qui te Bragada potant,
Eufrateq; ferox ſaxoſo murmure ſyluis,
Maluaq; pulcher aquis, Hebriq; Iſtriq; liquores
Ore bibunt gelidos:tamen ille ut prælia ferro
Iam miſcenda Aquilis uidit,dat terga fugaci
Raptus equo celeris.Sed Gallia ſemper in armis
Contra acies Aquilasq; ſimul Mauortia greſſus
Rege tulit fortes Franciſco,gloria fulſit
Francorum caſtris, & candida fama ſequuta eſt.
Fortis erat bello,& uelut ipſe acerrimus Aiax,
Si pedes in pugnas ibat bellator Achilles
Magnus equis, ſiue Oenides ſternebat in armis
Aggreſſos hoſtes Diomedes alter,& alter
Caſtor equo reſidens pugnabat feruidus enſe.
Omnibus afflictis quoties hic ſolus acerbas
Suſtinuit uires,uel iam labentibus ictu
Militibus ſolus concurrere milibus auſus,

Dum defendit equo pugnas. tot funera contra
Reſtitit hic toties fortis per prælia Martis.
Obſtupuere illum toties & Rhetus, & acris
Heluetius, Rhodaniq; acies, & Larius omnis,
Miratiq; ſuis ſteterunt tum Teutones armis.
O' quoties flammis ſeruauit & arua colonis,
Extinxitq; ignes, rapuitq; è fomite terras,
Et uirtute ſua leti de faucibus urbes
Eripuit fortis, præſensq; ſuperuenit armis.
Quid cum ſæpe irent uarijs incendia terris,
Non ſecus ac quondã lapſu Phaetontis in undas
Eridani radijs, cum ſe Clymeneia clades
Obtulit, & flammis fermè flagrauerat orbis.
At cum iam Titan rurſus moderamen equorum
Cepiſſet, redijt mundi concentus, & ipſe
Agnouit dominum currus Phaetontis abacti.
Sic pater ille tuus tulit auxiliumq;, bonamq;
(Inclyte Francorum fama rex, gloria gentis
O' Henrice tuæ, & columen tam nobile Gallis)
Per terras formam, pulſo Phaetonte, quadrigas
Tum moderatus equis melior, duxitq; triũphos.
Munificus fuerat, teſtatur Rhenus & Albis,
Teſtis Danubius, cuius quoq; ſæpe cohortes
Gallica ſub Martẽ indomitũ ſunt ſigna ſequutę.
Cumq; his Heluetij, Rhetiq; per ardua fortes
Bella, uiros illos ſoli ſibi iunxit amore
Virtutis. quibus ille ingens præclara peregit
Facta, & per campos toties fera prælia geſsit.
Hic animo excellens memori, linguasq; diſertus
Calluit hic plures, qualis Perſeia proles
Cyrus, & immanis Mithridates marte feroci:
Scipiadasq; ſonis imitatus. maxima uirtus
Splenduit ingenio forti: nec cætera ſegnis,

Quæ-

Quæcunq; ad laudem ſtimulãt. pietatis abundãs,
Pœnæ parcus erat: teſtis Doriasq;, Padusq;,
Hic ubi Taurinis ſtatuit tentoria campis.
Cum poſſet ferro delere hic mille cateruas,
Seruari uoluit. paci non intulit iram,
Poſt acies odium poſuit, uelut ultor in arma
Fortis erat, cum cauſa uocat: ſic parcere mitis,
Subiectis. Si quæ forſan per prælia clades
Obuia ſe tulerat, patiens uincebat Vlyſſem.
Quod ſi Pellæus iuuenis deuictus in armis
Vel ſemel ille foret, forſan non ulla relicta
Spes illi foret, aut proſtratus pectore toto
Deſperaſſet iners, aut fortè inglorius armis
Vixiſſet poſthac, decorisq; oblitus & artis.
Pellæus fœlix, & fœlix Sylla. fuere
Fœlices tantum. Franciſcus uictor amaram
Per pugnas toties ſuperauit pectore ſortem.
Si ſors infœlix acie ſeſe obtulit, ille
Non minus hãc conſtãs, quàm ſi ſibi læta fuiſſet,
Pertulit, & fortis fortunæ mente procellas.
Vicit Alexandrum longè hac uirtute Pelaſgum.
Sortem utrãq; tulit ſemper moderatus habenas.
Sic fuit ille choro uirtutum laudis abundans,
Inq; ſuos Rhetos, quorũ ingens fama per arma,
Heluetiosq;, uiros bene libertatis amantes,
Atq; pares Marti, largus, donisq; beatus.
Hinc amor, hinc regni decus, & creſcẽtia ſceptra.
Hinc laus, hinc ualidæ deuoto milite uires,
Et manſura fides aciẽ, populisq; ſequutis.
Hinc ualidum regni robur. ſic maxima uirtus
Heroum ſoli uiguit. hoc inclytus ortu
Naſceris, ac Regis de maieſtate creatus
In regnũ creſcẽs, Clodopheiq; adoleſcis in oſtro.

Aurifo-

Auriferis te eduxit aquis undoſa Pipini
Ora, nec ignorat quàm ſis tu ſorte beatus
Sequana Celtarum, qui te iam laude futurum
Aequalem priſcis magno uirtutis amore:
Teq; Araris, Rhodanusq; potẽs te gaudet alũno,
Et gelidus Phrudis, Ligerisq;, & culta Garumna
Prata rigans, regumq; lares, Argentaq; diues.
Sequanaq; exultat ſub te iam Rege beatus.
Es ſublime genus regum, regnoq; potentem
Nobilitas ueterum poterat te ſola tueri:
Plus multo tamen ipſe tua uirtute niteſcis.
Nec tamen illa latet, ueterum ueſtigia preſsit,
Et teneris ſeſe dudum bene ſuſcitat annis.
Namq; ſub auſpicijs genitoris bella ſequutus,
Virtutum ſpecimen dederas, in caſtra receptus
Iam toties patris, ceu Scipio fortis in arma,
Ceu pius Aſcanius coram genitore ruebas
Quà ceſſant terræ, quà nondum diuidit oras
Phrudis aquis: equidem uirtus tam nobilis iſta
Ad tantum regnum poterat bene iurè requiri.
Non tibi frenandi dociles ſeruire per oras,
Qui bene thura legũt Arabes, non Seres in altis
Lanifici ſyluis qui pectunt uellera fronde,
Non leuis Armeniæ tractu tu ſceptra gubernas,
Maſſagetumúe ſolo, quo rexit fœmina regnum.
Sed tibi Teutonico gens eſt quæ ducitur ortu,
Pergameaq; domo celebri uirtute regenda.
Hinc ſemper uiuit Francorum gloria regum.
Quis neſcit Martis prolem per prælia nota
Martellum inſignem? quis te Rollãde trophæis
Ignorat? uel cui non Magnus Carolus armis
Eſt celebris? uel quis Clodophæia lilia neſcit?
Siue triumphato cui non ſtagnantis in aruis

Ticini

Ticini atq; Iſtri,Doriæq; ex Alpibus orti
Cultore,atq; Padi deuicto fonte ſub ipſis
Montibus aeriis: teſtis Carionia clades,
Geſtaq; per Latias immania prælia gentes,
Oceaniq; Somesq; oras,littusq; Britannum,
Franciſcus genitor Boreæ memoratus in orbe.
Qui patriæ plus mitis erat, quàm nulla Pipini
Gens antiqua ducum. quos tu uirtute ſequutus
Exprimis inſignis, peditũ prius agmina ſemper
Exerces ſtudiis & ſæui Martis in armis,
Si quę bella tonant: prior ipſe incurris, & inſtas
Frangere Marte acies,ferrũq; atq; ingeris haſtas,
Enſiferosq; moues,pugnasq; iniiſſe feroces
Regalis mandas,cogisq; accedere ſegnes.
Scit bene ſub borea Phrudis, ſcit Marte Tabulla
Meſſeq; prægrandis. cum Gallica prælia pubes
Affectans campis,Rhetea q; dura ſequuta
Gens ſtudia armorum,Tigurinaq; laudib. ingẽs
Bellorum, & florens dudum Baſilea camœnis,
Heluetięq; manus aliæ, Taurinaq; proles,
Syluestrisq; Vrus, atq; horrida cornua belli
Tauriſci populi,quem Mars pręferre Gelonis
Bellonæq; audet,ſæuis & Thracibus armis,
Et nemoroſa phalanx bellaci Marte creata
Suitenſis fremeret: qua ſtrenuitate per arua
Belgica percurreris,timuitq; Britannica Tethys,
Obſtupuere Aquilæ, ſeſeq; in fœdera tecum
Iunxerunt,poſitisq; domum ceſſere ſub armis.
Terror erat mundi: Germania mota triumphis
Tota tuis,poſtquam deflerunt funera fontes
Eridane alta tui,& frontem Ticine rigaſti
Fletibus emiſsis,dum plangis triſtia clade
Ad Carioneas ſedes tot buſta caducum

Heroum tumulis. Verùm ut tua Martis acerbi
Agmina Rhetea coniuncta cohorte ruerunt
Heluetium in pugnas: te ſolum pacis oliua
Prætenta ex acie, quæ certatura ſub armis
Iam fuerat, ſtudioſa tuæ ſub Marte rogauit,
Atq; iniit fœdus potius, bellumq; remiſit,
Obſtupefacta tuis in prælia dura maniplis,
Eductis animo ingenti, & certare parato,
Rex etiam boreæ, qui regni torquet habenas
Albionum gelidas, glaciemq; in gurgite Nereus
Voluit Hyperboreus ſibi trux Aquilonis ad undas,
Anglicus immanis dũ cœlũ territat armis,
In Somiosq; agros transfundit rure cateruas
Sæuus ab occiduo, ferrumq; & regna laceſsit:
Heluetiis poſtquam iunctis in bella phalange
Rhetorum, Francisq; tuis ad littus aquoſum
Veniſti, ſubito curſu ſe mœnibus altis
Incluſere ſimul trepidi ſine marte Britanni.
Hinc abiere feræ, nemoroſaq; ſylua receſsit,
Et uacui campi, fugitq; Britannica Tethys.
Nuſquam armis auſus ſe ferre in prælia dura
Anglicus: at latuit. tantus fuit undiq; terror,
Obſtupuit Boreas, idq; audiit ultima Thule.
Artois fletus pugna deſerta refudit,
Chalaicæq; ſuo tremuerunt littore gentes,
Atq; Lycaoniis præcluſa Bononia campis
Horruit, & matres preſſere ad pectora natos.
Eſt tibi nota quidem Bellonæ ars horrida ferro,
Vt quoq; caſtra loco tibi ſint ponenda ſalubri,
Vtq; dapes habeas, frumentaq; ſecta per agros,
Vtq; undas propius ſtent, nec ſint peruia turmæ
Hoſtili, ut ſeruanda uigil cuſtodia uallis,
Excubiæq; uirûm, cuneusq; ubi factus in hoſtes
Denſe-

Denſetur potius: quo campo cornua tendi,
Torqueriq́; queant, flectiq́; in mille furentum
Marte modos: quæ ſint cliuoſis montibus aptæ,
Quæq́; acies planis campis, aruisq́; ſub arctis
Siue amplis: quæq́; inſidijs ſint peruia caſtra.
Quæq́; dolis uallis, quæ ſit uia ducta per agros,
Et dumeta latẽs: num ſint hoſtilia denſos (bris.
Agmina ſub frutices, nemorisq́; horrẽtibus um-
Nec tibi difficile eſt, toties qui caſtra ſequutus
Es patris, & patrijs puer ipſe eductus in armis,
Vidiſti quibus impetibus per bella, per oras,
Quaq́; arte aduerſos cuneis diſiecerit hoſtes,
Et quo diſtulerit furioſas marte phalanges
Conſilio. magnus Libycis ceu Scipio turmis
Obſtitit, & patrios ſequitur per bella tumultus:
Sic etiam in pugnas claro genitore ruebas.
Cum latet incluſus, ſeu fidit mœnibus hoſtis,
Seq́; intra muros retinet, ſeu turribus altis:
Tum tibi tormentis mittuntur fulmina ſæua,
Deſtructura domos, tonitrus fumante ruina.
Saxa rotant, denſis hinc æra ſonantia fumis.
Non aries frangit portas, ſed fulgura miſſa
Fulmine perrumpunt igniti pulueris arces,
Et diris lapidum ſaxoſa tonitrua flammis.
Votaq́; per ſpacium belli non ulla remittis
Secura, ut ſi quà forſan te longa moretur
Obſidio muris non fidis in hoſte recluſo,
Sed magis ipſe caues, ne qua inter gaudia noxa
Bellorum erumpant hoſtes. ſed prouidus urges
Excubias uigiles, caſusq́; tueris, & inſtas
Exemplo, ſpecimen præbens uirtutis in arma.
Sæpe etenim requie crudelior hoſtis ab urbe
Excurrit, quare lætus uictricibus armis

Pro-

Proſpicis,ut nullas fundat uictoria clades,
Quæ nocet incautis,& qui damnoſa ſequuntur.
Ne tibi luxuries ocio nimis ulla redundet,
Ne tibi ſeditio caſtris ſe nutriat uſquam,
Prudenter curas,inq; ipſa pericula primus
Irruis,ac nullis pluuijs,nec manè pruinis
Cedis, & in ſolis radijs perſiſtis ut acer
Miles,& in primas acies prorumpis,& ingens
Exemplo turmis fulges in ſplendida facta.
Si ſyluæ denſæ prohibent horrentibus umbris,
Primus inis fortis.ſi ſtagna immenſa refuſa,
Saxoſumúe ſonans flumen ſub ualle profunda
Intonat,illatus tunc in montana fluenta
Prætentat ſonipes currens,liquidoq; natatu
Præuertit uolucres fluuios tuus,uſq; ruendo
In laudes belli celebres.tibi teſtis ad arma
Exultans Phrudis,muſcoſo fonte refuſus,
Sæpius hoc uidit.medias nunc agmine turmas,
Atq; globos equitum incurris, cogisq; fremētes
Aeripedes,nunc ad pedites procinctus ouantes
Ocyus accedis,multumq; hortaris ad altam
Virtutem inſignis, demulcens pectora dictis.
Pro patrio regno ſudas defenſor in armis.
Pro quo cuncta pati gaudes,nullumq; recuſas
Diſcrimen tentare.docet bene Phrudius amnis,
Et quaſcunq; rigat terras labente liquore.
Nil obſtat,non ora maris,non dura uiarum
Mōte iuga,aut ualles,gelidisq; pruina ſub urſis.
Ipſe uolas inuictus equis,uictricia ſigna
Laturus.ſpectatur ouans Calydonia pubes,
Scotorumq; duces armis.tibi cærulus Albis
Militat,Heluetijq; pij, & Rheteia ſummis
Alpibus exurgens bellis haſtata caterua.

Terrarum accurrit miles ex omnibus aruis.
Cum petis,accedunt flauentes crine Sicambri,
Datq́; ſuum bello ueniens Alemannia nomen.
Baſtarnæq́; truces meruere ſtipendia Martis
Sub te Rege ſibi.quin & trux accola ſyluæ (lis:
Bructurus Hercinię, et pharetratus Sarmata te-
Quîs tu ſemper ades, primusq́; incurris in ha-
Sic præſente ſuo miles iam prõptior arma(ſtas,
Tractat,& ad palmæ per ſe curſurus honores.
Cum tamẽ horteris,ſpecimẽq́; in bella reponas,
Acrior inſtabit,cuneosq́; infringet,& hoſtes
Depellet fortis.tales in bella ruebant
Scipiadæ quondam,Mariusq́; & Sylla feroces.
Nam te teſte labor,teq́; ipſo bella gerente
Rege magis gratus,longeq́; illuſtrior ibit
Victor equus cãpis, referetq́; trophęa per arma.
Sic Pyrrhus quondam,ſic & Peneius Achilles,
Cum uertere ſolo Priameia Pergama Troiæ.
Talis Pellæus iuuenis,Macedumq́; Philippus
Rector,opũ diues.magna eſt ea Martis honore
Laus regum.ſic & uictor Sperchius Hydaſpen,
Et Porum domuit terror,Gangetis ad oras
Progreſſus pugnis. regnent Euphratis in aruis,
Iſiacisq́; oris alij,Nigrumq́;,Tigrimq́;,
Aſsyriumq́; Lycum, & calidas Gangetis arenas,
Et teneant quacunq́; fluit pharetratus Araxes
Curſu impacato,et reſonat quà Caſpius humor,
Seu quicquid primis radijs irrorat Eous.
Sed plus eſt multo,quòd paret Gallia regi
Marte animoſa tibi.non ulla eſt lætior auro,&
Diuitijs regio.ſi ſpectes ſolis utrunq́;
Oceanũ,atq́; domos Phœbi:ceu pinguia Ba-
Et quaſcunq́; beat terras eous oberrans (ctra,

Oxius.Hæ ſiquidem ſub eodem limite fructus
Educunt,niſi quòd tepido ſe Francia ſole
Occiduis pandit radijs Phaetontis:at illæ
Se matutinis ſubdunt ſplendoribus.Eos
Bactra uidet,Francos præpingui ueſper ab ortu.
Quin opibus præter quàm Gallia diues abũdat,
Marteq́ præcellit,doctas colit illa camœnas.
Illa uiros claros nutrit: conferre Maroni,
Siue Arpinati poteras,& laude Platoni
Ingenij heroas.qui norunt ſidera cœli,
Stellarumq́ uices,& rerum quærere cauſas,
Ac ſcire herbarum uires,artesq́ potentes.
Hinc tot militibus tot regia præmia donas.
Ambit te Eridani potor,Tibrisq́,Tagiq́.
Accola Danubij currit,Cattiq́ feroces.
Deſerit Oceani frigentes Cymbrus arenas,
Ingentesq́ artus Albim fugere Cheruſci.
Accipis ipſe uiros,& digno muñere donas,
Atq́ alis ad bellum tot gentes diues. & ipſos
Heluetiæ populos fortis,cunisq́ iacentes
Illorum pueros donis,atq́ ære coruſco,
Atq́ auro decoras:ceu ſpem creſcentis ad arma
Eximiam pubis.ſic tota Europa,cadensq́
Sol radijs currus tepidis tibi militat aruis,
O Henrice decus belli, clariſsime regum.
Fœlix es regno,Clodopheiaq́ lilia Francis
Exornas uirtute tua.te Rhetia celſa,
Heluetiæq́ manus ſemper mirantur honore.
Vt fortes in bella uiros,ſic pace requiris,
Electosq́ colis donis,longumq́ tueris,
Militiæq́ bonis decoras. Sub marte Quirinum,
Pace Numam præſtas,famaq́ actisq́ Pipinos.
Munificus ſplendes auri largitor,& æris.

Hinc

Hinc te miles amat, hinc te tua Francia laude
Extollit cœlo, & legum tua turba diſerta.
Egregijq́ uiri, quos Gallia ſuſpicit ingens,
Qui priſcas norunt leges, Romanaq́ caſtra,
Ceu Pandionia florebant urbe Solones,
Oebaliaq́ olim ſapientes arce Lycurgi.
Quales ingenio Perſeia Suſa tulere,
Quales Roma tibi dictarunt iura togata.
Hinc grauitas ſceptro, regnumq́ Aſtræa per oras
Suſtinet, ingenijs remanent ubi præmia claris.
Eſt tibi facundi per laudes docta facultas
Ingenij, linguæq́ decus. tibi notus Iberus
Sermo, ſonusq́ citus Latialis, & ipſa canora
Sequanica, at natiua tibi uox ore diſerto.
Tu loqueris populis uario diſcrimine linguæ,
Diuerſosq́ ſonos mens una imitata tuetur,
Militiæ ueteris laudem, Cyrumq́ ſequuta,
Hæc animi memoris uis inſita, famaq́ docta:
Qui ſua militibus reddebat nomina ſolus,
Scipioq́ Oenotriæ pariter gentiq́ togatæ.
Bis denis Ponti rex binis gentibus uſq;
Iura dabat, linguis totidem ſancita, diſertus.
Hæc tua nũc laus eſt, quę quondã maxima regũ.
Gentibus à uarijs regis reſponſa uerentur
Legati. tranquilla animi præſtantis in armis
Vis placet iſta uiris, grauibus quoq; moribus
Firma ſatis, regno maieſtas grata, decusq́. (ætas
Corpora quinetiam, quæ uel Tritonia Pallas
Miretur, tibi ſunt. qualis Peleius Achilles,
Qualis Gradiuus primis cum creſceret annis,
Qualis Dianæ quondam procus altus Orion,
Quemq́ olim Auſoniæ pulchrę ſtupuere puellę,
Qualis Turnus erat, qualis Troianus in armis

Aeneas Phrygijs, ſiue altior Hector, & ingens
Deiphobus caſtris. O' quis tum cultus in armis,
Quis decor, incedis cum tu protectus in auro,
Et criſtis capitis longis oſtroq; decorus.
Artes pugnandi ſolers quoq; corpore tanto
Marte tenes, ut ſit uirtus ſic gratior æuo:
Pugnas inuictus gladio, & ſublimior haſta
Irruis, atq; infers ferrata cuſpide uulnus.
Qualis & Alcides bellabat marte bimembres
Centauros agitans, ſiue in certamina campis
Procurris, ſeu uectus equo ſpectaris in urbe
A' populo celſus, cum denſa tricuſpis in hoſtem
Ducitur, aut equitem proſternis uictor arena.
Siue equitas inter armatos luce coruſca
Aere ſub ardenti, cum tota incurrit in altis
Acris equis pubes, ſimulacraq; Martia ludit,
Et molles ſinuare fugas, ſubitosq; recurſus
Flexiſſe inſignis. quis tum te mittere contum
Acrior, aut gladio melior pugnare reflexu
Quadrupedātis equi, uibrareq; in arma micātes
Flammiuomos enſes. non gens exercita curſu
Cornipedum uincat ſeu Theſſala, ſiue uolantes
Centauri, aut Parthi celeres. tuus ære ſonanti
Indutus ſonipes, ſpumoſa fauce remandit
Aurea frena ferox, ſeu totus ſplendet in oſtro.
Non hunc Nereidum manibus depectus Arion,
Siue Therapnæis nutritus Cyllarus aruis,
Non hūc uel Xanthus, nō alter Achillis in armis
Pelidæ quadrupes, & quanquam Pegaſus alis
Bellerophonteo ſucceſſit pondere in aſtra,
Cederet ille tamen. celeris quoq; Solis Eous,
Et genus à Phœbo ductum per colla comantes
Aeneæ æripedes, qui anteibant curſibus auras.
Quiq;

Quiq; ducis cæſi defleuit funera bello,
Regis & Hetruſci Rhebus, Turniq; iugales,
Et Diomedis equi, Troiæ ſub mœnibus altis.
Bucephalusq; ingens, & quo ſibi Iulius orbem
Vicit, & Aemoniæ rumor, Hemiq; frementes.
En Phaetontiades uellent ſeruire lupatis
Rex Henrice tuis. tum quem Pallantias ortu
Sub croceo iungit, palmā quoq; traderet Aethō.
Inuidet ille tuo, quoties deſpectat Olympo,
Inq; tuis auro mallet ſpumare ſub ore
Mulciberis frenis. habitus quis diceret illos,
Cum uidit Rhodanus pompæ miracula ueſtræ,
Et tu per populos Araris formoſior ires
Phœbo & Mercurio, binisq; Laconibus auro
Tectus Hydaſpeo, & conſpectior ipſe cohortes
Atq; equites inter uehereris, & arma ſequuta.
Scit tuus hoc Ligeris, ſcit Sequana diues, & altus
Francorū Rhodanus. ſonitum tunc ripa tubarū
Omnis reddit aquis, & Francia tota fremebat
Nobilitate tua ſub ſidera iubila læta
Ore ferens placido, Regnis uiue inclyte regum,
Et ſoboles equitū, quos nutrit Sequana campis,
Quicquid & in cunctis procerū tibi Gallia terris
Floruit. his pariter circum tu cingeris altus
Candide Rex ſceptro: legūq; admittere doctos
Gaudes ipſe patres. tota te celſa ſenatu
Turba ducum ſtipat. mirata eſt Francia uultus,
Et lapides auro cinctos, & Iaſpidis ignes.
Qualis & Herculeis occurrit Achaia triumphis,
Aſſyrijq; olim, cum magna Semiramis Indo
Deuicto redijt. ſeu qualia Suſa trophæis
Se fudere uia occurſu, cum Lydius amnis
Victus Halys, Perſas uictricia ſigna gerentes

Euphratæ miſit, Perſeiaq́ in arua reuerſos.
Qualis Erythræis Liber ueniebat arenis
Aurato curru, & tigres Gangetis ab oris,
Et nemorum ſaltu, quem Tethys eoa recinxit,
Mulcebat raptas, dum molles flectit habenas.
Cui ſonuit plauſu diues per flumina Ganges,
Excepitq́ cohors Tyria Cadmeia ripa.
Aurea iam ſub te ſperantur ſecula Rege,
In nomen uentura tuum, iam Francia ſceptro
Geſtit læta nouo. ceſsit tibi laurea patre,
Cum quo tu toties meruiſti marte triumphos,
In cuius caſtris puer es nutritus ab annis.
Arma patris ſemper, tibi dum pubeſceret æuum,
Es ſectatus, opum diues te Pallas in altam
Aegida mouit ouans haſta. trans alta Britanni
Aequora trãſierant, quà Phrudis uoluit arenas,
In claſſes ſecuere nemus, cum milite campos
Repleſſent uario, quos ambijt amne Tabulla,
Atq́ Some irriguus, iuuenilibus altior armis
Irruis in turmas, totiesq́ inferre ſecundis
Auſus es auſpicijs, pugnas & prælia ſæua.
Te uidere Rheti, uiditq́ interrita bello
Heluetiæ pubes, miſcentem bella Brtiannis.
Talis Achemenius Perſeia ad mœnia Cyrus,
Talis Pellæus iuuenis, genitorq́ Philippus (mis
Marte Pelethronio, & nigrantibus Hannibal ar
Quẽ bello Autololes Libyci, et Garamantica pu
Vallib. Aethiopũ, calidisq́ Hyperionis aruis (bes
Quæ ſuper aſsiduè fertur Phaetontia flamma,
Nigritumq́ cohors, quà ſe Niger ingerit undis,
Voce ſequuta fuit uaria. Sic maximus arte
Scipio bellandi, Curſorq́ Papyrius altæ
Auſoniæ fulmen. ueteres ſic Francia reges

Laude tui ingētes fuerant. cui marte Rholandus
Ignotus fuerat, cui Magnus Carolus actis.
Et Clodophęus amor regni, dominæq; Britãnę
Inſignis raptu per Gallica Carolus arua,
Victor ouans talis Latijs Litauicus arenis
Vulturni notus, Capuæ quem nupta puellis
Horruit erepta, & Sirenum nobilis ortus
Auſonias iuxta Nereia Neapolis undas.
Sic alij reges, quibus ingens fama trophæis
Floret adhuc altis: quos nouerat utraq; Tethys.
Sic patrijs olim iuuenis ſucceſsibus acer
Nomen in aſtra tuum referebas, nobilis armis.
Nunc eris ipſe tuis maior, repetesq; tuorum
Virtutes bello. nec deerunt Marte triumphi,
Atq; trophæa ducum. Victoria ſigna ſequetur
Liligera, & ſonitu plaudet per caſtra recepto.
O mihi ſi liceat uerſu ceciniſſe triumphos,
Et tua facta armis, atq; inclyta geſta per oras:
Quot pugnas tuleris, quantosq; in bella tumul-
Duxeris egregiè, & laudem cũ patre beatã (tus
Viribus innixus regni reparaueris altis:
Quæq; geras olim bene uictor prælia dextra.
Dulcia tuq; meis faceres hic ocia Muſis,
Ingeniumq; aleres opibus in candida ſecla. (us,
Tũ mihi Callimachus, tũ palmã traderet Orphe
Phœbeiusq; Linus, calamo & Latous Apollo:
Parnaſusq; omnis ſub pectora tanta refuſus,
Pægaſeas undas Cyrrhæis duceret aruis:
Audiretq; procul Medis Babylonia famam,
Bactraq; Theſpiadas laudarent carmine Muſas.
Miratusq; Aquilo, mirataq; Nubia regna
Erigerent aures, Nilusq; Boriſthene uerſus
Pierios legeret, famamq; ſub aſtra referret,

Venturiq́ tuas laudes in bella nepotes.
Interea auſpicijs ueſtris qui prodit Homerus,
In Latium per me Graio ex Helicone reductus,
Sit precor ut donum Muſarum,& Palladis arte
Excultum; placido legat hunc tua regia uultu
Maieſtas, doctis quas do tibi prona camœnis,
Quasq́ tibi Heroico præmiſi carmine laudes.
Sic tibi regna tua ſemper fœlicia gente
Lætentur, ſub te ſic aurea floreat ætas.

TVAE REGIAE MAIESTATI

deditiſsimus, Simon Lemnius,
Emporicus, Rhetus Canus,
Poeta laureatus.

AD GENEROSVM DOMINVM IOANNEM IACOBVM À CASTION, AC REgiæ Maieſtatis Francorum apud Rhetos fœderatos ſummum Legatum, ac Dominum ab Haldenſtein in Rhetia, Dominum ſuum cum primis colendum.

VIx genus & famam poterit mihi ferre Thalia,
Quam tibi tot caris dat domus alta pijs.
Si tibi doctrinæ præconia digna diſertæ,
Ingenijq́ſ ſimul flumina tanta tui;
Si Latiam linguam, ſi laudem deniq; Muſæ,
Quasq́ſ tibi donat Attica Pallas opes:
Si tibi diuitias, gentis ſeu ſtemmata ueſtræ,
Quæ tenet antiquo Caſtionea lare:
Si proauos priſca tibi uellet origine uerſu
Dicere, ſeu ueteres promere uellet auos.
Vnde tibi fortis inſignia tanta leonis,
Arxq́ſ tui generis, quam gerit ille pede.
In fatis fuerat fortis tibi forſan imago,
Et ceu uirtutis arx bene nota tuæ.
Nam puto quod dederit fatum hoc inſigne leonis,
Arcem turrigeram qui tenet arte pedis.
Dum uideo duris quæ ſit conſtantia rebus,
Et uirtus crebris quanta ſit iſta malis.
Aſpice quæ rerum triſtis fortuna tuarum,
Et quibus impetibus ſæuiat illa tibi.
Incurſus adeò fatis tibi fecit iniquis:
In te nempe ſuas undiq; mouit opes.

Dumq; putat tantas ſe poſſe obtundere uires
  Pectoris, eſt factis obſtupefacta tuis.
Iſtam uirtutem nunquam fortuna gubernat:
  Dum premit illa tuas, ipſa fatigat opes.
Illa quidem ueluti furioſa procella tumeſcit,
  Impauidus tantis ipſe reſiſtis aquis.
Teq; tuosq; unà conſtans uirtute tueris:
  Quoq; magis dura eſt, fortior ipſe premis.
Et ueluti fato ueſtrum hoc inſigne leonis,
  Mens inuicta malis ſuſtinet eſſe ſuis.
Acris enim ueluti uiolentia mota leonis,
  In uenatrices irruit alta manus,
Et reprimit turbam, ſeq; in uenabula mittit:
  Quoq; magis læſus, fortius ille manet.
Non aliter ſortis curſus uirtute gubernas,
  Et contra tumidas ipſe reſiſtis aquas.
Ceu fatale leo quiddam, ſine fine repugnas
  Impetibus duræ ſortis, & æqua petis.
Nec deſunt unquam quæ non uirtute repellas:
  Vſq; adeò rebus ſe tenet illa malis.
Quæ tamen hoc animo pateris uelut æquior ipſe,
  Hac cum nec Regem ſorte carere uides.
Cuius & exemplum fœlix imitaris, & aſtus
  Victor in aduerſis mente, decusq; tenes.
Non illa ſpiſſo credas uenit æthere maius.
  Quid uirtute tua celſius ipſe putes?
Hanc ſequere, & caſus atq; aſpera fata reflecte:
  Nec te proſternet ſors inimica ſolo.
Aſpice quàm fortis Maieſtas regia fertur:
  Tu quoq; fac pariter, uictor erisq; mali.
Vtq; mari rupes, forti ſic uſq; repugna:
  Sed quid currenti præbeo calcar equo?
Cumq; animi uirtus deſit non ulla, probesq;

PRAEFATIO.

Quæ calamis fudit docta Thalia ſuis:
Sperant Aonides, nec ſpe uincuntur in illa,
Caſtaliæ, quod es, ut ſis bene fautor aquæ.
Commendes igitur celſo mea carmina Regi,
Quod facis, Aonias & tuearis opes.
Sic tibi perpetuò clarè genus extet auitum,
Sic ueniat ſors hic mitior iſta tibi.

TVAE EXCELLENTIAE

humilis poeta, Simon
Lemnius Emporicus
Rhetus Canus.

AD ILLVSTREM ET GENEroſum Dominum, Dominum Annam De Montmoranci, Equitem auratum, ordinis S. Michaelis, Comeſtabulem, & Baronem primarium Franciæ, ac generalẽ Gubernatorem & regium locum tenentem per Narbonenſem & Aquitaniam, Dominum ſuum cum primis colendum.

ARmigeræ Regis Francorum ſumme cateruæ,
Armorum rector, militiæq́; decus.
Quacunq; & Rhodanus, Phrudisq́;, Argentaq́; curſus,
Fœliferasq́; ingens Sequana uoluit aquas.
A' quibus irrigua eſt cultiſsima Francia lymphis,
Iactitat ingenium quæ ſibi tanta tuum.
Suſtinet immenſum regni ſapientia pondus,
Inſita quæ regnat pectore clara tuo.
Iuſtitiæq́; uias defendis legibus æquis,
Cui defers ſtudium nocte dieq́; tuum.
Romaniq́; fori leges exquiris, & illis
Splendeſcis patria gloria prima tua.
Qualis & Auguſto, qui fregit mœnia bello
Fortis Idumæo diruta marte ſolo:
Qualis Traiano fuerat quoq; Plinius alter,
Qualis Mecœnas, ſpes columenq́; ducis:
Talis es & Regi, qui Gallica ſceptra gubernat:
Huic ades ingenij maximus arte tui.
Te nutrijt Pallas, decorauit regia Iuno,
Donauitq́; artes doctus Apollo ſuas.

Te leges orbis docuit ſapientia iuris,
In quibus haud ſimilem Francia tota dabit.
Te Stoa, te ueterum coluere Lycæa ſophorum:
Ornauitq; nitens corda Sophia tua.
Hinc noſti cauſas rerum, mundiq; meatus,
Tuq; globum Phœbi, & ſidera cuncta legis.
Vt liquidus tumidum pontus ſit ductus in orbem,
Vtq; pias terras gurgite cingat aqua.
Surgat & è medio tellus librata liquore,
Quo ſimul in uacuo aere pendet onus.
Vt tenuis uolitet terram circumq; ſupraq;
Spiritus illabens, flammaq; clara poli.
Vtq; ſuper paßim radijs fluat igneus æther,
Vt ſeſe ſubter clauſerit omne polus.
Quidq; niues faciat, pluuiasq;, & grandine nymboſ
Aeriaq; ruant fulmina miſſa plaga.
Et trepido pellat non uiſa tonitrua motu,
Omnia quæ monſtrat docta Sophia tibi.
Antiquas laudes in te uidiſſe licebit,
Et tua per celſum gloria uadit iter.
Te quoq; nobilitas ornat, proauiq; uetuſti:
Quorum tu ceras, nomina clara, geris.
Ingenio priſcos generis tu uincis honores:
Et quos, maiores laudat imago tuos.
Ingens Palladium cinxit ſapientia pectus,
Naturæ & Muſæ nobile ſurgit ope.
Si in uetitum immanis ruat inconſtantia uulgi,
Sedare hoc nemo doctius ore poteſt.
Si furit ira ducum, ſi iudicis ora tumeſcunt,
Miteſcunt uerbis illa remiſſa tuis.
Si placanda feræ eſt aruo inclementia turmæ,
Solus ab ingenio uictor adeſſe potes.
Non Pylos eloquio generauit Neſtora tantum,

Vt fuerit Graijs fama diſerta ſuis:
Non Ithacæ quamuis magnum decus urbis Vlyſſem,
Tantum ſaxoſo protulit ora ſolo,
Vicerit ut totum crudelia monſtra per orbem,
Aequoreasq́; unà mouerit ille Deas.
Sit labor errandi terris undisq́; Pelaſgi
Dulichij: eſt iuris ars tua maior ope:
Eſt tua dicendi coràm facundia maior,
Et conſultandi uis quoq; maior erit.
Cedat Pelides, Hectorq́;, & cedat Vlyſſes,
Aſtu pugnarum, Martis & arte feri.
Nam te nemo alius belli tenet aptius artes:
Armigeris hinc te Rex dedit ipſe ducem,
Militiæq́; unum, cui Francia pareat omnis,
Rectorem, cum Mars concitat arma uirûm.
Quo figenda loco noſti ſint caſtra per arua,
Ne quà ſe immittat hoſtis in illa uia.
Quà deceat tutam uallo deducere foſſam,
Aggeribusq́; altis pellere Martis opes.
Qualiter inſidias hoſti ſtruxiſſe, necemq́;
Ferre citam proſit, armaq́; tuta dare.
Quem cliuum pugnæ, quem campum claudere uallis
Sit melius, uel quò lympha reperta fluat.
Quò fontes ducat caſtris bene terra liquorum,
Vnde ſibi egreſſus miles aquetur ouans.
Vtq́; tuis facilis ſit per tua caſtra receptus,
Hoſtibus utq́; aditus arduus extet ibi.
Quoq́; ſit ingenuus ſemper certamine miles
Exercendus, ut hic aptior arma ferat.
Quis uibret melius prælongam cuſpidis haſtam,
Quis citius plumbum torqueat ære graui.
Fortior aut gladio perfregerit obuia longo,
Siue magis ſæuus bella bipenne gerat.

Seu quà

Seu quis equos cuneis celeres, & Marte frementes
Atrox immittat, ſiue per arma ruat.
Qui dextra poſſit melius læuaq; tueri,
Qui nunc aduerſo ictus ab hoſte uenit.
Cui manibus ſeu fortè humeris uenit impetus haſtæ
Grandior, atq; hoſti pila per ora iacit.
Aut tonitru ſignata citò loca tangere fumi,
Et totis miſſum ſpargere fulmen agris.
An denſa utilius pugnam committere ſylua,
An' ne arua hinc Martem ferre in aperta grauem.
At cum rauca ſuo ſtrepuerunt cornua cantu,
Tympanaq; ad bellum claſsica mille ſonant:
Audacisq; inſtant certamina ſæua tumultus,
Aduerſæq; acies currere in arma parant.
In promptu tibi erit faciem ſub prælia pugnæ
Erigere, & cuneos ſubdere marte tuos.
Seu forſan quadratum acies ſe ſiſtat in agmen,
Vſus depoſcat, hoc quoq; pronus habes.
Seu rectus pugnet æquatis frontibus ordo.
An cuneo miles irruat ipſe latus.
An' ne orbis fiat, ſi circumfuderit hoſtis
Agmina, ſeu retro mittat in arma manus.
Seu duplicem ſit opus, ſeu iunctum ponere martem,
Seu turmas pediti mittere ſubſidio.
Vt dextrum læuus capiat, dextroq; ſiniſtrum
Miles iam cornu, cum uocat atra dies.
Vt plaudat Regi certis uictoria pennis,
Et tua contineant nobile caſtra decus.
Si fortè in ſyluas hoſtilis turma comantes
Flectat iter, illac ſitq; terenda uia.
Vt lateant denſæ tibi parte ab utraq; cateruæ,
Ingreſſosq; hoſtes undiq; cæde ruant.
Atq; improuiſos cædant, cuneosq; refringant,

Armorum, & belli immemoresq́; ſui.
Seu cum pars fluuios tranſmiſit, & altera ripa
Conſtiterit, mittas agmina in arma tua.
Seu cum caſtra loco figat, ſeu mouerit illa,
Irruere, & ſubitis ſternere in arua globis.
Seu cum miſcentur latis iam prælia campis,
Vt de colle ruat alter in arma globus.
Si tamen exiguus, tum plurima ſigna ferantur:
Et longe clamor uincat ut ipſe manum.
Aut ne fortè tuis ſtruat hæc immanior hoſtis,
Peruigili es doctus mente cauere prius.
Hæc bellis experta tenes. ſyluoſa Pyrenne
Teſtis, & Oceani Cantaber altus aqua.
Teſtis & inſano dubius ſub marte Britannus,
Et gelidis Boreæ Phrudis amœnus aquis.
Marte Padus teſtis celebri, Doriasq́; niuoſus.
Illinc Rex niueis uictor ouauit equis.
Tales præfectos caſtrorum prætulit armis,
Pellea Nilum qui bene preſſit ope.
Quæq́; uago regnum Tomyris ſibi fixit Araxe,
Quiq́; Babylonias Cyrus iniuit aquas.
Quæq́; armis fertur cinxiſſe Semiramis Indos,
Alcidesq́; ingens, Gangeq́; Liber ouans.
Tales Atrides ad Troiæ mœnia celſa,
Tales & uictrix undiq; Roma dedit.
Ieſſeusq́; Arabum domitor, & pinguis Idumes
Victor Iudaicæ gloria ſancta plagæ.
Tales & Magnus per prælia Carolus olim,
Qui tenuit forti Francica ſceptra manu.
Qualis & Atridis ſeu Neſtor melleus ore
Conſilium dulci Martis in arma dabat.
Qualis Neritius Graijs ſuadebat Vlyſſes,
Pergama Teucrorum cum capienda forent.

Talis tu Regi, ingenio praeclarus & armis,
Conſulis, & ueteres uincis in arte duces.
Teq; unum ſtudijs miratur Francia belli,
Teq; acies campis ſuſpicit atq; timet.
Praeter uirtutes iſtas mirare poetas,
Muſarumq; choro pars ſtudioſa faues.
Laude duces priſcos imitaris, & ardua uerſu
Carmina uicturo candidus ore probas.
Sic Meſſala ſuum nutritum Helicone Tibullum,
Mecœnas coluit te quoq; docte Maro.
Scipioq; Aonijs Enni te priſce camœnis,
Inter bella ferox, inter & arma tulit.
Sic quoq; me noſtris defendas maxime Muſis,
Inq; thronum portes nobile Regis opus.
Maeoniasq; ornes facundas laude camœnas,
Quae per me Latios iam didicere ſonos.
Crede mihi, iactat nil Graecia maius Homero,
Quem peperere olim ſecula cana tibi.
Carmine deſcripſit terram, mare, ſidera, manes:
Aequauit Muſas carminis ille ſono.
Par Phœbo uerſu, doctrina Pallada uicit,
Et Troiam cantu uexit in aſtra ſuo.
Si nunc fata darent, ut Gallica facta per orbem
Hic caneret, maius hoc foret Iliade.
Fœlix Heroum famam ſic uincis Achille,
Carmine cui uirtus iuit in aſtra tua.
Hoc tibi creuerunt laudes, cui contigit ore
Gentibus oſtendi uatis ad arma decus.
Fœlix uirtutum ſpecimen floreſcis Vlyſſes,
Maeonidae euexit quem pia Muſa ſonis.
Grandis Odyſſeae carmen ſapientia fecit:
Contulit huic uires tota Sophia ſuas.
Smyrnaei campos miratur Graecia uatis,

Hoc etiam

Hoc etiam obſtupuit decolor Indus opus.
Cantaber, & gelidi borea nouere Geloni,
Quiq; bibit Nili fontibus amnis aquas.
Exemplis melius magno docet ille Platone,
Atq; Stagyritæ clarius arte ſenis.
Quem quoq; Graiugenum ſtupuere Lycæa ſophorum,
Et celebris lumen cenſuit eſſe Stoa.
Hoc tamen inuentus per tot iam ſecula nemo,
Vertere qui Latio carmine uellet opus.
Vnus at Alpinis uates ſub montibus ortus,
Lemnius, Auſoniis tranſtulit ipſe modis:
Hic ubi Rhetorum clareſcit Curia fama,
Indomitumq; caput Rhenus in arma gerit.
Hic miranda canit, totumq; Helicona refudit:
Mæonidæ claret Phocidos unda ſonis.
Qualiter æquoreis undis errarit Vlyſſes,
Quæ tulerit terra paſſus & illa mari.
Soluerit à Phrygio Graiam cum littore claſſem,
Fuderit Aemonios fortiter ille globos.
Et Ciconas bello fortis deiecerit acri,
Quanta ſit hic uirtus longa per arma ducis.
Nec ſatis eſt una fortem ſe oſtendere pugna,
Aſsiduis mens eſt nobilitata malis.
Poſt Troiæ clades, poſt tot labentia luſtra,
Infractus ſemper iuit in arma manu.
Hic quoq; Lotophagos, Libyæq; intrauit arenas,
Atq; aſtu uicit Punica mala ſuo.
Eripuit ſocios, iuſsitq; in tranſtra referri,
Et patriæ memores fecerat eſſe ſuæ.
Vincit crede mihi uirtutem nulla uoluptas,
Nullaq; ludificis triſtia damna malis.
Vidit Cyclopas hic, Aetnæosq; gigantes,
Et Polypheme tibi lumina dempſit atrox.

Namq; Maronæo Cyclops deuictus Iaccho
 Incidit in cladem, & dira pericla mero.
Vſque adeò authori ſemper damnoſa, feroxq;
 Ebrietas: uirtus eſt tenuiſſe modum.
Hippotadæ uentos incluſos utribus atris
 Sumpſit, & Aeolia littore fugit ope.
Dumq; aurum eſſe putant, dempſere ligamina Graij:
 Vnde uenit, retro claſſis abacta fuit.
Sic uitium ſemper uirtutem oppugnat & inſtat,
 Et uitiat pectus dira cupido rei.
Mox Læſtrygonia pugnauit littore gente,
 Claſſeq; ſubmerſa puppe refugit aquis.
Eſt fortis uerè, qui uictus marte, reuincit
 Indomitos æſtus pectore uimq; ſuo.
Non tamen ille animum rebus demiſit acerbis,
 Antiphatæ bello quòd modò uictus erat.
Bellica quid poſſit uirtus, bene monſtrat Vlyſſes,
 Clauditur ille ſpecu dum Polypheme tuo.
Magnus Alexander toties uictricibus armis,
 Aduerſa nunquam ſorte receptus erat.
At ſi deuictus forſan ſemel ille fuiſſet,
 Oppreſſus triſti forte dolore foret.
Non minor eſt uirtus, aduerſis fidere rebus,
 Quàm bene ſucceſſus exhibuiſſe modum.
Artaciam fugiens, Circeia littora uenit:
 Hic uidit ſocios turpiter eſſe ſues.
Moly tamen uincit ſolers Titania monſtra,
 Inq; ſuas formas ille redire iubet.
Mutarat ſiquidem ſociorum corpora Circe:
 Vni non potuit illa nocere tamen.
Vincit Moly quidem duros ſapientia caſus,
 Cui belli uirtus iungitur una comes.
His Troas uicit, Ciconasq;, trucesq; Cyclopas:

His Læſtry-

His Læſtrygonios effugit ille uiros.
His Circen ſuperat fortis, ſuperatq; Charybdin:
Scyllæosq; canes, monſtraq; ſæua maris.
His & Sirenum cantus, dirasq; ſorores,
Quæ merſere alias in freta ſæpe rates.
Compede ſe dura iuſsit uinclisq; ligari,
Sirenumq; unus audijt ille ſonos.
Non prorſus uitanda, ſed eſt arcenda uoluptas:
Quam niſi tu frenes, triſtia damna dabit.
Aſt molli ſocij duras in gurgite cera
Obſtruxere aures, fida per alta cohors.
Prætereunda quidem ſic eſt furioſa libido,
Cum percepta ſemel denegat illa modum.
Sic uirtute etiam Stygias innare paludes
Impauidus potuit, Cimmeriumq; chaos.
Non illum uicit Scylla, & Zanclea Charybdis,
Non mare, non uenti, & nulla procella freti.
Non amor hunc Circes, non hunc formoſa Calypſo:
Non aliæ uarijs res nocuere plagis.
Non & Trinacriæ campi, uiolataq; Solis
Littora, ſed prædis abſtinet ille boum.
Finis & erroris fuerat Phæacia tellus,
Hic ubi uirtutis præmia digna tulit.
Aequoreis rapuit ſeruata modeſtia Nymphis,
Inq; Ithacas ſedes illa reuexit aquis.
Hunc Aſtræa omni tutum & prudentia caſu
Præſtitit, & toto contulit orbe decus.
Bellica defenſum uirtus per mille pericla
Laude dedit magna, ſuſtinuitq; uirum.
Inuia uirtuti nulla eſt uia: uiuite fortes,
Viuite uirtutum qui coluere chorum.
Non hæc ſuccumbit: non ſi plus mille carinæ,
Non ſi acies contrà mille per arma ruant.

Non metuit terra, non ponto, triſtia damna:
Non ullo uicta eſt illa dolore mali.
Nempe decem geſsit circa Priameïa caſtra
Bella hyemes Ithacus, ſed bene tutus erat.
Quanquam tot caſus, & tot diſcrimina rerum
Pertulit, intrepidus ſed tamen ille fuit.
Nec finis fuerat: uarijs erroribus actus,
Aeſtus crudeles ſenſit & ille maris.
Iamq; decem rurſus patientia longa per annos
Extitit, exemplo nempe futura diu.
Ingreſſusq; lares patrios hic ſæua procorum
Inuenit, heu clades, ſede pericla ſua.
Sed uirtute tamen uictricibus extitit armis
Incolumis ſemper, uictor ubiq; ſibi.
Hæc adeò miranda canit Phœbeius Homerus:
Quem Latijs Regi uerſibus ipſe dedi.
Hoc opus immenſum uirtutis, & ardua Muſis
Scripta, peto Regi quo potes ore proba.
Sic Pyliæ limen precor egrediare ſenectæ,
Plenaq; ſint Regis tecta fauore tibi.

Tuæ excellentiæ humilis Poeta, Simon Lemnius Emporicus Rhetus Canus, ob ingenium in nobiliſsimam Bochiorum equitum Bononienſium in Italia familiam aſcitus, Bononiæq; laureatus.

VVOLFGANGVS SALETVS RHEtus Curienſis ad Lectorem.

Ereptum terris quem quondam credidit orbis,
Prodijt in lucem ſoſpes, tenebriſq; receſſit,
Qui latuit, claretq; iterum pia fama ſororum
Lemnius Aonidum, defenſus numine cœli:
Vt decus æternum Rhetæis alpibus olim
Creſceret, atq; ſolo patrio foret ardua fama,
Et patriæ dulci ſupereſſet gloria muſis.

AD LECTOREM, SAMSON OLIuerius à Salicibus, Rhetus.

Pegaſides poſtquam coluerunt culmina noſtra,
Germani talem uix habuere uirum.
Crede mihi, hunc celebrat Germanica terra poetam,
Eſt etiam tota clarus in Heſperia.
Ecce ſua fama obſtupuit nunc Græcia tellus,
Obſtupuit fama Gallia nunc celebri.
Hoc, ego diſperеam, fuerit ſi clarior alter,
Vix alius certè clarior eſſe poteſt.
Græcia ſe quondam magno iactarat Homero:
Quo ſe nunc iactet Rhetica tellus, habet.
Tranſtulit hic magnum, ut Lector tu cernis, Homerum,
Scilicet in Latium, qui modò Græcus erat.

Aliud eiuſdem. ad eundem.

Aſpice nunc alium tu candide Lector, Homerum,
Quem modò produxit Rhetica terra ſibi.
Poſtquam dux Rhetus noſtras ueniſſet ad oras
A quo terra ſuum nobile nomen habet:
Illa uirum ſimilem huic non protulit inclyta tellus,
Forſitan & poſthac non paritura parem eſt.

ODYSSEAE HOMERI LIBER
Primus, Simone Lemnio Emporico Rheto Cano
Interprete.

Quærat, Telemachum Pallas hortatur, Vlyſſem.

Dic mihi Muſa uirum, qui poſtquam Pergama Troiæ Inuocatio cũ propoſitione.
Celſa ſacræ euertit, populatus mœnia flammis,
Claſſe diu raptus, uarijsq; erroribus actus:
Qui mores hominum multorũ uidit, & urbes:
Multa quoq; & ponto paſſus, tot adire labores
Compulſus fuerat, triſtes ſub corde dolores
Dum premit, atq; ſuam defendit puppe ſalutem,
Eripiens animam, ſociosq; per æquora uectos:
Et patriæ reditus quærit ſub gurgite uaſto,
Pellax, & uario ingenio præclarus, & armis.
Non tamen ille ſuos caſu, pelagiq; ruinis
Incolumes Ithacæ ſocios deduxit in arua.
Inuiſi fatis ſubiere pericula mortis,
Ob ſcelera atq; famem. mactarunt littore tauros,
Proſtratosq; boues Solis, qui ſidera luſtrat,
Quiq; globum cœli tranſit ſuper æthera uectus,
Abſumpſere, nefas: illis rex ipſe negauit
In patriam reditus Titan, merſitq; ſub undas:
Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum
Vela mari dantes, ſpumasq; ſub ære ruentes
Obruit, & pelagi diſiecit in æquore nantes.
Horum igitur caſus memora mihi Muſa canenti, Inuocatio.

Calliopeia, Iouis proles. exordia curſus,
Erroresq́; ſacro reuocabo carmine Graium.

Narratio, ducta per cauſas, cur ſocii Vlyſsis pōto ſubmerſi fuerint, & Vlyſſes tam diu mari errauerit.

Argolici rediere duces, & Dorica pubes:
Iamq́; domi leti libabant pocula Bacchi
Graiorum proceres, quicunq; ferocia fata,
Interitumq́; uiri, Troiæ ſub mœnibus altis,
Aſſaracæq́; duces immania prælia gentis,
Vndoſosq́; æſtus, atq; æquora celſa carinis
Euaſere, domos repetentes, patria rura:
Cum ſolum gelidis Ithacum retineret in antris,
Coniuge tam dulci diſiunctum gurgite ponti,
Conſpectumq́; ſuæ patriæ reditusq́; negaret
Gloria diuarum celeberrima nympha Calypſo.
Hunc etenim miro ſibi uirgo petebat amore,
Connubioq́; thori iungi, tædaq́; iugali.
Vt uerò uenit luſtris labentibus ætas,
Admiſsisq́; dei iuſſerunt currere fuſis
Fata, duciq́; Ithacæ, Phæacum naue rediret
Conceſſere, domos repetens & patria rura:
Heu miſer, & patria ſubijt certamen in aula,
Et conſanguineos inter proceresq́; ſuorum
Non illi pugnæ, non bellum defuit atrox.
Inſignem pietate uirum tot uoluere caſus,
Excelſa cœli diui miſerentur ab arce.
Solus at infenſus medijs Neptunus in undis,
Infeſtusq́; odijs Ithaco ſæuire, periclis
Haud ſtatuiſſe modum potuit, redituq́; negabat
In patriam pelago nimium crudelis Vlyßi.
Sic fuit antè ſacro ſemper Neptunus Vlyßi
Sæuus, quàm patriæ remeaſſet uectus in arua.

Iam procul Aethiopas Neptunus adiuerat atros,
Aethiopasq; alios ſitientes Sole propinquo
Extremos hominum, quos ſiccans arida tellus
Diuidit, & Phœbi feruore relinquit amaro,
Hos iuxta occaſus, illos orientis ad oras,
Qua roſeis Titan radijs iubar euehit ortus.
Hic epulis hilaris faciebat gaudia ſacris,
Mactatis agnis, & cæſis littore tauris
Sacra Hecatombæis celebrabat ritibus, unà
Inſtaurant menſis centum taurilia, necnon
Dona ferunt, cumulantq; oneratis lancibus aras.
Dijq; alij Iouis ætheræ tum ſedis olympo
Concilio acciti fuerant. hic Iuppiter ore
Sic placido exorſus, hominum pater atq; deorum,
Dum ſubit Aegiſthus, famaq; inſignis & armis:
Hunc Agamemnonius letho deiecit Oreſtes,
Cuius per latas clareſcit gloria terras.
O dij, quàm ſæuè mortales numina primùm Iupiter ad
Incuſant, cauſasq; ſibi fontemq; malorum " deos.
E' nobis pendere putant, atq; aſpera rerum, "
Quæ ueniunt: ſua cum pereant ob facta ſceleſti, "
Ac præter fatum cumulent ſibi corde dolores, "
Atq; infanda ſua malefacta libidine tentent. "
Teſtis & Aegiſthus, qui præter fata maritam
Atridæ duxit magno cum crimine ſponſam,
Aduectoq; uiro traiecit corpora ferro,
Haud fati ignarus, pœnæq; ob facta, necemq;.
Namq; Atlantiadem cœli dimiſimus arce
Mercurium, letho qui quondam ſtrauerat Argum,
Vt cædem Aegiſthus fugiat, prædicere iuſſum:

Ne'ue neci mittat regem,neu ducere ſponſam
Audeat Atridæ,ſcelerato cedat amore.
Exorietur enim Pelopeius ultor Oreſtes,
Vt primùm florens teneris pubeſcet ab annis,
Ora puer prima ſignans intonſa iuuentam,
Imperiumq; patris,ſedemq; orasq; requiret
Argolicas hæres,magnoq; incenſus amore
Iam patriæ terræ regnum ſibi poſcet auitum.
Sic Atlantiades.at non aut pectora dictis
Aegiſthi, aut potuit crudelem auertere mentem,
Vtilia exhortans.ergo pro crimine pœnas
Nunc dedit ille ſuo,& pœna ſibi fata peregit.
Tum ſic ingreditur dictis hic cæſia Pallas:

Minerua pro Vlyſſe intercedit.

O pater altitonans,ô regum ſumma poteſtas,
Diuorumq; decus cœli,Saturnia proles,
Ille iacet meritò,& dignas cum ſanguine pœnas
Soluit atrox facto. ò utinam,quicunq; peregit
Talia facta manu,careat ſucceßibus, opto
Vt pariter iaceat crudeli funere merſus.
Quanquam ſola mei me cura remordet Vlyßis:
Hæc animum exedit,parteſq; euoluit in omnes,
Qui procul infœlix, tot diros uoluere caſus
Impulſus, patitur rerum diſcrimina ponto,
Diuiſus patria,diſiunctus ſanguine notis.
Inſula in æquoreo circumflua gurgite ſurgit,
Arboribusq; patet medias nemoroſa per undas,
Incolit hanc tectis Atlantis nata Calypſo,
Aequoreas inter longè celeberrima nymphas,
Et dea: cui pater eſt Atlas,qui torquet Olympum
Vertice ſuſtentans,terramq;,undasq; profundas,

Quasq;

Quæq; tenet celſas longè ſuper ipſe columnas
Amplexus cœlum circum,terræq; meatus,
Tellurem,pariterq; omnem proſpectat Olympum.
Ille ſinus cunctos nouit,pelagiq; recurſus,
Doctrinæq; decus idem quàm plurima nouit.
Huius nata tenet procul Oceanitis V*lyſſem,*
Lugentemq; domo blando ſermone moratur,
Mollibus & dulcem uerbis demulcet amorem,
Vt patriæ terræ ſibi longa obliuia potet,
Atq; Ith*acæ tandem gratißima rura relinquat.*
Ille focis patrijs ſurgentem cernere fumum
Optat,& è terra ſalientem poſſe uidere
Mauult hic patria flamma,mortemq; ſubire,
Quàm ſumpſiſſe dei uultus,atq; ora deorum,
Séque immortalem fieri,ſponſumq; dearum.
At tua non poſſunt decreto corda moueri,
Immotusq; manes. quæ te ſententia uertit?
Nunquid apud Danaûm *puppes tibi ſacra ferebat,*
*Gratus opum cultu,*Troiæ *ſub mœnibus altis,*
Ponebatq; Ithacus *profecta calentibus aris?*
Quid tantum miſero precor indignaris Vlyßi,
Iuppiter *altitonans,ſummiq; habitator* Olympi?
Pallas *ab his tacuit.tum ſic orditur,& infit,*
Qui nubes cœlo cogit pater aëre denſo:
Quæ tibi nata tuo Pallas *uox excidit ore,*
Tranſijt & dentes,fauceſq; interrita dictis?
An' ne ego diuini factis oblitus Vlyßis
Non meminiſſe queam,qui longè Heroas in armis
Aq; animo excellit? qui ſemper ſacra deorum,
Ante alios fecit, cumulans altaria donis,

Alludit ad pedem Sphæræ materialis, quam Atlas primus inueniſſe dicitur.

Iuppiter Palladi.

Pietas Vlyſsis.

Cœli-

Cœlicolis,quibus eſt ſedes ſpacioſus Olympus?
At freta longa ciet Neptunus,motor aquarum,
Ambitamq; ſuo circundat in æquore terram,
Continuo indignans pelago,ſæuitq; tridente,
Cyclopis cauſa,cui lumen dempſit Vlyſſes,
Excæcansq; uirum terebrauit lampada frontis,
Dum ſtertit clarus medio Polyphemus in antro,
Inter Cyclopas furioſa potentia cunctos
Eſt illi imperij,peperit quem nympha Thooſa
Phorcynis proles, qui regnat in æquore celſo,
Quo non ulla uuæ pendet uindemia campis,
Neptuni quondam dementer amoribus uſa,
Narratio a cauſa,cur Neptunus Vlyſſem naufragum uexarit. *Conſeruiſſe femur gelidis compreſſa ſub antris*
Dicitur.Inde deus qui concitat æquore terras,
Non letho ſtrauit,uarijs erroribus actum
Hunc procul à patria diſiecit gurgite claſſe,
Exagitatq; Ithacum ſæuus maria omnia circum.
Nos tamen ô diui,miſerati fortis Vlyßis
Indignos caſus,reditus meditabimur illi,
Vt redeat proſper,grauiorq; remittat ut iras
Neptunus pelagi.neq; enim tot numina contra
Cœlicolûm,poterit ſolus contendere fluctu,
Inuitosq; deos urgere ferocior unus.
Præbuerat dictis Tritonia talibus aures,
Hisq; etiam eſt contrà reſequuta benigna Tonantem.
Pallas Ioui. *Summe pater regum ſoboles Saturnia cœli,*
Si ſedet hoc, gratumq; deis fœlicibus aulæ
Stellantis fuerit, redeat iam fortis Vlyſſes,
Qui facibus pugnax,belloq; inſignis & armis
Eminet.hinc celerem mittamus ab æthere terram

Mecuri-

Mercurium Ogygiam petiturum,ut nuncia dicta
Deferat,& tenues ſubitò mandata per auras.
Flaua comas Nymphe ponto dimittat Vlyſſem,
Vt redeat patrias ſedes,regnumq́; receptet
Infœlix Ithacus nimium patientis Vlyſſes
Exemplum.ipſa Ithacæ referam me ad mœnia,natum
Hortatura ſuum,uireſq́; in pectora tradam,
Concilio ut Graios audax uocet ille comantes,
Terreat utq; procos dictis,regaliter addens
Ore minas duro,qui mactant arce bidentes,
Caprigenumq́; pecus,& oues ſine more frequentes,
Atq; boues camuras,iactantes crura ſub auras,
Sanguine præuiſos dum calfacit hoſtia cultros.
Oebaliæ hunc ſacram mittam Lacedæmona Spartæ,
Et Pylon æquoream,qua denſat littus arenas,
Exploraturum ſortem reditumq́; parentis,
Sicubi fama ſuas ueniat genitoris ad aures:
Inter mortales illum quoq; gloria magna
Inde ſequatur,erit laus altera quærere regna.
Dixerat.& primùm pedibus talaria nectit — Palladis habitus.
Aurea,quæ ſublimem illam ſiue æquora ſuprà,
Seu terram immenſam pariter cum flamine uenti,
Dum ſecat aerias nubes,cœlumq́;,ferebant.
Tunc haſtam capit immanem,quam ferrea cuſpis
Exacuit,ualido prauduræ robore quercus
Infractam,hac turmas heroum,acieſq́; frementes
Illa domat belli,quibus indignatur in armis
Magna Iouis proles,ad fortia prælia nata.
Illâ freta,uolat ſummo de culmine cœli,
Inq́; Ithacæ populo ualida tum conſtitit haſta,

Veſtibulum ante ipſum,prope clarum limen Vlyßis,
Iuxta aulæ poſtes uultus induta uiriles,
Mentes Taphiorū rex. Mentis membra fuit regis mentita ſeuera,
Qui Taphios frenat. Tunc inuenit arce ſuperbos
Ante fores,iactis recreantes pectora talis,
Diua procos,hilari nimis oblectamine lætos,
Compoſitosq; thoris,quos tergora denſa pararant
Stratarum pecudum,quas quondam turba procorum
Mactarat.famuli,faciendis ſtenua iußis
Turba,merum ponunt,ac replent pocula baccho,
Miſcentes unda: nec non abſtergere menſas,
Humentes fuſo laticis tibi Bacche liquore,
Luxuria procorum. Feſtinant.humecta graui tum ſpongia ſucco
Multicaua abſtergit tabulas,Cereremq; caniſtris
Depromunt,carnesq; ſimul ſecuere frequentes.
Diſcubuere thoris proceres,& corpora toſta
Carne replent.primus conſpexit limine natus
Dulichij, (cuius uultu par forma deorum
Inſigni fuerat) Mentem. namq; ipſe procorum
Inter erat turbas,confectus pectora curis,
Mente agitans.genitor ſi quando dulcis Vlyſſes
In patriam incolumis delatus claſſe ueniret,
Quot faceret ſtrages ferro,cædesq; procorum,
Sparſorum celſis crudeli funere tectis,
Imperiumq; ſibi raperet,rerumq; potitus
Diuitijs regnaret opum.ſic ille ſedebat,
Iſta procos inter meditans.cum Pallada uidit,
Protinus exurgens,tectisq; egreſſus auitis,
Veſtibulum tranſit,uoce indignatus amara,
Ante fores ſtaret quòd longius hoſpes: & illi

Coniunxit

Coniunxit dextram,ferratamq́; excipit haſtam.
Tum breuiter fatur·Salue,inquit,gratior hoſpes:
Hoſpes eris nobis,& amaberis hoſpite tutus.
Mox ubi iam ſaturæ ſatiatus fercula cœnæ
Sumpſiſti,quod opus fuerit,ſermone loqueris.
Sic memorat,Mentemq́; ſimul ſub regia ducit
Tecta puer: pueri ſequitur ueſtigia Pallas.
Vtq́; illa excelſam fuerat deducta ſub aulam,
Tunc haſtam ad longam conſurgens ipſe columnam
Intra uulnifico radiata armaria ferro,
Hic ubi denſa etiam ſtabant haſtilia Vlyſsis,
Inq́; thronum ſtatuit ducens Tritonida diuam,
Quem ſuper iniecit tenuiſsima carbaſa, magna
Arte laborata, & poſito releuare ſedili
Ipſe pedes iuſsit Mentem.tum deniq; pictum
Arte thorum ſtrauit, diuiſum ſede procorum,
Ne ſtrepitu hic hoſpes triſtis,mixtoq́; tumultu
Afficeret pectus curis,ſed ſede quietus
Ex ſaturata pia recrearet uiſcera cœna,
Vt ſuper undiuago tacitè rogitaret Vlyſſe.
Vna miniſtrarum referens gutturnia nympha,
Quæ radiant auri ſplendentia clara metallo,
Fundebat manibus lymphas ſuper, ipſa lebete
Argento ſolido latices ſpargebat aquoſos.
Præparat hinc menſam iuxtà,cereremq́; caniſtris
Attulit,atq; eſcas uarias gratiſsima menſis
Nympha,penum curans,habitu uenerata decoro
Appoſuit: lances oneratis carnibus altas,
Sublatis manibus geſtabat nobilis arte
Ipſe cocus regis: ſtatuebant pocula menſis

Palladem ſub Mentę ſpecie excipit hoſpiſio Telemachus.

Regius apparatus.

Aurea præcones per limina læta frequentes
Miſcebant Bacchum. ſubitò uenere procorum
Proci Penelopes. Turba, thoris pariter iuſsi diſcumbere pictis.
Dant famuli manibus lymphas, cereremq; caniſtro
Expediunt famulæ texto de uimine nymphæ.
Inijciuntq; proci dextras in fercula menſis.
Crateras pueri ſtatuunt, & uina coronant.
Poſtquàm exempta fames, et amor compreſſus edendi,
Potandiq; merum, ſubitò tum turba procorum
Luxurioſa thoris ſurgit. namq; altera cura
Illos tum ſubijt, cantuſq;, lyræq; ſonoræ:
Atq; hilares ſaltus choreis, ea munera menſis
Iuncta epulis celebrant. Citharam tum præco ferebat
Cantori inſignem. doctas anteire canendo
Phemius muſicus. Aonias ſolitus, Rhodopeia Phemius arte,
Ipſe procos iuxta, quem dura coëgit egeſtas,
Ore ſimul citharaq; canens præludit eburno
Pectine. iamq; fluens cantu, ſed carmina differt,
Delicians ſonitu tandem modulamina fundit.
Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.
Coniungensq; caput propius cum Pallade fatur
Telemachus, ne quà forſan ſua dicta per aures
Telemachus Palladi. Saltantum ueniant. Precor ô mihi tutior hoſpes
Syncerè accipias, nullamq; his uocibus iram
Adijcias. tibi fabor enim, ſic turba procorum,
Vt cernis, citharas, cantuſq;, lyraſq; ſonoras
Curat: & hæc cordi tantum, dum impunè per arcem
Regna aliena terunt, uictumq; abſumere Regis
Nil pudet, heu cuius tabeſcunt oſſa ſub imbre,
Albeſcumq; ſolo, aut uoluuntur in æquore fluctu:

Siue iacent forſan, qua littus denſat arenas.
Si quondam hunc Ithacam redeuntem fortè uiderent,
Se curſu & pedibus leuiores eſſe citatis,
Quàm ſuperare auro ditiores, ueſteq́; regis
Optarent equidem. quoniam non mitia fata
Hunc rapuere uirum. non ulla in rebus acerbis
Spes ſupereſt nobis. nec, ſi quis fortè referret,
Ad patrias oras mox eſt rediturus Vlyſſes,
Vlla fides tamen hunc, ſi quid mihi credis, adiret.
Hora quidem reditus Ithaci defleta iacebit.
Verùm age, fare mihi rurſus, quibus hoſpes ab oris
Huc ades, & tibi quæ patria eſt, quá ue urbe creatus:
Siue es mortalis, qui te genuere parentes,
Quá ue uenis liquidas huc hoſpes puppe per undas?
Quí ue Ithacam nautæ, qui te uexere per æquor?
Nec pede per terras reor huc ueniſſe. recenſe,
Nuper ades' ne mihi, an patrius mihi diceris hoſpes?
Multi adeò quondam noſtros adiere penates,
Hoſpitium antiquum. namq; olim hæc hoſpita tecta
Hoſpitibus patuêre, hominum oblectamen Vlyſſes
Stabat amicitia. reſequuta eſt cæſia Pallas.
Fortis ego Anchiali proles feror eſſe, guberno Pallas Telemacho.
Remiuagos puppi Taphios, & nauis amantes
Dulichias gentes. huc nauem cærula tranans
Tranſmiſi uectus folijs ſuper æquora longa,
Aduerſis radijs ferò rutilantia Phœbi,
Per uarias actus gentes: Temeſamq́; ſequutus,
Aera petens, urbem, mecum nigrantia ferri
Semina uecta mari. nec longè à mœnibus udo
Stat mihi puppis agro, refluenti ubi portus ab unda

Replctur,

Repletur, nemorumq; uirent naualia ſyluis:
Hoſpitium antiquum quondam, & mihi mutua iura
Hoſpitis, inq; uicem ſedes, ſocijq; penates.
Teſtis Laertes heros, ſi forſitan illum
Accedens, quæres hæc priſcæ nomina famæ.
Quem uitare urbem perhibent, in mœnia greſſus
Nunquam ferre ſenem, ſed inambitioſa per arua
Secretum uſq; pati curas, triſtemq; ſenectam:
Solaq; anus potumq; cibumq; annoſa reponit,
Cum labor inuaſit, defeſſaq; membra retardat,
Viribus exhauſto per culta uireta uaganti,
Arboribusq; ſolum florens, campumq; racemis
Fertilibus lætum, reptanti fida miniſtra
Succurrens, epulis reſtaurat pectora gratis.
Cuius ego cauſa ueni. procul eſſe parentem,
Fluctiuagoq; mari peregrinum, uela per æquor
Vſq; dare affirmant, diuosq; in gurgite ponte
Longum iter atq; uias triſtes turbare per orbem.
Necdum fata, reor, ſubijt diuinus Vlyſſes,
Seu letho occubuit peraratis exul arenis.
Spirat adhuc, aliquo detentus in æquore ponti,
Aut illum, ſi quæ premitur circumflua Nereî
Inſula ſeruat aquis, hominesq; ibi fortè feroces,
Agreſtesq; tenent inuito gurgite cinctum.
Auguror, ut diui pectus mihi carmine replent
Fatidico, atq; iubent ſortes euoluere mente.
Atq; ea fata reor quondam uentura, loquutaq;
Allatura fidem: quanquam nec præpetis augur,
Nec uates uolucres, aut plumea pectora cœlo
Conſulo. Non longas patria iam fortis Vlyſſes

Laertes Vlyſsis pater ruri agens.

Ipſe

Ipſe moras, abſens tellure & dulcibus aruis, Vaticiniũ de reditu uenturi Vlyſsis.
Contrahet infœlix: non ſi uel ferrea ponto
Vincula conſtringant, reditum meditabitur ultro.
Rara illi exornat pectus ſapientia rerum,
Ingeniumq́; ſagax. quoniam mihi noſcere gentem
Ortus amor, nunc pande genus cerasq́; tuorum.
Tu'ne ille es tanto puer ô ſic cretus Vlyſſe?
Namq; oculos illi nitidos, crinemq́;, caputq́;,
Præcipuè es ſimilis: eadem ſic ora gerebat.
Vſus amicitiæ miro nos iunxit amore.
Sæpe prius ſoliti fuimus ſuccedere tectis,
Inq; uicem greſſus, miſcereq; dulcia uocis
Colloquia, atq; ſonos uario ſermone profari,
Pergama quàm peteret Phrygiæ mauortia Troiæ,
Quoq; alij heroes Graiorum claſſe Pelaſga,
Qui uirtute alios & longè uincere in armis
Aſſueti fuerant, tenuerunt æquore curſus:
Ex illo nunquam uidit me dius Vlyſſes.
Laertisq́; nepos referens ſuſpiria dictis
Subijcit: Hæc, hoſpes, reuera, aduerte, docebo. Tel. Palladi.
Huius me eſſe refert natum de ſemine mater:
Ignoro ipſe tamen. quis enim ſine matre parentem
Nouerit? Atq; utinam proles fœlice creata Matri ſolum notus liberorum pater.
Ipſe parente forem, quem ſerus limine uitæ
Curſibus exactæ curua propiore ſenecta
Diuitias inter, poſſeſſaq́; rura locaret.
Iamq́; homines inter qui ſorte miſerrimus atra
Errat aquis, illo me me genitore creatum
Teſtantur, nunc hoſpes habes dum talia quæris.
Pallas tum tali reſequuta eſt cæſia uoce:

Pallas Telemacho.

Haud genus obſcurum mittent in poſtera diui
Secula, nec gentem placet immerſiſſe uetuſtam
Nobilitate domus, dum regia Penelopea
Te talem fudit. tamen ô cui gloria parta eſt,
Dic age, quæ'nam epulæ, quæ'ue hæc conuiuia menſis,
Qui ſocij, aut cœtus, quæ candida ſacra per arcem?
An'ne epulum celebras, an tædas forté iugales,
Atq; Hymenea facis? non hæc eſt publica menſa,
Collatæq; dapes, & amica per atria mixta
Colloquia. Vſq; adeò uiolentia uiſa ſuperba eſt,
Perq; domos luxus, & ineluctabilis aula
Sumptus opum: ueſci dapibus crudeliter auſi
Turba proterua procum, quis prudens illa probaret?
Quis non indignè, quicunq; aſpexerit iſta
Cultor amicitiæ, ferat his tot turpia tectis?
Indignatur enim iuſtus, dum cernit iniqua.

Tel. Palladi.

Reddit Vlyßiades: Quoniam cognoſcere tantus
Ortus amor caſus, domus hæc ſublimior olim
Diues opum fuerat, nulli uirtute ſecunda,
Dum pius ille domi manſit, populumq; regebat.
Dis aliter uiſum, deus & fortuna negarunt
In patriam reditus: cunctis mortalibus unum
Heu magis infauſtum ſuperi feciſtis, & actum
Funditus in pelagum merſiſtis puppe ſonorum.
Sed cuncta hæc mihi ſic diuûm demiſſa ſuprema
Mente fluunt. Sic eſt rerum fortuna mearum.
Nunquam fama uenit, nulli eſt auditus in undis.
Nec ſuper extincto tantos ſub corde dolores,
Fouiſſemq; ſinu gemitus, ſi mœnibus altis,
Dum Troiæ populos inter fera prælia miſcet

Sorte

Sorte datum foret huic crudeli occumbere ferro,
Siue manus inter ſocias cecidiſſet acerbo
Funere: tum Graij tumulum, & funebria ſacra
Feciſſent tumulo, cuncti & ſolennia ludis
Inachidæ forſan celebraſſent funere tanto.
Et meruit, ſic pulchra ſuis libamina uirtus
Vmbris donaſſet. nam ſolus prælia Troiæ
Fecerat, & uirtute ſua deuicerat urbem,
Pergameaſq; domos, donatus honoribus amplis.
Hinc excelſa ſuam manſiſſet gloria prolem,
Et foret hinc longè quoq; candida fama ſequuta.
Nunc iacet ille ſolo, nullis inglorius armis,
Nulli exauditus, cunctiſq; ignotus arena
In nuda perijt, ſæuæ rapuere uolucres
Harpyiæ. luctus nobis, triſteſq; dolores,
Et curas tetras heu poſt ſua funera liquit.
Nec gemitu ſolum genitoris defleo caſus,
Plura etiam ſuperi uexere pericula rebus,
Luctificumq; ſtatum regni miſere, feraſq;
Inſeruere mihi curas. nam turba procorum,
Quacunq; eſt medio Nerei circumflua ponto
Dulichiumq;, Sameq; mari, & nemoroſa Zacynthos,
Inſula diues aquis, & Neritos ardua ſaxis,
Ac ſterilis tellus Ithaces atq; aſpera cultu:
His quicunq; adeò medijs dominantur in undis,
Imperiumq; tenent pelago, & uirtute niteſcunt
Ante alios proceres, dudum genitricis amorem
Et facibus thalamos urgent, tædaſq; iugales,
Regaleſq; domos uexant, tenuantq; penates.
At non illa faces odioſas abnegat aulæ,

Siue

Siue thoros, ſpernit ſeu connubialia iura.
Nec ſtatuiſſe modum potis eſt, finemq́; dediſſe
Dura procis: illi corrumpunt atria cœnis,
Exedere domos regis, patriosq́; penates.
Me quoq; fortè proci plangentem, funere raptum
Vaſtabunt armis. Indignans *cæſia Pallas.*

Pallas Telemacho.

Prò ſuperi, inquit, eges quàm nunc deſertus Vlyſſe,
Qui procul hinc abijt peregrè ſuper æquora uectus,
Vt ferat ille procis uiolentas marte nefandis
Arce manus, uiresq́; ſuas in prælia tradat.
O' ſi iam patrias arces remearet Vlyſſes,
Et galea & clypeo, primoq́; in limine ſtaret,
Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.
Qualis erat quondam, quando ipſe penatibus hoſpes
Succeßiſſet ouans noſtris, & pocula Bacchi
Siccaret menſa, & noſtra gauderet in arce.
Et uoces Ithaci blandas, uultumq́; recordor.
Namq; Ephyre Inoa redeuntem, Ephyreaq́; rura
Linquentem memini, quum iam diſcederet Ilo
Mermeride: quò ſe celeri cum puppe per æquor,
Partheniosq́; ſuper ſaltus, Ephyreiaq́; in arua
Contulerat, iaculis lethalia pharmaca quærens,
Quis queat in bellum iam martis iturus Vlyſſes
Vngere tela manu, ferrumq́; armare ueneno,
Aeratasq́; hydræ ſucco tinxiße ſagittas.
At tum Mermerides, diuos, æternaq́; rerum
Numina, perpetua ſic relligione timebat,
Vltoresq́; deos facti, pœnasq́; negauit.
Sed dedit illa meus genitor, complexus amore
Dulichium ingenti. ô utinam iam talis Vlyſſes,

Ipſe

Ipſe procos inter conſiſteret acribus armis.
Nimirum hæc ſubitò tam luxurioſa procorum
Turba, fuga celeri peteret per uulnera mortem,
Atq; faces thalami & tædas guſtaret acerbas.
His tamen eſt uindex diuina potentia rebus, „
Inq; deûm placidis hæc ſtabunt omnia fatis: „
Si redeat, num ſit telis ulturus Vlyßes
Arce procos patria. mea iuſſa capeſſere fas eſt,
Vt meditere illos Ithacis expellere tectis. Palladis conſilium.
Teq; iterum moneo, quæ fabor, figito dicta.
Craſtina cum roſeos aurora inuexerit ortus,
Roſcidaq; Oceani Pallantias iuerit unda,
Concilio proceres, nec non heroas Achiuos
Ipſe uoca, & medio teſtatus numina cœtu,
Perq; deos teſtes iuuenes exire ſalaces
Voce procos iubeas, & auitas quærere ſedes.
Sin cordi tædæ, & matri ſententia ſedit
Connubio iungi, & thalamis denubere Graiûm,
Oebaliam repetat ſedem, ſublimia Spartæ
Tecta patris magni, cui immenſa potentia regni:
Ille faces ornet ſacras, cultosq; Hymenæos,
Atq; locet dotes, & connubialia dona,
Et quæcunq; ſequi par eſt de rege creatam:
Ille dabit patrio ſenior ſibi uictus amore.
At ſi animum adiungis, ſi me quoq; forſitan audis,
Vnum illud tibi nate loquor, præq; omnibus unum
Prædicam, & repetens iterumq; iterumq; monebo:
Mox tibi remigibus bis denis ſelige puppim, Adhortatio.
Quæ bene tutetur laterum compage carinam,
Hac da uela mari, & genitorem quære per oras,

Si quis mortalis forſan tibi nunciet uſquam:
Seu Ioue famam aliquam diſcas, qui nobile nomen
Atq; decus donat. Primùm Neleia rura,
Turrigeramq; Pylon relegas, ac Neſtora quæras
Voce ſenem ſacra. mox & Lacedæmona curru,
Flauentemq; comas Menelaon claſſe reuerſum,
Poſtremùm Inachidum Troiæ fœliciter armis:
Si patrem forſan ueſci uitalibus auris
Incolumem audieris fama, redituſq; per æquor
In patriam, expectes tolerans faſtidia longa,
Donec iam uelox in terga reuoluitur annus.
At ſi fama ſubit portus tibi funere raptum
Dulichium, & nuſquam ille tibi exauditur Vlyſſes,
Tunc Ithacas ſedes, & patria tecta reuiſe,
Ac tumulum facito, tumulo donentur honores,
Exequiaſq; feras, decores & funera ludis,
Atq; alia adijcias, quæcunq; in fata decebunt,
Exequiale ſacrum ſoluas præſtantibus umbris:
Matrem iunge uiro, tædaſq; incende iugales.
His ita perfectis, mediteris fata procorum,
Siue dolo mactes, ſeu Marte cruentus honoro
Deijcias letho, & ſternas manifeſtus in arce.
Iam puerum exuito, teneris iamq; altior annis
Sceptra geras regni: neq; enim iam diceris infans.
Ab exemplo Oreſtis. *Aſpice quanta decus ſublimi gloria celſum*
Atridæ dederit, quantus iamq; ultor Oreſtes
Inter mortales, qui fortis cæde parentis
Interfectorem ſtratum ſub Tartara miſit,
Qui dederat clarum bellis Agamemnona letho,
Aegiſthum inſignem, cretum genitore Thyeſte,

Fraude

Fraude laceſſentem thalamis patruelia iura.
Sic quoq;, nate precor, uirtutem amplectere fortis.
Arduus es membris, præſtanti corpore, & armis,
Atq; alacris, uideo, nil te uirtutis egentem
Aſpicio: ergo hilaris iam uictor in arma recurre,
Vt poßint etiam famæ meminiſſe minores.
Iamq; uale, noſtræ uocis non immemor: inde
Eſt iter ad ſocios, puppesq; in littore ſtantes
Inceptum: pelagi dudum indignantur ad undas,
Expectantq; diu lentum deſcendere ab arce.
Cui ſic Telemachus: Magnoq; hortaris amore, Tel. Palladi diſceſſuræ xenia offert.
Fida monesq; hoſpes, ceu prolem, rebus acerbis:
Exacuis, pulchræq; doces uirtutis amorem:
Vtq; pater natum. nullæ ergò obliuia curæ
Attulerint unquam lethea hortaminis huius.
Quanquam feſtinas, tamen & requieſcere mecum
Longius hic poteras, ſaltem dum fonte lauaris,
Et tepidis luſtraris aquis, & gaudia cordi
Hic facis, & capiunt hæc oblectamina mentem,
Siſte gradum. namq; ipſe feram tibi dona parentis,
Et precioſa ſatis, tibi quæ pulcherrima tradam
Ceu monumenta mei, quale hoſpes ab hoſpite pignus
Fidus amicitiæ recipit. ſic cæſia Pallas
Orſa refert: Cur me celerantem, nate, moraris? Pallas Telemacho.
Quæ tibi ſuadet amor mecum modò dona ferenda
Tradere, parce precor, donec rediturus ab undis
Affuero, accipiam: quoq; eſt precioſius illud,
Tanto plus curæ eſt iterum tibi digna referre.
Sic ait, & purum Tritonis in aëra Pallas
Fugit, aui ſimilis, quæ diſſecat æthera pennis,

Quaſi Anopœa uolat,tenues elapſa ſub auras:
Ac uires animo dedit,atq; audacia corda
Telemacho fecit,magis hunc exciuit ad arma.
Senſit adeſſe deam pectus: uerùm ipſe ſtupore
Attonitus,diuis ſimilis ſucceßit,& inter
Aſtitit ipſe procos.tum menſis inclytus illic
Inſigni cantor modulatur carmina uoce.
Aſt illi audito tenuere ſilentia cantu.
Phemii cantus. Hic canit errantes diſiecta claſſa Pelaſgos,
Et triſtes reditus,quos Troïa Pallas Achiuis,
Vela mari celſo facientibus intulit atrox:
Quos undis merſit Nereus, ultorq; Caphareus.
Dulcior & cygnis,& blando pectore Phœbi,
Vox uenit ex aula,reginæq; impulit aures:
Vtq; erat Icarias prudens iam ſede ſuperna
Penelope cãtu excitata ad procos deſcendit. Penelopea,melos haurit,cantuſq; deorum
Percipit aure bibens,gradibus feſtina domorum
Altis deſcendit,binis comitata puellis,
Nunquam ſola: legunt pariter ueſtigia nymphæ.
Contigit utq; procos,& regia limina greſſu,
Magnificoſq; gradus, tenero circundata peplo
Ante genas preßit, ſteterat quoq; nympha ſequuta
Hinc atq; hinc iuſſu uultu demiſſa decoro,
Hæret inexpletum lacrymans,ac talia fatur.
Penelope ad Muſicum. Phemie,Muſarum decus, ô diuine poëta,
Non ignota hominum ſunt oblectamina cantus
Blanda tibi,ô cantor,quæ Muſis plurima noſti
Sueta tuis præclara heroum facta,deûmq;,
Quæ celebrant uates,reſonant & uoce poëtæ.
Horum aliquod reſidens iſtis deprome canendo,
Dum

Dum Bachum ſiccant, & amica ſilentia præſtant.
A' triſti cantu precor hoc iam deſine Troiæ
Carmine, & infauſto reditu, qui pectora torquet,
Exeditq; iecur curis, & luctus amarus
Occupat heu, lacrymæq;, & ineluctabilis humor:
Dum caput heu languens clari reminiſcor Vlyßis,
Tum deſiderio labor: cui fama per Argos
Tranſuolat Argolicum, *perq;* Hellada *gloria claret*
Maxima uirtutis. Cui tum, Dulcißima mater,
Natus ait, quæ nam ſua carmina dicere uati
Inuidia eſt, ſine delectet modò pectora cantu,
Dum Deus *eſt intus, dum ſurgens impetus illum*
Concitat: haud ulla eſt uatis ſub carmine culpa.
A' Ioue *luctus adeſt, deſcendunt limite* Parcæ
Fatorum, deus autor ineſt, & Iuppiter *altus:*
Qui dat materiam, rerumq; inuenta colenda
Cuilibet, ut libuit, fœcundaq; pectora rerum:
Ingeniumq; hominum, quîs eſt natura ſagacis
Senſus, exercet. Non *indignatio iuſta eſt,*
Dum canit hic Danaûm *fletus & triſtia fata,*
Excuſſasq; rates, pulſumq; Caphareа *remis.*
Eſt quoq; Muſarum *nouitas gratißima cantus,*
Præcipuumq; melos, & quæ noua, carmina laudant.
Gratior, humanas quæ nuper contigit aures,
Cantio Theſpiadum*: nec quicquam horreſce canoros*
Hos audire ſonos. cecidit nec ſolus Vlyſſes,
Cui fuit infœlix curſus, redituraq; meta
Succeſſu caruit, Troiaq; *expulſus in æquor*
Occubuit pelago: quin & tot corpora Graiûm,
Heroesq; alij Troiæ *ſub mœnibus altis*

Vxoris honeſtæ in maritũ abſentem affectus.

Telemachus matri.

Oppetiere, alij reditu periere per undas.
Ergo domum mater repetas, muliebria penſa
Atq; opera exercens, telasq; & pendula fila,
Et calathos relegas, famulasq; ad lumina longis
Adhibeas penſis, operumq; adijſſe labores
›› Ipſa iube. Nam ſermo uiris debetur, & oris
›› Officium, & ratio, & cui tectis plena poteſtas
Telemacho, eſt arcis dicendi copia regi.
Obſtupefacta domus mater cœnacula ſummæ
Aſcendit rurſus, teneris comitata puellis,
Dictaq; Telemachi defigens condita mente
Flebat inexpletum, & dulcem lugebat Vlyſſem ;
Penelope lacrymando obdormit. Coniugium fœlix. donec Tritonia Pallas,
Somnum oculis fundens, laxauit membra ſopore,
Et dulcem requiem laſſos ſtillauit in artus.
Turba proci tectis hic luxurioſa tumultus
Excitat, & ſonitus, uocesq; per ampla uolutant
Atria, & umbroſis furioſi ſedibus errant.
Tandem decliues lectis recubare paratis
Suſtinuere proci. dictis regaliter iras
Adijcit, & fatur cunctis generatus Vlyſſe,
His ſuper incipiens uerbis pudenter amaris
Telemachus: Luxu turba ô uiolenta procorum,
Quis mater thalami eſt ſpes inuidioſa iugalis,
Hic epulis potius lætæ oblectamina menſæ
Iam capiamus, & hinc omnis procul eſto tumultus.
Dulce quidem auditu, bibulasq; haurire per aures
Carmen, quod media uates inter ſonat aula,
Qui ceu Muſarum fundit modulamina uoce,
Mitior & ſenibus cygnis, & pectine Phœbi,

Demulcet,

Demulcet, triſtesq́; iubet neſcire dolores.
Craſtina punicea cum ſeſe aurora quadriga
Obtulerit terris, cœtus celebrabimus unà
Concilio acciti, & pariter conſidere iuſsi:
Audax è ſolio uobis tum fabor auito,
Præcipiens uobis ut diſcedatis ab aula:
Iamq́; alias epulas, aliasq́; exquirite menſas:
Quin & diuitias & opes abſumite ueſtras,
Mutua perq́; domos conuiuia ferte uiciſsim.
Sin autem ſedet hæc potior ſententia uobis,
Hanc lacerare domum, fructusq́; impune per arcem,
Dulichias & opes, & lamentabile regnum
Eruere ô Danai, quæq́; ipſe miſerrima cerno,
Vnius regis ſedem uaſtare, nec ullus
Luxuriæ modus eſt: ſuperos in uota uocabo
Aeternos ſupplex, ruat ut ſuper æthera clamor,
Vlciſcatur uti tam facta nefanda uiciſsim
Iuppiter, & uos ô iuuenes impunè per arcem
Arma ſuper lapſi reſonante fragore cadatis,
Soluatisq́; domos inter cum ſanguine crimen.
Sic ait. aſt illi mordentes horrida labra,
Obſtupuere feri iactantem talia uoce
Telemachum audaci. Tum primus ab ore profatur
Antinous procerum, genitore Euphete creatus.
Scilicet hic ſuperûm labor eſt: fecere facundum, Antinous Telemacho.
Grandiloquumq́; dei, & docuere audacius ore
Telemachum fari, & nimium contentere dictis.
Iuppiter auertat, ne rex modò regna capeſſas,
Siue regas Ithacam, tibi quæ circumflua ponto
Porrigitur celſo: tibi quòd debentur auita

Regna Ithacæ, & ſceptro patriæ ſit debita genti
Terra. Sed hunc contra natus ſic fatur Vlyßis.
Telemachus Antinoo. *Antinoe, ô utinam, quando hæc tibi mira uidentur,*
Geſtarem regni Ioue dante hæc inclyta ſceptra,
Fama Ithacæ, an'ne putas ſcelus hoc & peßima regna
Eſſe homini? neq; enim ſceptro regnare, uidetur
Res mala. nam regi ſubitò datur aula potenter
Diues opum, quin & donatur honoribus ipſe:
Sceptriger eſt inter populos, urbesq;, per oras.
Sed tamen æquorea plures iuuenesq; ſenesq;
Terra, Ithacæ ambitæ fluctu qui ſceptra gubernent,
Siue illorum aliquis, ſubeat qui pondera regni,
Conceßit fatis quoniam mihi diuus Vlyſſes:
Sed tamen inde domus noſtræ rex ipſe futurus,
Diuitiasq; regam, famulasq; herois Vlyßis,
Quas quondam, belli prædatus fortiter armis
Attulit. Eurymachus Telemacho. *Eurymachus, Polybo de patre creatus,*
Subijcit: Hæc fatis poſita, hæc clementia diuûm
Deſtinat, Inachidum dederint quem numina regem,
Ille Ithaca ſterili, quam manant æquora circum,
Regnabit ſceptro: ubi res poſſeſſaq; rura,
Quæ tua ſunt, habeas, patria & domineris in arce.
Me uiuo haud ullus ueniat, qui durus ad arma
Inuitum moueat, ſiue arua inuadat auita,
Seu tibi res rapiat, ferro deuaſtet & igni,
Donec & urbs Ithacæ tectis habitabitur altis.
Verùm age, fare mihi rogito ſuper hoſpite, quærens
Indole qua fretus tanta eſt ingreſſus in arcem,
Vnde uir hic quæſo, quibus aut hic uenit ab oris,
Quod genus eſt illi, quæ gens, aut patria terra?

An tibi

An tibi uenturi iam defert nuncia patris?
An'ne huc æra petens exacta eſt ſorte profectus?
Nec noſci uultu,nec ueras reddere uoces
Suſtinuit, ſubitiſq; euaſit greßibus aula.
Non tamen ignauo ſimilis, ſeſeq; uidendum
Indulſit mitis uultus, de pectore gaudens,
Sentiriq; ingens uoluit. Tum natus Vlyßis,
Prudenter paucis addit: Spes omnis Vlyßis Tel. Eurymacho.
De reditu dudum iacet en defleta,nec ullis
Nuncia laturis credam.nam fata monentem
Priua uere fide: deceptus ab alite,nulla
Seu reſponſa deum,ſeu uatum oracula,ſi quæ
Cunctatur mater,ſeu uates duxit in arcem
Quos hæc rege ſuper rogitet,nec curo uolantum
Augurium.Hic Mentes,ſi neſcis,patrius hoſpes,
Anchialo cretus bellis genitore ſuperbo,
Huc uenit ille Tapho puppi, Taphioſq; gubernat,
Queis ſtudium eſt ardens remos lentare ſub undis.
Hæc ſic affirmat proles ſapientis Vlyßis:
Quanquam mente deum cepit,numenq; putabat.
Tum uerò innumeros & dulcia carmina ſaltant
Conuerſi circum,iuuenum oblectamina ſaltus, Procorum ſtudia.
Hos labor ille iuuat,certant plauduntq; choreas,
Donec ſerus aquis acceßit ueſper Olympo,
Et reuehunt primam iam nigra crepuſcula noctem.
Mox hinc quiſq; ſuos læti tetigere penates,
Laxatum corpus ſomnis abiere petulci,
Defeßiq; choris ceſſant.iuueniſq; cubile
Telemachus repetit,turbatus pectora curis,
Multaq; dura ſuo triſti cum corde putabat,

Thalami deſcriptio.

Magnifica fuerat thalamus ſublimis in arce
Extructus, qua ſe uentoſo culmine ſedes
Explicat, & reſonat gelidis illuſtrior auris.
Fida miniſterijs iuueni Euryclea ferebat

Euryclea nutrix.

Arſuras tædas, uincentes lumine noctem:
Quæ Peſenoride quondam fuit Ope creata.
Emerat hanc olim precio non uile Laertes
Corpus, cum florens teneris pubeſceret annis,
Bis denis bubus, campeſtribus inſuper aruis.
Coniuge cum caſta hanc parili ſub honore colendo
Enutrijt ſenior, qua non eſt mixtus amore,
Nec thalamum aſcendit, gremio'ue infuſus amantis

Caſtitas Laertis, timore uxoris.

Concubitus inijt: uitabat coniugis iras.
Illa faces flamma rutilas geſtabat eunti
In thalamos regi, cui ſemper charus amore
Ante alias fuerat nymphas, teneroq; ſub æuo
Nutrierat puerum. progreſſus natus Vlyſsis,
Impulit ipſe fores thalami, lectoq; reſedit,

Telemachus cubitum ſe confert.

Atq; imam tunicam, molliſsima lintea, membris
Exutam uetulæ ſapienti tradidit. illa
Arte plicans aptat, cultoq; uolumine iunctam
Suſpendit clauo, depicta cubilia iuxta,
Quæ retinent tracti per curua foramina funes.
Egreditur thalamum, ſubiectaq; hoſtia claue
Occluſit, rurſusq; immania clauſtra retorſit.
Annulus annexus fuit his argenteus, illo
Traxit anus ualuas, lorisq; extendit habendam
Regalem clauem. ſed ſolus uellere tectus
Ille iacens, tota uigili ſub pectore nocte
Voluit iter ſecum, monſtratum Pallade diua,
Donec ob oceano Pallantias exit eoo.

ARGVMENTVM LIBRI II.

Conuocat Argiuos aula, generoſus alumnus
Penelopes, patrioq́; procis diſcedere tecto
Imperat: inde uiæ uictum nutrice recepit.
Pallade tum ſocios reparat, puppimq́; recuruam.
Hinc, ut in Heſperias Phœbus iam tenderet undas,
Soluit diſcedens Ithacenſi littore nauim,
Ioniumq́; ortus uerſus tum nauigat æquor.

ODYSSEAE LIBER II.

Telemachus ſoluit patrio de littore puppim.

MAtutina polo poſtquam ſe aurora recepit,
Et roſeo fulſit uultu ſuper æthere ſpendens,
Corripit è ſtratis corpus tum natus Vlyßis,
Induiturq́; togam, & gladium ſuſpendit acutum
Ex humero, & pedibus teneris talaria nectit. Macrob. Satur. lib. 5, cap. 8.
Egreſſus thalamo uadit ceu numen ab alto,
Præconesq́; iubet, cogant in tecta comantes
Argolicos proceres, Ithacæ per mœnia clara.
Imperio celeres parent, & iuſſa capeſſunt
Præcones. Graij ſubitò intra limina denſi Achæorum concilium.
Conuenere, fluuntq́; omnes ad regia plenis
Tecta uijs: poſtquam ſedere ex ordine ſede,
Conuentum celebrem ſoboles repetebat Vlyßis,
Ingentemq́; haſtam ferro geſtabat acuto,
Non ſolus, gemini cuſtodes limine ab alto
Procedunt, greſſumq́; canes comitantur herilem
Crudeles rictu. Pallas afflarat honores
Telemacho: Populus uenientem ſuſpicit omnis,
Inq́; throno patrio, cani ceſſere ſedenti

Graiorum cuncti proceresq́;,ſenesq́; uerendi.
Aegyptius heros. *Quos heros inter facundo Aegyptius ore,*
Fecerat incuruum quem quondam longa ſenecta,
Multa tamen prudens norat,ſapientia mira
Ornabat pectus,quondam quoq; prole beatum.
Olim huius natus conceßit mœnia Troiæ,
Iliacumq́; agrum,bene qui generator equorum
Olim floruerat,ſacrum comitatus Vlyſſem,
Antiphus. *Antiphus,æquoreis bellator puppibus acris.*
Quem ſæuo quondam lacerauit funere Cyclops,
Cyclops agreſtis Siculis dominator in oris,
Immani paſtus membris reſupinus in antro,
Poſtremum hunc ſocijs rapuit Polyphemus Vlyßis,
Cum cœnam infandam repararet dirus.At idem
Tres alios natos generarat diues in urbe.
Inde procos inter clarißima fama uigebat
Eurynomus: bini patrias imitarier artes
Suſtinuere ſimul,ſeq́; exercere paterna
Laude,pares ſemper.quorum pater inclytus æuo,
Nec dum Dulichij longa hic obliuia duxit:
Namq; diu abſentem triſtis lugebat Vlyſſem.
Incipit in cœtu,lacrymisq́; ita fatur obortis:
Audite ô proceres Ithaci, non tempore longo
Antè quidem ſumma de re ſtatuiſſe Pelaſgum
Contigit,& celebrem conuentum accire,uirûmq́;
Cogere concilium: poſtquam cum claſſe per æquor
Hinc Ithacus ceßit,nunc intra limina regis
Huc aliquis Graios egit,quem compulit uſus
Siue ſenum,& iuuenum cauſæ pepulere per oras,
Siue quis in patriam Graiûm aduentare phalangas

Audijt, aut certus percepit nuncia fama:
Quæ nobis referat,ſeu quædam publica forſan
Commemorare uelit,bonus & pius ille profectò.
Cui precor, efficiat,quodcunq; hic corde uolutat,
Iuppiter,& ueniat fauſtum.lætatur Vlyßis
Natus,ea fama gauiſus,laudeq; tanta:
Nec tamen ille diu ſteterat ſine uoce,profari
Affixus paulum meditatur, pectora prudens
Conſtitit in medio.Peſenor,regia ſceptra,
Cuius erat latas ſapientia nota per oras,
Præco dedit manibus.tum prima exordia ſumpſit
A' ſene Telemachus: Senior,non ille remotus
Eſt procul,inquit.ego proceres populumq; coëgi,
Idq; ſcies ſubitò.Nam me dolor iſte fatigat.
Nuncia percepi uenientis nulla phalangis,
Quæ referam certus,nec publica uoce profabor.
Sed priuata mihi clades, ſorteſq; malorum
Incubuere domo.duplex fortuna fatigat
Triſtior,amiſi genitore infauſtus Vlyſſem,
Vos inter quondam bene regia ſceptra tenentem,
Inſignem pietate uirum,& dulcedine morum:
Deinde aliud maius: quòd noſtra palatia caſus
Funditus euertet,domus inclinata recumbit.
Quin & opes largas,frugeſq;,ea maxima clades
Deſtruet: inuitam genitricem turba procorum
Inuaſit tædis,procerum clarißima proles,
Quicunq; hic Ithacæ fama & uirtute uireſcunt.
Hiq; adeò matrem patrios rediſſe penates
Icarij ſubigunt,ut dotem præbeat illi,
Connubioq; illam iungat,quem diligat ipſe

Oratio Telemachi pro concione, qua fortunã ſuam Achæis narrans, de iniuria procorum conqueritur. Domeſticum malum, prouerb.

Millibus

Millibus è multis gratum,& ſponſalia nuptæ
Conficiat natæ. Tamen hi penetralibus altis,
Inq; domo noſtra,tam luxurioſa procorum
Turba ducum perſtant ſemper,mactantq; bidentes,
Et pingues capras,taurosq;,bouesq; ſub aris,
Magnificeq; parant regali ſplendida luxu,
Heu patrijs laribus conuiuia fortis Vlyßis.
Epotantq; merum ignitum,atq; ardentia uina
Incaſſum fundunt,multa abſumuntur in arce.
Nec defenſor adeſt fortis,qui ſedibus illos
Depellat: qualis quondam fuit acer Vlyſſes.
At nos imbelles nec quicquam arcere parati,
Et ſi fortè graues,ſeu quid defendier armis
Inſtemus,uires deſunt uirtutis egenis,
Indocilesq; ſumus martis. Si deniq; quædam
Vis foret,aut forti coniuncta potentia dextræ,
Propulſare ſcelus uellem,& defendere ſedem.
Haud etenim patrijs toleranda hic facta parantur
Sedibus,indignè domus hic fœdatur Vlyßis,
Perdita tot ſcelerum facie. ô indigna putetis:
Finitimos ſaltem,& pluſquam uicina colentes
Rura timete precor, Nemeſimq;,iraſq; deorum:
Si genus humanum & mortalia temnitis arma,
At ſperate deos,memores fandi atq; nefandi,
Ne uos euertant,ſcelera hæc infanda uidentes.
Perq; Iouem uos,atq; Themim,diuamq; potentem
Soluere concilium,nec non ſtatuiſſe per oras
Et dare iura uiris: finite eſſe,& luctibus atris
Abſumi ſaltem requie. ſi fortis Vlyßes
Nunquam uos genitor præſtantes corpore Graios

Indignè

Indignè affecit: clementior ille merendo
Certauit ſemper. nunc heu, nunc redditus illa,
Ac uelut hoſtiles ulturi dira rependi
Proh ſcelus inſtatis, iuueneſq; infanda patrantes
Hortando urgetis. ſat erit tamen iſta querenti,
Dum uos diuitias patrias atq; aurea uaſa,
Et laceratis opes, pecorumq; ouiumq; creatos
Aufertis fœtus, & tota armenta per agros,
Atq; anni fruges. modò dum Nemeſiſq;, Themiſq;,
Vlturæ ueniant: mox ultio digna ſequetur.
Tunc ego complectar iuſtas, atq; urbe uagatus
Auxilium implorans, ego uoce ablata repoſcam,
Donec reddantur. nunc fruſtra hæc pectora curis
Triſtibus afficitis, mentemq; dolore prementes
Incaſſum ut ſpero laceratis Vlyſſis in arce.
Sic ait indignans, ſceptrumq; abiecit ab ore
Effundens lacrymas. ſubijt miſeratio cunctos,
Commouitq; omnem populum. inde ſilentia longius
Continuere omnes, nec quiſquam eſt hiſcere contrà
E Danais auſus, ſæuiſq; reſiſtere dictis
Telemachi. Antinous ſolus ſic aggerat iras, Antinous
Hiſq; onerat dictis: Ingens orator, & ingens Telemacho.
Viribus, eloquio'ne tonas, mentemq; ſuperbam
Extollis, tantumq; nefas ſic excidit ore?
Quid nos dedecoras, dictiſq; redarguis acer,
Intendiſq; notam? Nec enim horum eſt cauſa malorū
Turba procum: mater potius chariſſima, fraudes
Atq; dolos texens, hæc aſtu dædala fingit.
Tertius eſt annus, quartus quoq; reddet ariſtas,
Atq; erit in curſu, cum iam ſub fraude Pelaſgos

Spe

Spe nutrijt uana,mentes quoq; paſcit amore,
Sub ſpe connubij,quod iam protenderat illa,
Promiſitq; uiris,& nuncia mandat amoris
Ire procis mollis,animosq; dolore refigit,
Incenditq; igni.aſt alia hæc in pectore uerſat,
Innectitq; moras,fraudemq; effingit & aſtus.
Penelope telam retexẽs: prouerbium. *Ingenti tenues contexere ſtamine telas*
Aedibus aggreditur tacitis,& talia Graijs
Incipit effari: Turba ô mihi chara procorum,
Has ſperate precor tædas,atq; arce manete,
Atq; meos thalamos urgete,& feſta Hymenæi,
Donec texuero funebria lintea,tela
Laerti Heroi,pereant ne ſtamina fruſtra.
Quem cum Parca ferox iam funere merget acerbo,
Ne qua mihi Argolidum populo indignetur,& atrox
Heu nurus obijciat forſan mihi crimen amare,
Si mihi Laertes iaceat ſine ſtamine buſtis:
Cum tot opes teneat,poſſeſſaq; uomere rura
Diues aret bubus.dicenti talia,pectus
Perſuaſum rurſus patuit uiolabile telis.
Luce quidem magnam texebat ſtamine telam,
Sub noctemq; iterum ſoluebat texta,reponens
Lumina tædarum, & funalia clara lucerna.
Hisq; dolis celans tota trieteride Graios
Aſtu decepit,donec iam quattuor æſtas
Attulerat meſſes ſpacijs reuoluta peractis.
Conſcia tunc operis patefecit fœmina fraudem.
Nocte retexentem tenues cum ſtamine telas
Repperimus,dixit,telamq; labore refectam:
Hanc inuita diu quanquam perfecit,& artem

Experta eſt toties fruſtra. tibi turba procorum
Telemache edicit, ne mentem incertus Achæis
Decreto perſtes: matrem dimitte Lacænam,
Ipſe iube è nobis alicui connubia iungat,
Quem pater ipſe uelit, quem multis milibus unum
Ipſa ſibi exoptet. Sin hac illudere Graijs
Arte diu tentet, quamuis ſapientia mira
Inſideat pectus, uel ſit ſtudioſa Mineruæ.
Illa operum, inſignis percurrere pectine telas
Clareat egregias, & quas ſibi Pallas amanti
Artes attribuit, pectusq; exculta decorum,
Sobriaq; exuperet aſtuq; animoq; ſagaci,
Qualem non inter ueteres Heroidas unquam
Norimus, & flauas quondam inter Achaidas illas
Seu Tyro, Alcmenemq; piam, crinesq; Mycenam
Flauentem: quarum quondam non ulla ſagaci
Ingenio uſq; adeò uiguit, ſeu claruit aſtu,
Alta animo excellens. Aſt hic non utile cernens
Conſilium, ſapit illa ſibi. Namq; arce mariti
Haud ſibi cedemus: ſed opes lacerabimus arce,
Et pecorum fœtus, frugesq; abſumere prompti,
Donec Penelopen hic uerſat pectore ſenſus,
Quem miseræ fixere dei, mentemq; dedere
Vſq; adeò aſtutam. decus hinc ſibi nobile fama
Illa parit, tibi uerò hæc damna, domusq; cadentis
Amiſſæq; rei cladem. non inde petemus
Antè domos patrias, & ſueta negotia tectis,
Atq; artes: non uſquam aliò contendere greſſum
Eſt animus, quàm uni è nobis ſociare cubili
Se paret, & thalamo iungat connubia nobis

cc Penelo=

Penelope. Aſt contrà ſic infit natus Vlyſsis:

Tel. Antinoo

Antinoe, haud fas eſt inuitam pellere tectis,
Quæ peperit quondam, patriaq; enutrijt arce.
Nam pater externis ſeu ſortè extinctus in oris,
Siue aliqua carpit terra ſpirabile lumen,
Ex quo dura mihi tot reddere millia rurſus
Oebalidæ Icario, ſi matrem ſede remittam.
Quinetiam ipſe pater ſi forſan ueſcitur aura,
Hæc feret indignè, nec non & numina diuûm.
Diſcedensq; mihi furias & mater Erinnyes
Execrata odijs Stygias immittet obortas,
Vnde & mortales nimium indignentur acerbi,
Indignæq; preces, odiumq; immane Pelaſgûm.
Non unquam ergo ſequar, quæ uos mandatis Achæi:
Quæq; mones ſperno, uel ſi indignentur Achiui,
Effundantq; iras. potius diſcedite tectis,
Atq; alias epulas, alias & quærite menſas,
Abſumatis opes ueſtras, conuiuia læta,
Mutantes pariter per limina ueſtra uiciſsim.
Sin melius uobis cenſetur, ut unius arcem,
Resq; impunè uiri propria laceretis in aula,
Perdite crudeles ueſtri penetralia regis,
Eruite antiquas arces, proauitaq; regna:

Deus ulciſcetur, prouerb.

Ipſe immortales extrema in uota uocabo,
Si quando exitium, & meritas cum ſanguine pœnas
Iuppiter immittat, dans factis præmia digna,
Intra ædes patrias ut cæſi impunè cadatis.
Vix ea Telemachus, cum binas Iuppiter alto

Augurium aquilarum.

Monte aquilas miſit de celſo uertice, pennas
Extenſas, celeris pariter cum flamine uenti,

Inter

Inter ſe propius tendentes aëre plumas,
Clamoſumq́; forum accedunt, mediamq́; uolabant
Plebem inter, mox in ſeſe unguibus ire parabant,
Atq; alas crebras quatiunt, ſtridentq́; per auras:
Irruere & capita, & mortem intentare per urbem
Omnibus inde genas uncis hic unguibus acres,
Ceruicemq́; ſimul petere, & fœdare cruenta
Ora, atq; hinc ſubitò dextra de parte uolatu
Ablatæ, aſcendunt trans tecta urbemq́; citatæ.
Obſtupuere illi, uolucres ut cernere pennis
Contigit alatas, & quæ ſibi quiſq; timebat
Omine concepto, tandem euenere, furorq́;
Ipſe fidem inuenit. Tunc ſic exorſus ab ore
Maſtorides fundens Alitherſes, omina fatur:
(Is ſenio longo, rerumq́; excultus ab uſu
Augurio inſignis fuerat, quæq́; omina fauſta
Auſpicijs fuerant norat, populumq́; docere
Solus præſtabat: uolucres nam noſcere ſolus,
Atq; auium linguas, & præpetis omina pennæ) Alitherſes augurium interpretatur.
Percipite hæc Ithaci, (ſic inquit) at ipſa procorum
Præcipuè hæc tibi turba loquor. namq; omina tanta,
Prodigiumq́; auium minitatur ab aëre cladem,
Inq́; hos exitium, & uenient diſcrimina magna.
Haud aberit longum charis diſiunctus amicis
Heros Dulichius, propiusq́; aduentat in oras
Neritius dudum, cædemq́; & fata daturus,
Sanguineasq́; procis clades his omnibus arce,
Atq; alijs multis contingent triſtia damna.
Qui colitis campos Ithacæ, quæ uergit in auſtrum
Aëre tranquillo, moneo deſiſtite ciues:

Dumq́; licet potius qua iam uitare malorum
Prodigium inde uia, uoluamus mente diſerti,
Id melius longè. quare ô ceſſate, ruinam
Effugituri acrem. neq; enim ſum ignarus eorum.
Auguror, hæc uerè narranti credite ciues.
Cunctus defunctum reor, en non uanus, Vlyſſem:
Ac periiſſe ſibi, quæcunq; in nauibus altis
Vexerat, ut ſacro prædixi concitus ore,
Arteq́; fatidica cedenti puppe canebam,
Ilion & celſæ peterent cum Pergama Troiæ
Argolici, & Danais ſimul his tum ſoluit Vlyſſes
Littore Dulichio claſſem ſublatus arenis.
Quippe mari multum paſſurum, & deniq; ponto
Amißis ſocijs, atq; undis claſſe Pelaſgûm
Extincta, ignotum cunctis in patria rura
Venturum, ut canas perfecerit annus ariſtas
Vicenus: iamq́; ad finem hæc adeò omnia tendunt.
It contrà Eurymachus, Polybo genitore creatus:
Eurymachus auguriū confutat, et minis uatem perterrefacit.
Curue ſenex æuo, capiti cane talia demens
Ipſe tuo, natiſq́; tuis, patrioſq́; penates
Hinc ſubitò repetas, ne quæ diſcrimina proles
Suſtineat quondam. melius te præpete uates
Augurio iſta loquor. uolucres denſo agmine circum
Multæ ſæpe uolant radijs ſub ſolis eois.
Nec uerum cunctæ oſtendunt, mentemq́; deorum.
Occubuit procul hinc bello præclarus Vlyſſes,
Atq; utinam extinctus ſimili quoq; clade fuiſſes,
Cumq́; illo pariter iacuiſſes præda uolucrum:
Non hic auſpicijs caneres mihi talia uates,
Nec mihi Telemachum hic ſtimulis iraq́; moueres,

Donis

Donis corruptus,quæ tecum præmia linguæ,
Miſſa tibi deferſ intra tua limina demens.
Hinc iras & uerba locas,& iurgia uendis.
Eloquar,en idem ſic experiere,citoq;
Eueniet,quòd ſi iuuenem ſtimulare nefande
Obliqua inuidia,uerbisq; urgere pararis,
Hortariq; illum pergas,& fraude doloq;
Ipſe tuo fretus,ſtimulis agitaris amaris,
Mente ſenex nimium fallax,animoq; ſagaci,
Longo uſu rerum atq; antiquo doctus ab æuo,
Quo magis inſultet,flatusq; aſſumat inanes:
Sentiet ille quidem magis hic tum triſtia damna:
Nec tamen efficies,quæ dudum corde uolutas.
Hasq; tibi pœnas,quas intentare proteruè
Infœlix audes alijs,tibi turba procorum
Hic infligemus,laceratáq; corda dolore
Geſtabis tecum.nos erudijſſe decebit
Telemachum,ut iubeat matrem diſcedere tectis
Ad patrias arces,illic ſponſalia tædis
Inſtruet,& dotes genitor dabit ipſe marito,
Quas decet egregiæ natæ donare parentem.
Haud aliter celebres thalamis decedere Graios,
Connubijsq; reor poſcendis ſiſtere finem
Poſſe procos unquam,nihil hic tua,futilis author,
Auguria & uolucres, & uanè oracla relata
Curamus,quæ curue ſenex,mentisq; ſiniſtræ
Huc affers augur,quæq; imperfecta per artes
Eloquio ipſe tonas,odiumq; immane reportas,
Inuidiamq; tibi facis his.non ulla timemus
Imperia,& nullos hominesq; deosq; moramur.

Nec nos uerboſum natum exhorremus Vlyſſis:
Abſumentur opes, & lamentabile regnum.
Nec iuſta hic ſperes, dum blando mater amore
Detinet Argolicos tæda thalamiſq; morata,
Dum nos uſq; adeò ſic expectamus iniquè,
Et uirtute ſimul tota contendimus arte,
Quis magis excellat meritis. nec quærimus ullas
In thalamos alias, quas forſitan æqua poteſtas
Connubio iungi foret, & miſcere cubili,
Concubitus dulces cunctis. ſed ſola moratur
Penelope illecebris, queis pectus adurit amore.
Telemachus contrà uerbis ingreſſus acerbis:

Telemachus procis.

Eurymache, atq; alij, celeberrima turba procorum,
Iam non oro quidem, non ultrà adhortor, & ore
Eloquor: at teſtes diuiq;, ipſiq; Pelaſgi,
Adſint. ô ſaltem remos, celeremq; carinam,
Vicenoſq; rati ſocios, qui cærula uerrant,
Quiq; utrinq; uias pelago, fluctuſq; ſonoros
Puppe ſecent, mecum Spartamq;, Pylonq; per altum
Aequor arenoſum, precor hic concedite Graij.
Namq; ego ueloci cymba petiturus Vlyſſem
Orbe pererrato, uarijs erroribus uſq;
Errantem circum quæram, ſi fortè referre
Tunc aliquis poterit mortalis, ſiue deorum,
Siue Iouis famam, quæ fert mortalibus alta
Laude decus magnum, per Dorica rura uagatus
Percipiam. Quod ſi genitorem ueſcier aura,
Et ſupereſſe oris, redituq; inſiſtere terras
Audiero ad patrias, totum uel triſtis in annum
Confectus curis ſtatui expectare parentem,

Sire-

Si redeat quondam. ſed ſi crudelibus umbris
Occubet, & nuſquam ſit fortè ſuperſtes Vlyſſes:
In patriæ fines & dulcia rura reuerſus,
Inſtituam tumulum, tumuloq́; parentis honores,
Exequiasq́; dabo celebres, funebriaq́; acta,
Atq; alia, ut fas eſt: matremq́; locabo marito,
Connubio iungens ſtabili, propriamq́; dicabo.
Sic ait: atq; loco, quo uenerat, ille reſedit.
Tum Mentor, quondam magno commotus amore,
Iureq́; amicitiæ forti dilectus Vlyßi:
Cui, cum de patrio cedens iam littore flendo
Solueret undoſam claſſem, conceſſerat omnem
Et regni atq; domus curam, & parere monenti
Ipſe ſeni mandat, ſeruareq́; firma per arcem
Tecta domus, ſceptrumq́; pium, ſic uoce profatur.
Proh dolor, ô Ithaci ciues, non amplius ullus
Sceptra gerat regni, nec rex placabilis ullus
Atq; alta mitis regnet clementer in aula,
Nec iam iuſtitiæ ſtudium ſibi inutile tentet:
Aſt anmio durus, quicunq; immitia geſtat
Pectora, & iniuſta quicunq; libidine fretus
Sæuit, ſceptra gerat. nemo reminiſcitur unquam,
Quàm blandus populos quondam bene rexit Vlyßes,
Frenauitq́; Ithacas mollis pater inclytus arces,
Quàm clemens ſceptro fuerit, regnoq́; decorus.
At non inuideo, quum cernam fraude procorum,
Atq; dolis turbam ſæuis inſiſtere mentis,
Atq; indigna domo ſcelera hæc uiolenter Vlyßis
Et patrare nefas, uiresq́; inferre ſuperbas,
Dum caput & uitam per aperta pericula ducant,

Mentor ſua oratione Telemachũ defendere nititur.

Immineantq́; æui metæ, cædiſq́; futuræ,
Cum lacerant arces & opes uiolenter Vlyßis:
Quem non à Troia rediturum puppibus unquam
Inter ſe ſperant, quanquam inter ſpemq́; metumq́;
Sunt dubij. aſt reliquo populo indignatus in iras
Ardeſco potius. quid tanta ſilentia linguis
Præſtatis ciues? cur hæc infanda ſiletis?
Cur non hos dignè uerbis agitatis acerbis?
Cur'ue procos paucos, cum plures ſitis in armis,
Non arcetis, & hac Ithacæ depellitis arce?

Oratio Leocriti inuectiua in Mentorem.

Tunc Euenorides ſæuo Leocritus ore
Surgit, & his onerat dictis, atq; aggerat iras.
Proh latrator iners, & demens pectora Mentor,
Quale nefas iſto fœdißime procidit ore?
Tu ceßiſſe procos mandas. ſed pluribus uni
Contendiſſe graue eſt inter conuiuia Bacchi,
Vel ſi Ithacus patrios contingens ſoſpes Vlyſſes
Ipſe lares forſan rueret per limina ſæuus,
Infenſoq́; eſſet Laertis pellere tectis
Impetus huic inter ſpumantia pocula menſæ,
Intentosq́; procos epulis arcere ſuperbis:
Quanquam Neritij regina eſt indiga regis,
Haud equidem longum lætetur ſoſpite nupta
Coniugis aduentu: ſed ineluctabile fatum
Obruet hunc caſu, & noſtro ſub marte cadentem,

Fatum uitari non poteſt, ergo proci ſalutarem hortationē, atq; ſancta preſagia contemnunt.

Si forſan temerè multis pugnaret in aula.
Proinde tona eloquio ſolitum tibi, uoce fatigas
Hic cœtum triſti dictorum futilis augur.
Vos igitur populi diſcedite quiſque per arcem
Ad curas ſolitas, & ueſtra negotia ſedis.

Suadet

Suadet iter Mentor,iuſſuq́; Alitherſis abire
Cogitur iſte ſui.hi quondam coluere parentem,
Et patrio ſemper coniunctus uterq; fauore
Telemachum hortatur,Lacedæmona puppe recedat.
At ſi Ithaca expectet,reor,hic iam lentus in urbe
Nuncia percipiet ſubitò,famamq́; parentis:
Incaſſum ire uias longas ſuper æquora naui.
Ergo iter hoc uitet,nec ſulcet marmora remis.
Sic fatus,populum cœtu decedere iuſſit.
Diſceſſere omnes,repetentes tecta,lareſq́; Concio dimiſſa.
Quiſq; ſuos,celeri greſſu.Sed turba procorum,
Dulichij ingreßi proauita palatia regis:
Solus Telemachus ad littora curua receßit
Aequoris,eq́; mari liquidos irrorat aquarum
Spumifero manibus latices,diuamq́; precatur
Pallada: Nunc audi Pallas,Iouis inclyta proles, Telemachus Palladem inuocat.
Heſterna ô noſtras ſedes ſi diua petiſti,
Aeriasq́; ſalis iußiſti puppe per undas
Diſcedam,quærens reditus errantis Vlyßis,
Per maris undiſonos fluctus,multosq́; per annos
Cedentis longè,lacerant crudele Pelaſgi
Regis opes cunctas,odijs faſtuq́; ſuperbi
Arce proci patria.Dicenti talia,Pallas
Mentoris aſſumpta facie,mentita colorem
Et corpus,propiore loco ſeſe obtulit ultro,
Sicq́; breui fatur· Non eſt ignauia menti Pallas ſub Mẽtoris perſona,Telemachum ad profectionẽ hortatur.
Telemache ulla tuæ: neq; enim ad præclara tuorum
Facta piger tendis,ſeu demens pectore princeps
Euades quondam.Quod ſi in te patria uirtus,
Atq; animi robur floret genitoris Vlyßis:

Qualis & ille fuit rerum uirtute, bonæq;
Egregijs factis laudis, ueterumq; ſuauis
Eloquio, haud fruſtra ducta eſt tibi puppis in æquo,
Nec fruſtra ire uias ſtatues, perſiceris undis
Hoc iter ad Pylios. Sin tu minus acris Vlyßis
Penelopesq; genus fueris, nec natus ab illis,
Quæ tentas, minimè ad poſitam deducere metam
Te reor, atq; rei cadet hæc ſpes uana futuræ.
Heroum filii noxæ, prouerb. *Rarò quidem nati ſimiles uirtute parenti,* ""
Sæpeq; peiores, meliores rarò uidebis. ""
At quoniam tanto es ſucceſſor fortis Vlyßi,
Et non ignauus dubitas, uerùm impiger audes,
Ac prudens animo, nec te indole corda parentis
Deiectum uideo, atq; eadem eſt prudentia rerum,
Quæ fuerat patri, nec uirtus te illa reliquit:
Spes renouata manet, ſubiturum te inclyta facta,
Quæ nunc affectas. quare ô fortißima proles,
Deſere concilium uanum, & conſulta procorum,
Dum nec iuſtitiæ faueant, nec pectora dura
Illis excoluit uarijs ſapientia rebus,
Nec mortem fatumq; ſciunt Parcasq; futuras
Morte ſibi, metamq; dati peruenit ad æui
Mors inopina illis, nunc proxima fertur ad illos
Iam propiore gradu, pereant ut funere merſi.
Quodq; iter affectas non deerit, patrius ipſe
En ſocius regni, celerem ſuper æquore puppim
Vrbe parabo, ſequar pariter comes inde per altum.
Iamq; domum repetas, teq; illis inſere rurſus,
Arte parans uictum uaſis, Cereremq; reconde:
Inde cadis onera uinum, molleſq; farinas,

Quæ reuocant uires animis, roburq; medullæ,
Denſis ſub naui ſtipato pellibus alta.
Ipſe legam ſocios populo, ſulcare uolentes
Remigio liquidum pontum. nauesq; ſuperſunt
Arte nouæ, & ueteres uſu, naualia iuxta
Circa Ithacam undoſam, quam circuit æquore Doris.
His ego delectam, quæ uelociſsima puppis
Exuperans alias contendat marmore, ſumam,
Inſtructamq; armis illam de littore curuo
Soluemus, lato tonſuri lintea ponto.
Sic Ioue nata dea, eſt iuueni ſic uoce loquuta.
Audijt utq; illam decedens margine ponti,
Arcem Telemachus petijt, tum pectora curis
Turbatus. capras mactantes arce ſalaces
Nudantesq; alios tergumq; & uiſcera cultus,
Vrentesq; ſues cæſos, inuenit in alta,
Ipſe procos celebres. cui ſeſe hic obuius offert
Ridens Antinous, dextramq; amplexus adhæſit,
Atq; illum affatur· Vires inuicte ſuperbo Antinous Telemacho.
Telemache eloquio, nil te iam hæc cura fatiget
Amplius, atq; iras tandem de pectore mitte,
Neu durus uerbis rebusq; inſiſtere acerbis
Ipſe uelis, hortor, poſitis: conuiuia menſis,
Vt ſolitum nobis, hic tota agitabimus aula,
Dulcia ſiccantes generoſi pocula Bacchi.
Crede mihi, efficient quæcunq; iubebis Achæi:
Electos ſocios, nauimq; è littore in altum
Ducent, ut citius ſacram Pylon æquore puppi
Contingas claro, ſi quæ tibi ſama parentis
Occurrat. prudens contrà eſt ingreſſus Vlyſsis

Filius:

Telemachus reſpondet.

Filius: *Haud ultrà fas eſt hic inter acerbos*
Vos iuuenes epuler,tacituſq́; hic gaudia uana
Inter potores fingam.ſatis arce ſuperq́;
Vidimus excidia: & nunquid ſatis antè proteruè
Hic laceraſtis opes noſtras,puerilibus annis
Dum uigui,puer antè fui. At *maturior æuo*

Ætate prudentiores, prouerb.

Aetas me ipſa uirum fecit,uocesq́; ſeniles
Percipio auſcultans,nec non conſulta uirorum.
Ex alijs diſco uirtutem,acresq́; labores,
Fortunamq́; ſimul: pectuſq́; augetur ad acta
Virtutum,primumq́; animis accendor in hoſtes:
Vtq́; ſtruam uobis mortemq́; & funera mœſta,
Siue Pylon *tendam,patria ſeu notus in urbe*
Commorer,aggrediar ſumpto conamine factis.
Non iter hoc fruſtra faciam,quod cogito nuper:
Haud mercator ero,nec ductor puppis,ut ipſi
Obijcitis uani: nec remos lento per undas,
Vt reuehant merces pelago,commercia mutans.
Sic ait. Antinoi*q́; manu dextram ipſe reuellit*
Conatu exiguo,uires dabat uſq́; Minerua.
Arce proci ſolito reparant conuiuia luxu,
Sicq́; inter ſeſe dictis affantur amaris,
Telemacho *infenſi,quos dudum gloria regis*

Procorum inſultatio,et ex Telemachi minis orta ſuſpicio.

Obliqua inuidia,ſtimuliſq́; agitabat acerbis.
Ergo ſimul faciunt ſæuæ conuicia linguæ.
Sic ubi neſcio quis clara de gente procorum
Rettulit:Heu nobis meditatur funera cædis
Telemachus *dirus:num forſitan ille* Pelaſgos
Siue Pylo *undoſa,quam cingit aceruus arenæ,*
Seu Sparta *adducet,qui iam ſe fortiter armis*

Defen=

Defendant, ſiquidem tam uelox littore cedit,
Infenſusq́; odijs: an & hinc Ephyreia *rura,*
Quæ pingui agricolis cultu arua rigantur arena,
Concedet demens, furioſa uenena feroci
Laturus dextra, & diris mala gramina ſuccis
Inijcienda cibo, & miſcenda in pocula mortis,
Quæ pectus lacerent, nosq́; hic in funere mixtos
Ille neci mittat. tum ſic non mitè profatur
Hic aliquis rurſus: Quid ſi iam littore ſoluens,
Hic procul æquoreis errans pulſetur in undis,
Et uagus huc illuc ceu quondam agitetur Vlyſſes,
Ac pereat ponto: nobis augere labores
Credetur ſanè, dum tanta opulentia cedet.
Tum dirimemus opes, poſſeſſaq́; rura per oras.
At pulchræ ſaltem proauita palatia matri,
Atq; illi pariter, qui tum connubia iungens
Concubitus nymphæ dulci miſcebit amore,
Concedemus, ait. tali ſermone trahebant
Inter ſe tempus. Thalamiq́; *opulenta parentis*
Telemachus petijt penetralia, regis Vlyßis,
Iuxta arcis turres celſas, ſedemq́; nitentem.
Ingens hic aurum, fuerant hic æris acerui. Ærarium Vlyſsis.
Hic arca molles ueſtes, oleumq́; cadorum
Stabat odoriferum, fundis. tunc parte tenebant
Ex alia dulcem ſurgentia dolia Bacchum,
Antiquos latices uuæ, ſuccosq́; Lyæi,
Atq; merum ſacrum penitus, nectarq́; ſuaue:
Parietem iuxta fuerant ex ordine uaſa,
Vt ſi quando domum poſt multos clade labores,
Erroresq́; maris rediſſet clarus Vlyſſes,

Cerneret

Cerneret hæc patriæ ſaltem ſolatia menſæ.
Hæc biſores ualuæ claudebant ære nitenti.
His cuſtos fuerat noctesq; diesq; pudica
Euryclea data : hæc ex Ope creata parente
Eſt Peſenoride.tunc intra limina uoce
Illam Telemachus thalami uocat inclytus arce:
Dulcia uina cadis onera,qui ſuauior extat
Poſt illum,potus,quem quondam triſtis Vlyßi
Seruaſti,ſi quando demum ſuper æquore uectus
Veniſſet fugiens Parcas,& funera Troiæ.
Hoc mihi bis ſenos repleto liquore Lyæi
Arce cados latos,mollesq; infunde farinas,
Pellibus immittens conſutis arte,ſacramq;
Addas hinc Cererem,frugesq;,albamq; farinam,
Quæ contrita citò ſilicum decurrerit ictu,
Quæq; rotam ſenſit celerem,gremiumq; molarum:
Bis ſenas reple menſuras.ſola perita es,
Sola meæ noſti Cereris granaria nutrix,
Hæc mihi ſic ornes.cum ſero ueſper olympo
Extulit os ſacrum cœlo,tenebrasq; reduxit,
Conſcendam nauim,ſoluamq; è littore puppim,
Cum genitrix ſcandet greſſu penetralia ſumma,
Vidua ſollicitum patris petitura cubile.
Seruus arenoſa Pylon & Lacedæmona naui
Diſcedam,reditus generoſi triſtis Vlyßis
Auditurus ego,ſi ſe mihi fama relata
Offerat.ut dixit,nutrix ululatibus implet
Euryclea domum lugens ſic deinde profatur:
Chara mihi proles quæ nunc ſententia ſurgit?
Quò ſolus properas alienas quærere terras?

Telemachus iubet Eurycleam nutricem neceſſaria nauigationi parare.

Euryclea Telemachum a

Cum

Cum ſis hic matri dulci dilectus amore: navigatione dehortatur.
Nec moritura tenet triſti te funere mater?
Crudelis, quid ſi non arua aliena, domosq;
Ignotas peteres? procul hinc extinctus Vlyſſes
Heu iacet ignota nunquam rediturus arena,
Ignotas inter gentes, populosq; remotos.
En diſcedenti ſumma diſcrimina fraude
Turba procûm reparat, pereas ut funere merſus
Aequore, & inſidijs iaceas tumulatus arena.
O' remane precor, ô tua cura regna, ſedendo
In patria dulci: nihil eſt quòd marmora ſulces,
Vtq; per undoſum curras uagus æquor ab oris
Diſiunctus patrijs, uarijsq; erroribus actus
Huc illuc tendas, plus mille pericula tentans
Per ſterilem pontum, quo non uindemia pendet,
Nec ſeges eſt undis, ſed nautis Doris amara:
Interea tot opes illis lacerentur in arce.
Nos ne fugis? per ego has lacrymas dextramq; tuā te,
Quondo aliud mihi iam miſeræ nihil ipſa reliqui,
Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam
Dulce meum, ô ſoboles, miſeræ miſerere parentis,
Quæ luctu aßiduo iam languida facta ſedebit
Heu deſerta nimis, miſereſce cadentis, & iſtam,
Oro, ſi quis adhuc precibus locus, exue mentem.
Dixerat. ille deæ monitis immota tenebat
Lumina, & obnixus curam ſub corde premebat.
Tandem pauca refert: Nutrix chariſsima fide, Eurycleam ſolatur Telemachus.
Non hoc conſilium, non hæc ſine numine mens eſt.
Nunc iurata caue, genitrici ne antè referre
Ipſa uelis iter hoc, roſeis quàm lutea bigis

Bis ſenas

Bis ſenas dederit luces aurora per orbem,
Vndenos'ue dies lux acta peregerit horis,
Ne'ue prius quicquam narres, quàm ſenſerit illa,
Diſceßiſſe mari, & magno teneatur amore
Et deſiderio noſtri, ne fletibus illa
Membra terat lugens, tenuet ſeu corpora curis,
Heu non digna teri: decus hoc fœdetur in ore,
Formaq́; præſignis pereat. tum tale loquuto,
Hic iurauit anus precibus per ſacra deorum:
Impleuitq́; cados Baccho, mollesq́; farinas
Pellibus immiſit ſatis. ſed tecta petiuit
Ipſe procos celebres accedens clarus Vlyßis
Natus. at interea Pallas mentita colorem,
Palladis ſtudiũ circa nauigationem Telemachi. *Telemachiq́; altum corpus, per mœnia currit,*
Vt ſocij ad nauem celerem, cum ueſper olympum
Clauſerit, aduenient denſi, regemq́; iubentem
Expectent, mandat. Phronioq́; Noemona cretum
Tum poſcit nauim celerem, qui blandus ab ore
Obtulit obſequio præfatus, & æquore puppim
Tradidit. Interea Titan rediturus eoo
Occidit undarum fluctu, atq; umbrantur opacæ
Orbe uiæ, hic puppim traxit de littore in æquor,
Hancq́; aptat tacitè, ſociosq́; ad littora cogit:
Arma parat, ſolitæ quæ ſunt quoq; ferre carinæ,
Extremo ſtatuens curuati margine portus.
Pallas ſopit procos. *Conuenere uiri: quos eſt hortata per æquor*
Ire uias. mox inde procos petit illa per arcem,
Queis dulces ſomnos infudit diua liquore,
Atq; oculos clauſit requie, atq; errare ſopore
Inde graues fecit, potuq́; incerta uagari

Corda dedit Pallas: manibus tunc pocula Bacchi
Excuſsit madidis uino, ſomnosq́; petentes
Ire domum ſubitò properant, thalamosq́; requirunt.
Tum ſic Telemachum compellat cæſia Pallas,
Omnia præclari ſimilis uocemq́; coloremq́;
Mentoris Argolici membris, corpusq́;, decusq́;,
Telemachum exciuit, ſummaq́; uocauit ab arce. Pallas Telemachum excitat.
Telemache, en ſocij remisq́; & naue parata
Expectant, ſoluas nauim, rumpasq́; rudentem.
Ergo uias carpamus, ait, pelagoq́; uolemus.
Quid traxiſse moras dudum iuuat? ire per æquor
Hortor ego. dicens præceſsit cæſia Pallas,
Telemachusq́; citò ſequitur ueſtigia Diuæ:
Vtq́; iter ad naues ſecuere, æquorq́; ſonorum
Acceſſere ſimul ſtantes in littore Graios
Inuenere, quibus ſic proles fatur Vlyſsis.
Vos agite ô ſocij, properate imponere naui Telemachus ſocus.
Arce cibos latos patria, cereremq́; refertam,
Atq́; cados Bacchi, dum mater neſciat iſta,
Atq́; intus famulæ. nutrix eſt conſcia ſola,
Et mihi fida ſatis. fatus præceſsit, at illi
Imperio parent, regis ueſtigia plantis
Ingreſsi, exportant fruges, ſtipantq́; carinis.
Poſt hæc Telemachus conſcendit littore nauim,
Hunc iuxta Pallas prope celſa in puppe ſedebat,
Atq́; gubernaclo ſubijt, clauumq́; tenebat.
At ſocij naui paſsim tranſtrisq́; ſedentes
Soluerunt mali funes, rumpuntq́; rudentem.
Immiſit faciles uentos Tritonia Pallas, Nauigatio Telemachi.
Et flatus Zephyri molles, aurasq́; ſonantes

A' puppi ſocijs undoſa per æquora raptis.
Promereq́; arma iubet, ualidisq́; incumbere remis:
Obliquare ſinus in uentum, & pandere uela
Aggreßi ſocij, primumq́; extollere longa
Abiete hic malum, mediæq́; imponere cymbæ
Funibus inferius ſtringentibus undiq; truncum.
Carbaſa dehinc pandunt diſtracta rudentibus altis.
Impleuere ſinus flatus & uela carinæ.
Tum circa horreſcens puppim ſonat unda tenebris.
Tendunt uela noti, currens ſpumantibus undis
Lata ſinu extenſo nauis ſecat æquora remis.
Collectisq́; armis per puppim una coronant,
Craterasq́; manu ſtatuunt libamina ſacra,
Fundentes patera dijs immortalibus alta,
Ante alios tibi præcipuè Tritonia Pallas.
Nocte igitur tota Pallas temone ſedebat,
Atq; uias ſecuit ponti, per cærula prora
Vecta diu tenebris, donec ſe aurora quadrigis
Pandit ab oceano, Tithoni fulgida coniunx.

ARGVMENTVM LIB. III.

Hoſpitio iungit uenientem Pallada Neſtor,
Telemachumq́; ſimul, uectum ſuper æquora puppi.
Narrat & ut Graij Phrygio de littore claſſem
Soluerunt, nec non diſiectas gurgite naues.
Vtq; illi paßi plus mille pericula ponto,
Atq; uagi uentis pulſi, ſæuaq́; procella.
Hinc Pylius noſcit quàm luxurioſa procorum
Regales conſumat opes errantis Vlyßis,
Turba thoris aſſueta nouis, dapibusq́; ſuperbis.

Tum

Tum diſcedentem manifeſto numine diuam
Proſpiciens, illi fundit libamina ſacris.
Deniq; Telemacho curru Piſiſtratus alto
Neſtorides uehitur, petiturus mœnia Spartæ.
Vtq; nigris ueniens terras amplectitur alis
Nox obſcura polo, Phereia rura ſequuti
Intrarunt Pheras, atq; intra tecta Dioclis
Hoſpitio accepti, repararunt membra ſopore.

ODYSSEAE LIB. III.

Neſtore ſuſcipitur præclari natus Vlyßis.

INterea æquoreis Phœbus pulcherrimus undis
Emicuit, linquens fluctus camposq; liquentes,
Aſcenditq; polum nitidum, immortalibus altum
Atq; hominum generi iubar elaturus in auras,
Frugiferumq; ſolum· Neleïa Neſtoris arua,
Neleiq; Pylon celſam, clarißima fama
Mœnia contigerant, Pylijq; in littore ponti
Nigrantes tibi mactabant Neptune iuuencos,
Quæ quatis æquoreas terras ſtagnantis arenæ,
Cæruleasq; comas iactas delate procellis.
Conſtituere nouem ſacris per littora ſedes:
Quinq; decem quouis reſidebant ordine ciues,
Perq; thoros totidem cæſos poſuere iuuencos.
Tunc in fruſta ſecant, & mollia uiſcera nudant,
Atq; incenſa deo crepitabant littore crura.
Forte die ſolennem illo rex Neſtor honorem
Littore Neptuno magno, Pylijq; ferebant,
Vnà omnes iuuenum primi, patresq; ſedentes
Thura dabant, tepidusq; cruor fumabat ad aras.

Telemachus cum Pallade Pylum delatus.

Neſtor in littore Pylio ex luce ſolenne ſacrum faciebat, quod inepte quidam, ut Volaterranus, ad Ithacos referunt. hunc quoq; locum Virgilius eſt imitatus lib. 8. Aeneid.

Aſt Ithaci allati pellunt ad littora puppim:
Vela legunt ſocij, & paßim deſcendere naui
Alta nituntur, necnon & natus Vlyßis.
Dux erat huic Pallas, quem ſic affata monebat·

Pallas Telemacho.

Nunc opus eſt animis, ô rex, & pectore firmo.
Sit procul inde pudor, nihil hic uereare, ſed audax
Quære ſenẽ: hac cauſa trãſmiſſum eſt æquor, et undas
Sulcaſti pelagi, ut famam genitoris Vlyßis
Perciperes, quæ terræ illum, quæ condat arena:
Seu quæ fata illum reprimant, qua ſorte peremptus.
Quare age equûm rectà domitorem Neſtora regem
Accedas hortor, dominis teq; inſere terræ,
Vt ſi quæ lateant penitus ſub pectore dudum,
Conſilia euoluat prudens. hunc ſupplice uoce
Ipſe roga innitens, uelit ut tibi uera fateri.
Neſcius eſt lingua mendacia dicere Neſtor:
Eximia eſt illi uarijs prudentia rebus.

Telemachus Palladi.

Telemachus contrà ſic fert reſponſa iubenti·
Quî referam Mentor, quó ue ore hic Neſtora quæram?
Haud equidem eloquij pictis oratio uerbis,
Hactenus impubem tenero me exercuit æuo.
Et pudor eſt iuueni, ſeniorem uoce uerenti
Compellare uirum. cui ſic tum cæſia Pallas:
Cura aliud, dixit: quanquam ſub pectore mens eſt
Longè alia. aſt aliud dæmon tibi ſuggeret ore.
Haud reor inuitis diuis te matre creatum,
Nec ſine mente deûm nutritum ſede Laertis.
Sic ait, & dicto ſubito ueſtigia torſit,
Telemachusq; unà, ut ſedes & littora Graiûm,
Conuentusq; uirûm celebres tetigere profecti.

Ante Pylum luco natis reſidebat arena
Neſtor, tum ſocij circa conuiuia luxu
Ornabant nitido, carnesq́; aſſare parabant,
Visceraq́; imponunt, uerubusq́; trementia figunt
Fruſta: uiros poſtquam uidere accedere Graios,
Accelerant cuncti greſſus, ſubitoq́; relictis
Conſurgunt menſis fortes, dextraq́; ſalutant,
Atq; thoris epulisq́; ſimul conſidere uoce
Hortantur blandi dictis: primusq́; petebat
Neſtorides propius, clarus Piſiſtratus *armis,*
Accepitq́; manus, dextrasq́; amplexus inhæſit
Amborum, atq; illos epulis ſtratisq́; locauit,
Pellibus effultos teneris in littore arenæ
Aequoreæ, & iuxta Thraſymeden *ſede recepit,*
Atq; patrem iuxta, carnesq́; ex igne calentes
Viſcera toſta ferens, atq; aurea pocula Baccho
Impleuit, uerbisq́; hortans affatur amicis
Actiacam, Ioue *progeniem genitore creatam,*
Pallada· *Vota deo facias nunc hoſpes & ipſe*
Neptuno, & ſacra hæc, quando huc ueniſtis amici,
Annua, quæ differre nefas, celebrate fauentes.
Sed cum libaris uotis, huic pocula tradas
Plena mero dulci, fundat libamina diuis.
Tunc quoq; uota reor dijs immortalibus ipſe
Facturum: cunctos diuis confidere fas eſt. "
Namq; horum auxilio mortales ſemper egere "
Conſtat. At hic annis minor, ac te iunior æuo "
Floret adhuc uiridis, mecum pubeſcit ab annis:
Ergo prius tibi trado hæc aurea pocla Lyæo.
Dixerat, inq; manus dedit aurea uaſa Mineruæ,

Piſiſtrati erga hoſpites humanitas.

Dei ope omnes indigere

Plena mero ſudui. pertentant gaudia pectus
Palladis, & iuſto lætatur ab hoſpite culta,
Quod prior huic pateram & ſplendentia uaſa Lyæi
Porrexiſſet ouans hoſpes. tum littore Pallas,
Ore preces fundens, Neptuno ſacra litabat.
O Neptune, tenens ambitæ littora terræ,
Oras amplexus circum, mea percipe dicta.
Nec ſit id inuidiæ, nos hæc quoq; ſacra colentes
Ferre, faue precibus, dexterq; aßiſte precanti.
Hæc rata uota mihi facias, laudemq; decoram
Nelidæ, atq; decus his natis Neſtoris unà
Trade pijs, nec non Pylijs hæc ſacra repende
Præmia digna ferens, centumtaurilia deinde
Telemacho atq; mihi reditus in patria rura
Re bene perfecta, quam propter currimus æquor
O Neptune tuum, delati puppe per undas.
Sic orans Pallas, pateram ſpumante Lyæo
Telemacho præbet, quam fuluo circuit auro
Orbis. & ille quidem perficit uota litando,
Audiuitq; preces medijs Neptunus ab undis.
Tum toſtas igni traxerunt ordine carnes,
In partesq; ſecant, menſa ſolenne ſacrata:
Veſcuntur dapibus, læta conuiuia fronte
Sic celebrant. poſtquã eſt amor hic cõpreſſus edendi,
Potandiq; merum, Neſtor ſic incipit ore
Effari ſenior: Iam nunc pulcherrima fandi
Tempora, & huc curſu ueniendi quærere cauſas,
Et ſeruiſſe ſimul uoces, cum menſa remota,
Et ſatur hic hoſpes dapibus, uinoq; Lyæi
Seſe oblectarit. iuuenes quæ cauſa coegit

Conuiuium luſtralis ſacri Pylienſium in littore ante urbem.

Neſtor aduenis.

Has

Has iniiſſe uias, qui'ue eſtis, & unde per æquor
Sulcatis madidas undas, aut naue uenitis?
An merces pelago numeroſa negotia puppi
Aduehitis curua, an fruſtra huc erratis in undis,
Ceu quoq; multiuagi prædones æquora curſu
Traijciunt, animas in mille pericula ponti
Ducentes pelago, & peregrinis fata minantes?
Telemachus contrà ſic audax orſa profatur,
Namq; illi uires dederat Tritonia Pallas,
Atq; animum audacem: ut famam infœlicis Vlyßis
Errantis ponto nimium perdiſceret ore:
O' Neleiade Neſtor, non infima Graijs
Gloria. Quod quæris patriamq;, atq; unde profecti
Adſimus pelago, referam tibi uera monenti.
Venimus ex Ithaca, cui mons prætenditur altus
Neius. eſt priuata tamen quæ cauſa coegit,
Nec regni Argolici res eſt, nec publica gentis,
Quæ nos huc pepulit. ſcitatum fortis Vlyßis
Huc uenio famam, chari genitoris amore,
Vtq; altum decus exquiram, laudemq; patentem,
Si qua uia audiero: quem quondam mœnia Troum
Pugnantem tecum ſocijs uertiſſe ſub armis,
Hic alios, quicunq; illis fera prælia dextra
Geſſerunt, qua quiſq; olim ſit morte peremptus
Scimus. inauditum fatum infœlicis Vlyßis
Iuppiter heu ſtatuit, nec quiſquam ferre ſub auras
Voce poteſt certa, quando, aut ubi funere triſti
Extinctus iaceat, ſeu pugnans inter amaros
Hoſtes, deprenſus cubet ingens littore truncus,
An pelago merſus ſub fluctibus Amphitrites.

Teſtatur Herodotus, olim honeſtũ fuiſſe mari prædari, & Thucyd. lib. 1.

Telemachus itineris cauſas exponit Neſtori.

Ergo ad te uenio, & ſupplex tua maxime Neſtor
Hic genua attingo, ut narres mihi triſtia fata.
Dulichij, ſi forte oculis tu uideris unquam,
Siue alijs fando perceperis aure per æquor
Errantem. mater peperit non fauſta ſub auras
Infœlicem æuo, nec me nunc reddere mœſtum
Hic uereare precor, neu mitis imagine rerum
Deſiſtas certa motus dulcedine morum.
Sed mihi uera refer, caſusq́; ex ordine pande,
Queis illum terris, queis illum uideris undis.
Si pater eſt de te meritus quid noſter Vlyſſes,
Aut unquam gratus fuerit uel uocibus unquam
Aut factis quondam Troiæ ſub mœnibus altis
Inter Dardanias gentes, ubi mille labores
Et uarios caſus pariter tolerare Pelaſgi
Eſtis compulſi fatis. reminiſcere Neſtor
Iam precor illorum, ſimul & mihi uera recenſe.
Tunc ſtudioſus equûm ſic uoce Gerenius infit
Neſtor· Io proles quoniam renouare labores
Vrges ipſe memor, quos quondam Pergama circum,
Iliacos inter populos fortiſſima pugnis
Dorica gens belli tulimus ſub marte feroci:
Omnia ſi longa narratu promere coner,
Seu quæ tum ratibus, ſeu geſſimus æquore celſo,
Errantes circa prædas, quando acris Achilles
Dux erat in pelago, ſeu quanta Herois ad arces
Atq; urbem Priami celſam, & Priameia bello
Mœnia pugnando toties heu fortibus armis
Egimus, hic ubi tot iacuerunt fortia bello
Corpora, ubi telo cubat acri martius Aiax:

Neſtor Telemacho, de Græcorum reditu.

Sæuus

Sæuus ubi Aeacides iacet, & Patroclus in armis.
Dijs par conſilio nulliq; ſecundus: ubi ingens
Heu meus Antilochus, proles fortiſſima bello,
Seu certare pedum curſu, ſeu Martis in armis
Bella ciere manu clarus, bellator & acris,
Pugnatorq; ferox: alia & quæ Graia pubes
Fortiter hic tulimus, quis panderet omnia lingua
Mortales inter? non ſi uel quinque per annos,
Vel ſenos quærens hic ſingula forte maneres,
Vnquam equidem poſſem, quot mille pericula Graij
Suſtinuere illic, fari. quin antè redires
In patrias mœſtus terras, & dulcia rura.
Annis nanque nouem celſæ prope Pergama Troiæ
Nexuimus fraudes Phrygibus per Dorica caſtra,
Obruimusq; illos pugnis. uix Iuppiter altus
Ipſe dedit finem tandem caſtriſq; uiriſq;.
Hic nemo ingenij tam claris dotibus unquam
Conſilijs' ue acri potuit ſe æquaſſe Laërtis
Nato Dulichio. longè ſuperabat Achæos Vlyſſis laus.
Neritius pater ille tuus, tot fraudibus unus
Atq; aſtu Martis clarus. ſi patre creatus
Diceris ex illo, tenet hic reuerentia mentem,
Obſtupeoq; decus, tibi par facundia linguæ.
Ille erat eloquij nulli tum laude ſecundus,
Tu quoq; iam teneris certare uideris ab annis:
Nulli etenim ornatu ſimili, uel picta figuris
Vſq; adeò nitidis oratio manat ab ore,
Quicunq; eſt æuo iuuenis uiridante iuuenta.
Dumq; ibi perſtamus bello, ſimul acris Vlyſſes,
Atq; ego, non unquam, quoties ſe concio denſa

Contulit Argolidum, fueramus mente dirempti
Diſcordesq́ue animo. ſed par ſumus ore loquuti,
Conſilijsq́; ijdem fuimus, conſulta ferentes
Prudenter Graijs, quæcunq; aut ferre ſalutem,
Siue trophæa manu poterant. Vt Pergama celſa
Atq; altas Priami populati euertimus arces,
Scandimus hinc puppes. diſperſos æquore Graios
Egit Neptunus, triſtesq́; in patria rura
Iuppiter heu reditus quondam meditatus Achæis.
Non omnes iuſti, non omnes pectore culti
Prudenti fuerant. quare pars magna Pelaſgûm
Interiere undis, & triſti funere fati:
Oppetiere ſimul memorem Tritonis ob iram
Agamemnō & Menelaus diſcordes ob reditum & ſacra.
Damnoſæ: illa inter Pelopeïa pectora fratrum
Atridûm poſuit furias, diſcordibus iris.
Namq; ut denſari iuſſerunt undiq; Achiuos,
Haud equidem ſcitè, Heſperias cum Phœbus in undas
Iret, & hi uino grauidi, madidiq́; Lyæo
Conuenere ſimul fruſtra, ut de rebus haberent
Conſilium: ſubitò cunctos Menelaus Achæos
In patriam reditus memores iubet eſſe per æquor,
Perq́; ſinus latos uelis contendere curſus.
At non Atridæ, qui rex bene ſceptra gerebat,
Conſilium placuit. Namq; ille tenere Pelaſgos
Suſtinuit, nimirum ut littore ſacra litaret,
Atq; Hecatombæo daret hic libamina ritu,
Placaturus ouans ſæuas Tritonidos iras.
Heu nimum ſtultus, qui ſe non numina poſſe
Emollire ſacris, animo non uiderit alto.
" Haud ſubitò diuis mens eſt mutabilis unquam.

Ergo

Ergo dum fratres tali certamine ſæui
Inter ſe certant, animis diſcordibus, iras
Promentes temerè, ſtudia in contraria uulgus
Scinditur incertum, uariusq; per ora cucurrit
Graiugenûm turbata fremor, ſonituq; ſtrepenti
Surrexere animis, uaria eſt ſententia menti.
Nocte illa triſtes ducentes littore ſomnos
Dira animis noſtris atq; aſpera fata per undas
Voluebamus ibi. iam dudum Iuppiter altus
Mille daturus erat ponto diſcrimina Graijs.
Vt roſea uenit rutilans aurora quadriga,
Traximus in pelagus diuerſo littore claſſem.
Succinctasq; altè nymphas Phrygiasq; puellas
Ponimus in naues, hic, ſtipamusq; carinis
Res, prædasq; ſimul. media plus parte manebant
Graiugenûm turmæ cum rege Agamemnone denſæ.

Agamemnō cum altera claſſe remanſit.

Altera pars, celſas conſcendimus undiq; puppes,
Impulimusq; undas remis, ſecat æquora claßis
Acta citò curſu: tum ſtrauit marmora ponti,
Quæ balænarum uoluunt immania cete,
Neptunus facilis: portusq; intrauimus altos
Delati Tenedon, ſacrisq; in littore factis
In patriam curſus reparamus. Iuppiter acer
En reditus iterum negat hic, diſcordibus iras
Immittens animis, ſtudia & contraria uulgo.
Nam quicunq; acrem regem comitantur Vlyſſem,
Cuius erat uario prudentia pectore culta,
Conſcendere rates, quas parte ab utraq; regebant,
Ac retro ſubitò petituri Agamemnona curſu
Vela dedere mari. tum denſis nauibus æquor

Diſcordia inter ſocios Menelai, cũ in Tenedum appuliſſet, orta, Neſtor et Diomedes clã ſoluerant e portu naues.

Inde

Inde legens tacitus, quæ me comitantur, in altum
Effugio, quæ dira, noto, meditatus in undis
Neptunus fuerat. fugit quoq; martia proles
Tydides, ſocios hortans: pòſt marmora ſulcans
Flauus crine ſubit Menelaus, concitus unda.
Qui nos aſſequitur Leſbo, dum longa per æquor
Conſulimus ſpacia, & quà claſſem ſoluere terra
Mandamus, dubij redeamus gurgite celſo,
Saxoſamq; ſuper Chium cum claſſe ſiniſtri
Obliquemus iter pelago, quà Pſyria ſpumans
Inſula cincta mari liquidis ſupereminet undis,
Atq; illam remis linquamus gurgite læuo:
An ne infra Chium potius dare lintea uentis
Hortemur, iuxta uentoſa Mimantis aquoſi
Saxa procul. diuos, ut monſtrent ſigna per æquor,
Poſcimus. aſt illi medium tenuiſſe carinas
Iuſſerunt pelagus, Eubœaq; littora ponto
Radere, ut infauſtos caſus, pelagiq; ruinas
Vitaremus aquis. Subitò cum concitus Eurus
Stridentes mouit flatus, auraſq; ſonoras:
Vnde cito curſu piſcoſa per æquora lati
Prouehimur. tandem nocturna eſt claßis ad altum
Curſu appulſa iugum, celebrat quod fama, Geræſtũ:
Hic ubi taurorum denſißima crura per ignes
Thure cremamus atros Neptuno, marmora menſi.
Iamq; aurora quater lucem produxerat altam,
Cum Diomedei ſocij ſtatuere carinas
Inachijs Argis, iam tum Pylon ipſe tenebam.
Nec ceſſarat aquas pelagi perflare ſecunda
Aura leuis ſpirans flatu, curſuq; natanti.

Achæorum nauigatio a Troia in Græciam quinq; dierum. Nã

Vt ſperare dedit uentos per cerula dæmon, quarto die ex Leſbo Pylon attigit Neſtor.
Sic ueni incertus, ſoboles chariſsima, claſſe.
Nec ſatis hic noui qui ſoſpite naue Pelaſgûm
Seruati fuerint undis, pelagiq́; ruinis,
Qui'ue mari extincti. Sed quatenus ipſe doceri
Fortè cupis, quæcunq; domi percepimus aure,
Illa tibi dicam: tu condita mente teneto.
Myrmidonas narrant appulſos claſſe rediſſe, Græcia Troia reuerſi incolumes qui.
Qui miſere neci Troas quondam enſibus acres,
Quos duxit facti præclarus natus Achillis.
Inde Philocteten celebri Pœante creatum, &
Idomenea omnes ſocios in littora Cretæ,
Qui fugere manus belli, pugnasq́; feroces,
Aduexiſſe mari, nec quenquam gurgite merſum
Ex illis pelago fluctus rapuiſſe procellis.
Atriden ipſi, quanquam procul inde tenetis
Laertis regnum & terram infœlicis Vlyſsis,
Audiſtis forſan, quo fato uenerit olim:
Vtq́; illi mortem crudeli Aegiſthus acerbam
Intulerit ferro, librans immane bipennem.
Sed tamen huic pulchre pœnas cum cæde rependit,
Vtile ſic adeò poſt funera linquere prolem. Stultus qui patre cæſo, liberis pepercit, prouerb.
Namq; Agamemnonius cædem eſt genitoris Oreſtes
Vltus & Aegiſthum, qui patrem mactat in arce,
Troia delatum, fretus bene coniugis arte,
Atq; dolis ſæuis, crudeli funere merſit.
Huius ab exemplo debes ad fortia facta
Aſpirare animis, ut uel meminiſſe nepotes
Virtutis poſsint, referantq́; ad ſidera nomen.
Indole te magna & præſtanti corpore natum

Aſpicio

Aſpicio gaudens. it contrà natus Vlyßis:

Telemachus Neſtori.

O Neleiade Neſtor, celeberrima Graiûm
Gloria, quam pulchre genitorem eſt ultus Oreſtes,
Vnde decus laudemq́; illi nomenq́; Pelaſgi
Extollent facto, & mandata minoribus arma
Virtutisq́; ſuæ tradent præconia famæ.
O utinam tales etiam mihi numina uires
Præberent, poſſem quoq; luxurioſa procorum
Vlciſci ſcelera, & tot crimina plectere dignè
Inſultantum adeò factis, & iniqua patrantum
Sedibus heu patrijs. ſed non hæc currere fuſis
Fata dei iuſſere olim patriq́;, mihiq́;,
Felices adeò ſortiti ſtamine curſus.
Sed tolerare tamen faſtus, ac ferre neceſſe eſt.

Neſtor Telemacho.

Tunc nutritor equûm bello ſic Neſtor ab ore
Orditur: quoniam proles reminiſceris iſta,
Aiunt eſſe procos matri Laërtis in aula,
Teq́; adeò inuito non æqua libidine facta
Moliri aßiduò. mihi fare, an uictus ab illis
Ipſe lubens cedas, an te oderit urbe Laërtis
Inſanum uulgus populi, an reſponſa deorum
Audierint, famamq́; aliquam. Quis norit an ille
In patrias olim terras delatus Vlyſſes
Vlciſcetur ouans telis, pœnasq́; rependet,
Seu ſolus ueniens, ſiue una tota Pelaſgûm
Marte phalanx dignas poſcet pro crimine pœnas:
Quòd ſi te pariter magno iam Pallas amore
Dignetur, ueluti quondam curabat Vlyſſem,
Inter Dardanidas ubi mille pericula Græci
Nos armis tulimus (Neq; enim ſic numina quenquam

Dilexiſſe

Dilexiſſe palàm uidi, ceu Pallas amabat
Tum manifeſta Ithacum) ſi te quoq; cæſia diua
Sic curaret, ibi ſubitò connubia tædis
Oblita infœlix fugeret te turba procorum.
Natus Vlyßis ait· Senior clarißime regum, Tel. Neſtori
Non hæc euenient unquam. miranda profaris:
Obſtupeo dictis. non ſi ſperare beatus
Suſtineam, non ſi euentu ſic numina diuûm
Dirigerent, fient. mota eſt Tritonia Pallas,
Ac ſic effatur: Quæ te dementia cœpit, Pallas Telemacho.
Quale nefas dentes extra cadit ore profano?
Nam ſeruare poteſt mortales undiq; caſu,
Vel procul ipſe Deus. mallem poſt multa laborum Deus undecunq; iuuat, prouerb.
Fata redire domum, lucemq; uidere beatam,
Qua ueherer ſoſpes patriæ: quàm concitus undis
Aduentare citò, & crudeli funere mergi:
Ac uelut Atrides Agamemnon morte peremptus
Fraudibus Aegiſthi, nuptæq; heu crimine cæſus
Occubuit laribus patrijs, nec numina, fata
Et mortem auertent, ſi dijs charißimus ille Ne dii quidē mortem fatis deſtinatam auertunt.
Cunctorum degat, mortali ut ſtamina Parca
Crudelis rupit, ſeu traxit ſorte trementem
Lethifera. Sequitur dictis tum natus Vlyßis·
Heu nihil eſt Mentor, quòd talia uoce uicißim Tel. Palladi.
Iactemus fruſtra, quanquam hæc nos cura remordet.
In patriam reditus illi iam fata negarunt.
Nec uenturus erit: ſecuerunt fila ſorores
Lanificæ, atq; illum poſuerunt funere mortis.
Aſt aliud quæram Neliden Neſtora regem,
Cuius habet pectus ſapientia culta, decusq;

Et laus

Et laus iuſtitiæ decorant. uirtutibus illis
Longè alios ſuperat. uiuentem ſecula trina,
Fama eſt, hunc terno dudum regnare ſub æuo,
Treſq; adeò ætates hominum ſuperaſſe per annos
Antiquos memorant. Dijs immortalibus æquus
Cernitur, ut uideo uirtutum pectora plena.
O` Neleiade Neſtor, mihi diſſere uera,
Qua tamen Atrides Agamemnon morte necatus
Occubuit, latè quondam regnator in oris
Argolicis, ubi erat frater Menelaus, ut illum
Aegiſthus ſtrauit? queis deniq; uiribus audax
Intulit ille necem regi? Nam fortior armis
Atrides fuerat longè, & uirtutibus altis,
Et tamen imbelli uictus terram ore momordit?
Ecquid erat Argis, & Achaica tecta tenebat,
Ille Helenæ coniunx: alibí ne errabat in orbe,
Inter mortales alios: dum turpis adulter
Fractus amore graui, ſæuis conatibus illum
Sic audax letho dederat? cui Neſtor ab ore
Exorditur: Ego tibi pandam ſingula proles.
Reris enim, uideo, quod tum fortuna tuliſſet.
Quod ſi uiuentem forſan rex inclylus olim,
Iliacis campis, frater, Troiaq; reuerſus
Atrides, ueniens patria Menelaus in arce
Inueniſſet, opum diues, quas Nilus oberrat,
Deprenſum Aegiſthum: non hic tumulatus haberet
Ingeſtam terram buſtis, uolucreſq; caneſq;
Hunc Argis, procul à patrijs, mœſta arua prementē,
Et ſine honore ſolo laceraſſent faucibus atris.
Quin & Achaïadum lacrymas non ulla dediſſet.

Neſtoris tres ætates.

Neſtoris narratio de Aegiſthi & Clytęmneſtræ adulterio, deq; Agamēnonis morte ab illis interfecti.

Nam

Nam ſcelera ille quidem ſic deteſtata Pelaſgis
Fecerat. Interea dum nos ad Pergama Troiæ
Dura manu gerimus forti certamina Graij,
Dulcibus heu penitus ſeſe tum molliter Argis,
Aeripedes aptis ſemper generare frementes.
Continuit ſolus, demulcens leniter arce
Vxorem nitidam, thalamos Agamemnonis altos,
Mollibus & uerbis urget. quanquam illa negabat
Facta Clytæmneſtre, tam turpe cubile recuſans.
Inprimis ſiquidem uiſa eſt bene caſta marita,
Vti animo puro. Namq; hic quoq; regia cura
Inſignis fuerat: præceptor cultus in arce,
Naturæq; decus, doctis & gloria Muſis,
Palladijs clarus ſtudijs, cui rex Agamemnon
Diſcedens Troiam, lacrymis mandarat obortis
Seruandum ſibi coniugium, pulchramq; maritam
Cuſtodire dedit. Sed cum regina deorum
Fatis uicta diu ceßit, furioſa relegat,
Conſilijs utens Aegiſthi urgentis amore,
Quà deſerta iacet ſalſo uix inſula ponto,
Muſarum comitem, & cantorem laude camœnis
Certantem, heu miſerum prædam regina reliquit,
Obiecta hic aquilis ſolis auibusq; rapinam.
Hanc demum Aegiſthus intra ſua limina traxit.
Tunc ex more ſacris diuorum imponit honorem
Thuricremis aris, & crura cremanda per ignes,
Erigit & multas ſtatuas, ſimulacra deorum
Suſpendit, nec non auri ſubtegmina, ueſtes
Adijcit auratas, & textas pectine telas,
Textilibusq; tholos donis, auroq; nitenti

Clytæmneſtra uxor caſta, urgendo tamen expugnata.

Exornat: tanti facti cum crimine compos.
Quale animis auſus nunquam ſperare fuiſſet.
Iam nos à Phrygio ſoluentes littore claſſem,
Vela damus Troia, & fugimus ſpumantibus undis.
Tunc ego & Atrides concordi pectore iuncti,
Sulcamus pelagus: donec iuga celſa carinis
Sunion attigimus ſacrum, quod obumbrat arenas
Sunium promontorium Atticæ. Ptol. li. 3. ca. 15. *Actæas, ubi telis eſt iaculatus Apollo*
Vectorem claßis Menelai in gurgite Nerei.
Dum regit ille manu temonem nauis euntis,
Phrontin Onetoriden, qui ſolus laude regendi
Multiuagas puppes, cum turbant alta procellæ
Phrontis nauclerus occiſus a Phœbo. *Aequora, mortales uincebat. at inde carinis*
Detentus, ſocio facturus funera buſtis,
Quanquam iter urgebat, tumulo ſoluebat honores.
Maleæ promont. *Vt uero Maleæ ſublime cacumen in undis*
Decurrens ratibus tetigit, per cærula uectus,
Ipſe uias triſtes meditatus Iuppiter, egit
Stridentes ponto flatus, auraſq; procellis,
Atq; auctas undas immane, & montibus altis
Aequatas, mouit pelago, ceu monſtra natantum:
Diſiecitq; rates diſperſas undiq; ponto,
Cretæaſq; illas hinc uentis egit in oras.
Cydones. *Hic ubi Cydones habitant, ad curua fluenta*
Iardanus. *Iardani: hic pelago procurrens humida rupes*
Gortyn. *Excelſi montis tendit Gortynos ad urbem*
Extremis undis, umbraſq; extendit in æquor.
Hic notus ingentes fluctus ad littora uoluit,
In læuum torquens latices, & ad uſq; niuoſum
Phæſtum. *Phæſton agit montem, liquidis qui prominet undis.*

Hinc

Hinc hærens ſaxum, uaſtam depellit in æquor
Vndam. ubi delatæ huc puppes, in gurgite magno
Vix fugere uiri fatum, ſpelæa ſub atra
Immerſere rates fluctus, ualidæq; procellæ
Fregerunt antris claſſem, clauſasq; per undas
Illiſere uadis inter caua ſaxa carinas.
Quinq; tamen naues Aegyptum innare coegit
Vnda, auræq; citæ, compulſas æquore moto.
Atrides Protei Menelaus ad uſq; columnas
Iuit claſſe uagus, alienas inter oberrans
Aegypti atq; Arabum gentes, populosq; feroces.
Inde & opes magnas, aurumq; coegit Atrides,
Claſſe Therapnea. tum uerò morte peremptus
Ipſe Mycenæus magnorum ductor Achiuûm,
Coniugis infandæ prima intra limina dextra
Oppetijt. namq; hunc crudeli cæde ſubegit
Aegiſthus, patria ſcelus hoc ſic auſus in arce.
Paruit huic uictus populus, regnumq; Mycenis
Auriferis tenuit, Danais dominatus in oris,
Sceptra gerens totos ſeptem regnata per annos.
Palladijs ultor donec furioſus Athenis
Venit, & Electræ ſucceßit ſedibus armis,
Aegiſthumq; dedit letho, cum matre peremptum,
Qui ſibi mactarat præclarum marte parentem.
Argiuis epulas in funere matris Oreſtes,
Dignæ odio, Aegiſthiq; ſimul celebrauit ad Argos,
Cæde ſepulchralem merita donauit honorem.
Illa luce ferè uenit Menelaus ab oris
Niliacis uectus, cui nunquam Martia bello
Vox defecit acri: tot opes ſuper æquore portans,

Menelaus tẽpeſtate in Aegyptum delatus.

Aegiſthus poſt cædem Agamemnonis ſeptem annis ſuperſtes.

Menelaus eadẽ die reuerſus, qua occiſus ab Oreſte Aegiſthus.

Quot cepere rates Graiæ. ô dulciſsima proles
Dulichij, ne longa teras hic ocia, muris
Diſiunctus patrijs: neu tu procul exul oberres,
Heu tot opes linquens, Ithacaq; in ſede ſuperbos
Vſq; procos adeò, qui raptas undiq; tectis
Diuitias lacerent, dum tu per cærula puppi
Fruſtra iter ingrederis. Verùm Menelaon adibis,
Hortor ego: ille quidem de Nili gente remota
Nuper adeſt ſoſpes, queis non ſperauit ab oris
Se rediturum unquam: quem primùm ſæua procella
In pelagus turbans, adeoq; in longa per undas
Hinc freta detorſit, quæ nunquam impunè uolando
Traijciant uolucres, dum totus uoluitur annus:
Vſq; adeò eſt ingens æquor, pelagusq; remotum,
Atq; immane undis. Quare cum puppe, tuisq;
Illò te referas: ni malis fortè pedeſtres
Ire uias, adſunt currus, curſuq; frementes
Aeripedes celeres, comitesq; per arua ſequantur
Te noſtri nati, donec Lacedæmona diam
Contingas, ubi nunc celſa Menelaus in arce
Claret ouans fama: quem tu bene uoce fatiges,
Vt uerum narret. Neq; enim mendacia lingua
Ille tibi referet. magna huic ſapientia pectus
Excoluit. dixit. Venere crepuſcula noctis,
Et ſol oceano currus immerſit Ibero.
Quos inter Pallas ſic eſt exorſa, morasq;
Pallas Neſtori. Rupit: Iam Neſtor magna cum laude loquutus
Narraſti Atridûm caſus, facundia melle
Dulcior hyblæo fluitat, nunc fundite uina,
Et miſcete merum pateris, linguasq; ſecate,

Vt mox

Vt mox Neptuno atq; alijs ex ordine diuis
Curemus molles lectos, libamine fuſo.
Hora uocat ſomni, tenebras ſubit axe remotus
Phœbus, & occiduas roſeus ſe mergit in undas,
Luxq́; fugit cœlo, ſubeunt caligine nubes.
Non properare decet, ſacris ſed ritè peractis
Ire domum. dictis Iouis eſt ſic nata loquuta.
Dant famuli manibus lymphas, parentq́; monenti:
Crateras ſtatuunt pueri, funduntq́; Lyæum,
Exorſi pateris ſacrum: tum ritè miniſtrant
Cunctis uina uiris, linguæq́; ſecantur in ignes.
Tum proceres ſurgunt, diuis libamina ſacra
Fundentes. poſtquam libarunt pocula Bacchi,
Atq; bibère ſatis, quantum natura ſinebat:
Telemachus certè comitanti Pallade, nauem
Iam repetebat. acris cum uerbis Neſtor amaris
Aggreſſus, tenuit ſolus, regaliter addens
Ore minas, inquit: Vos numina maxima, tuq́;
Iuppiter altitonans, qui torques fulmina cœlo,
Hoc prohibete nefas, ne ſic mihi tendat uterq;
Ad celerem nauim, ſpernens hæc hoſpita tecta,
Hoſpes, & hinc cedat, ceu ſim ſine ueſte, domusq́;
Pauper et infœlix, cui nec ſint ſtragula lectis,
Nec molles lænæ, nec pictæ ſtamina lanæ, Neſtoris hoſpitalitas.
Sit mihi & hoſpitibus requie nec molle cubile.
Nunquam dum uiuam repetet mihi natus Vlyßis
Aequoreas nauis tabulas, ut membra ſopore
Puppe relaxet inops: quin & poſt funera noſtra
Arce meos linquam natos, qui ſemper amanter
Hoſpitio excipiant, quæcunq; hæc priſca ſubibunt

Tecta domus clari Neleïa Neſtoris altæ.

Pallas Neſtori. Cui tum Pallas ait: Natum modò, Neſtore Vlyßis
Hic retine potius, uerbisq; inſiſte precando,
Vt tecum tendat ſomnos petiturus in arce
Neleïa: ad nauem redeo, ſociosq; reuiſam
Hortaturus ego, nec non narratibus illa
Effabor ſocijs, nox humida ſurgit ab undis:
Quos inter perſto ſolus grauioribus annis,
Atq; æuo ſenior. reliqui iam pube uirentes
Obducunt prima teneras lanugine malas,
Huius amicitiæ iuncti florentis amore
Sponte ſecant undas unà, atq; æqualibus annis
Omnes Telemacho pubeſcunt, naue ſopori
Membra dabo recubans curua: cum prima relucens
Adueniet roſeis inuecta aurora quadrigis
Cauconas inuiſam fortes, ubi debita quondam
Aera mihi poſcam, uis eſt hæc ponderis ingens,
Nec ſpernenda mihi. iuueni tu tradito currus,
Aeripedesq; ſimul curſuq; & uiribus acres
Iunge precor, quoniam tua tecta accedere Neſtor
Suſtinuit. dicens, ablata eſt cæſia Pallas,

Pallas fulicæ ſpecie diſcedit. Ceu fulica extenſis pennis. Stupor occupat omnes.
Aſpectu miro ſtupefactus Neſtor inhæſit.
Inde manum amplexus iuuenis, cum uoce profatur.
Haud equidem ignauus, uerùm uirtutibus altus,
Vt ſpero euades, & Martis facta ſequeris,
Dum te iam puerum uiridi comitantur in æuo
Dij comites. non eſt alius, qui culmen olympi
Calcat: at eſt prædis fœlix Tritonia Pallas,
Quæ quondam miro genitorem affecit honore,

Argiuos inter, Troiæ ſub mœnibus altis:
Huicq́; ferebat opem, et præclara trophæa per urbes.
Da regina precor famamq́;, decusq́; decorum,
Dulcibus & natis mitis, nuptæq́;, mihiq́;.
Cornibus auratis ſacram cædetur ad aram
Alta, iugo duro uel adhuc intacta, iuuenca,
Oſtentans latam frontem tibi uictima Pallas,
Quam non agricola ad durum pertraxit aratrum.
Huic fuluum camuris infundam cornibus aurum:
Hæc tibi ſacra dabit, qua ſis placata iuuenca.
Talibus orantem Pallas, araſq́; tenentem
Audiſt, hinc linquens fluctuſq́; & littora Ponti
Procedit, ſubitoq́; premunt ueſtigia nati
Neſtoris, & generi, nitidas comitantur in arces.
Vtq́; domos regis celebres tetigere ſequuti,
Conſedere thronis proceres, quos Neſtor honorat,
Vitifero dulcem miſcens cratera Lyæo,
Quod poſt undenas hyemes bene fida releuit
Virgo, & iam priſco baccheïa tegmina dempſit
Ipſa cado: quod tum Neſtor libabat ad aras
Palladis, atq; preces fundebat lætus in aula,
Moxq́; cubile petunt, libamine ritè peracto,
Quiſq; ſuas ſedes ſaturi. Sed Neſtor Vlyßis
Ipſe locat natum thalamis, molliq́; cubili,
Quod bene diſtendunt per facta foramina funes,
Hic ubi ſtridenti reſonabat porticus aura.
Iuxta etiam rector populi Piſiſtratus altus,
Inſigniſq́; haſta bellator, cælibe ſolus
Inter Neſtoreos natos uirtute fruendo,
Liber erat thalamis, patriaq́; uirebat in arce.

Votum Neſtoris.

Vinum undecim annorũ Telemacho offert Neſtor.

At rex ſeceſſu ſublimis turris in alto,
Carpebat ſomnos, iuxta & regina thororum
Alta lectica lateri ſuffulta cubabat:
Hæc illum gremio complectens, membra ſopore
Demulcebat. at ut iam matutina nitenti
Auroræ deſcriptio. Imperijs properata Iouis ſe Aurora quadriga
Extulit, & roſeum iubar allatura per orbem
Iam procul emicuit, ſtratis conſurgit ab altis
Tum ſenior Neſtor, currus domitorq; frementum
Aeripedum quondam, uix eſt egreſſus, & ante
Limina conſedit ſplendenti marmore fultus.
Ante fores ſtabant celſas hic marmora clara,
Candore eximio, canoq; liquore uibrabant,
Vnguentoq; nitent, queis quondam gloria Neleus
Sederat, æqualis diuis & pectore & alto
Conſilio. At fato domitus, deſcenderat umbras
Pallentes Erebi: iam Neſtor ſceptriger heros,
Antiquumq; æuo poſſederat illa ſedendo.
Tum uerò ex thalamis natorum turba reſurgens,
Neſtoris ſex filii. Denſantur circà, Stratiusq;, & Echephron, Aretus,
Et Perſeus, nec non Thraſymedes inclytus armis:
Aduenit his bello clarus Piſiſtratus heros,
Sextus erat numero. iuxtà adduxere deorum
Telemachum curam. quibus infit Neſtor: Amantes
Hoc deſiderij precor hic explete monenti
Pectoris, ut fiat Pallas placata iuuenta,
Quam primam ipſe deos inter mulcere parabo.
Illa dapes noſtras manifeſto numine nuper
Acceſſit felix. Nunc alter currat in arua
Florida, ubi paſcunt armenta uagata per herbas,

Vtq;

Vtq; bouem iubeat depellere rure bubulcum:
Alter & acceleret greſſus ad littora nauis,
Omnes huc ſocios madidis ducturus arenis,
Et ſolum binos linquat naualia iuxta,
Qui curent remos & puppem margine ponti.
Sit quoq; qui aurificem properet iuſſurus adeſſe,
Vulcani inſigni celebratum laude Laercem,
Vt bouis ille nitens circundet cornibus aurum.
Vos alij pariter condenſi ſede manete,
Atq; intus famulas epulas properare iubete,
Vt domus interior regali ſplendida luxu,
Ornenturq́; thori, menſæq; & pocula Bachi,
Vtq́; ferant puras undas, fonteſq́; perennes,
Lignaq́; ſicca legant. dicenti paruit omnis
Turba. Sed interea uiridi bos uenit ab agro,
Telemachiq́; etiam ſocij naualibus adſunt.
Venit & aurifaber geſtans fabrilia ſecum
Arma manu, inſigniſq́; artis tentamina priſca.
Hæc incus inter, & forcipe malleus ingens,
Queis aurum inducit. uenit huc quoq; cæſia Pallas,
Neſtoris audito uoto, fruituraq́; ſacris,
Ac nidore. nitens aurum dat Neſtor, inaurat
Cornua flexa faber decorans, ut candida Pallas
Aſpiciens ſimulacra bouis lætetur, ouetq́;.
Attraxere bouem Stratiuſq́; & dius Echephron, Sacra fiunt Palladi.
Cornibus impliciti, laticeſq́; lebete ferebat
Depicto talamo gradiens iuuenilis Aretus:
At læua ſalſas fruges, maloſq́; caniſtro.
Hic tum ſublatam Thraſymedes ipſe bipennem,
Inſignis bello uibrat, cæſurus arena.

At Perſeus pateram tenuit, tepidumq; cruorem
Suſcepturus erat, domitor cum Neſtor equorum
Summas decerpit media inter cornua ſetas,
Ignibus imponens ſacris libamina prima,
Voce uocat diuos. precibusq; ex ore litatis
Salſas ſparſerunt molas. tum feruidus aſtans
Neſtorides ferrum Thraſymedes impulit altè,
Ceruicemq; bouis ſecuit ſplendente ſecuri.
Soluuntur ſubitò uires, procumbit humi bos.
Neſtoris exululant nataeq;, nurusq; decorae,
Et ueneranda thori coniunx Neleia regis,
Eurydice regina. Eurydice, Clymeni natarum maxima natu.
Suſtentantq; ab humo reliquis Piſiſtratus ingens
Dux Pyliae gentis, iugulans mactabat ad aras
Quadrupedem, denſus fluitat de uulnere ſanguis:
Supponunt alij cacabos, tepidumq; cruorem
Suſcipiunt pateris, pecudis calor oſſa reliquit.
Mox in fruſta ſecant, uerubusq; trementia figunt,
Ac diſſecta manu rutilantia uiſcera flammis
Imponunt, nidor ſurgit crepitantibus extis.
In binas dirimunt partes geminata cremantes
Crura aris diuae, uerubusq; affigere crudas
Inchoat hic carnes, Neſtor. tum fiſsile lignum
Subijcit, & ſacris torrebat fruſta litandis,
Dulce ſuperq; merum libans ardentibus extis:
Tum iuuenes prunis iuxta quino ordine ueru
Conuoluunt manibus. poſtquam ſunt uiſcera toſta,
Et femora, infigunt alia hinc quoq; fruſta ſub ignem
Fumiferum, & flammis aſſant, uertuntq; trementes
Polycaſta. In uerubus carnes. Polycaſtaq; lauit in undis,

Vltima

Vltima Neſtoridum, & forma pulcherrima uirgo,
Telemachum, atq; oleo totum labente perunxit,
Tum tunica & læna puros inducitur artus:
Et dijs æquandus, progreſſus balnea liquit
Lætus Vlyßides, Pylium bene Neſtora iuxta
Se componit ouans, hilaris, iubar ore refundens.
Tunc toſtas ponunt carnes, Cereremq; caniſtris.
Conſiduntq; thoris, conuiuia læta per arcem
Acturi celebres. tunc aurea pocula menſis
Se rotat huc illuc iuuenum miſcere parata
Turba. Sed ut potus & amor compreſſus edendi,
Sic fari orditur Neſtor: Charißima proles Neſtor filiis.
Telemacho precor ô nitidos iam iungite curru
Aeripedes, iactata iubis per colla comantes:
Hinc iter arripiant emißi littore currus.
Iuſſa abeunt nati, picto ſubmittere curru
Cornipedes properant celeres, & molle Lyæum
Virgo cadis onerat, Cererem, frugesq; benignas,
Regalesq; eſcas, quibus & clarißima regum
Veſcitur arce cohors. conſcendit natus Vlyßis,
Neſtoridesq; ſimul currum Piſiſtratus altum. Telemachus curru cum Piſiſtrato in Laconicam ad Menelaum prouehitur.
Inde flagellat equos, manibusq; immittit habenas.
Tum ſponte æripedes uolitant per rura citati,
Præcipites bijugo uiridem certamine campum
Corripuere, ruunt fuſi conamine currus,
Moxq; Pyli linquunt currentes mœnia celſa,
Atq; die tota celerantes curſibus acres,
Concuſſere iugum, atq; undantia lora capiſtris.
Sol ruit, atq; uiæ paßim umbrabantur opacæ,
Donec contigerant Pheras, & tecta Dioclis Pheræ. Diocles.

Ortilocho

Ortilocho nati,quem quondam Alphæe creaſti.
Hic igitur tradunt corpus ſub nocte ſopori.
His dedit hoſpitij candentia dona Diocles.
Vt uerò illuxit, ueniens aurora quadrigis
Matutina polo, roſeosq; apparuit artus,
Rurſus equis iunctis altos aſcendere currus
Aggreßi reges, claro inſonuere flagello,
Aeripedesq; agitant,curſu dant lora ſecundo.
Corripuere uias celeres, curruq; uolantes
Cornipedes intrant agros,camposq; feraces
Oebaliæ, & metas tandem tetigere petitas,
Tantum iter emenſi, ſubiti certamine curſus,
Vſq; adeò æripedes ſuperant, & frondis honori
Eleæ aſſueti,tenuerunt arua Laconum.
Occidit interea Phœbus, merſurus in undas
Heſperias lucem, lataq; umbrantur opacæ
Orbe uiæ, atq; cadunt ſpiſſæ de montibus umbræ.

ARGVMENTVM LIB. IIII.

Hoſpitio Oebalia Atrides Menelaus in arce
Telemachum iunxit,Neleio & Neſtore natum.
Tum ſcelera & iuuenum tam turpia facta procorum
Narrat Odyßides, & regis pendet ab ore.
Narrantis caſus redituſq; per æquora Graiûm,
Erroresq; uagos, & Protei oracula uatis,
Fata quibus noſcit, mortemq; Agamemnonis atram.
Vtq; Ithacum teneat pelago formoſa Calypſo:
Vtq; pio infauſtè meditetur fata, procorum
Turba ferox, iuueni, genuit quem fortis Vlyſſes.
Tum quoq; Penelopen, formam mentita ſororis
Iphthimes

Iphthimes Pallas, matrem ſolatur amantem,
Pro nato triſtem, ſulcanti marmora puppi, &
Sollicitam, in ſomnis falſa ſub imagine fulgens.

ODYSSEAE LIBER IIII.

Narratum Atridæ nato ſors fertur Vlyßis.

OEbalia inuecti ſpacioſæ mœnia Spartæ
Contigerant curru reges, & ſplendida tecta
Nobilis Atridæ regis ſubiere recepti.
Hunc natæ & nati lætis tædas hymenæis,
Ac thalamos hilares, nec non ſponſalia clara
Inuenere ſimul celebrantem ſedibus altis,
Cum ſocijs, multisq́; unà cum ciuibus urbis:
Feſtiuisq́; choris omnem duffuderat urbem
Expectata dies. læto regalia cœtu
Atria complentur, Tyrio diſcumbitur oſtro.
Exin mille duces, foribusq́; immiſſa ſuperbis
Vnda fremit uulgi, procerum manus omnis, & alto
Queîs propior de rege gradus, ſtant ordine primi.
Stat deiecta genas inſigni regia uultu
Sponſa hilaris, tumida iam uirginitate iuganda,
Quam nato fuerat fortis miſſurus Achillis.
Connubio Troiæ quondam promiſerat illi,
Quæ nunc perficiunt thalamis hic fœdera diui.
Hanc & equis hilaris mittens, & curribus altis,
Myrmidonum ad turres, & mœnia clara Pelaſgûm
Hic ubi regnabat, uarijs inſtruxerat armis.
Ducitur at nato è Sparta pulcherrima uirgo,
Siderea forma, natarum Alectoris una:
Quam ſibi rex legit thalamo, primisq́; iugarat

Menelaus liberorum nuptiis occupatus.

Alector.

Ominibus:

Ominibus: quem regi olim compreſſa crearat
Serua thoro, cum iam ſera foret ille ſenecta.
Fortis erat bello, & ueſtigia patris inibat,
Vltima natorum ſoboles chariſſima regis,
Megapenthes. Cui fecit mater clarum Megapenthea nomen.
Nam nullam ſobolem nitidæ ſuccedere diui
Sunt Helenæ paſſi, poſtquam generauit amœnam
Hermione. Hermionen partu, nec formæ laude ſecundam
Cypri tibi: auratæ Veneris decus illa gerebat.
Taliter hic magno celebrant conuiuia cœtu,
Et dotale decus faciunt ſub luce iugali
Fœdera conciliant regni, & connubia læta
Et proceres ciuesq; ſimul uicina Lacones
Arua tenere iugis ſueti. perq; alta domorum
Muſicus inſignis reſonat, cantuſq; mouendo
Ore choros plaudit, citharamq; ad carmina tendit
Argutas inter iuuenum certamina uoces.
Tum bini ad cantus iuuenum, plauduntq; choreas,
Exercentq; choros, & uertunt undiq; membra
Arte rotata inter populum, cantuſq; dedere
Hic ſaltatores. ſteterant ad limina prima,
Telemachuſq; heros, & Neſtoris inclyta proles,
Curribus æripedum. quos cernens regis ab arce,
Qui proceres inter fuit excellentior unus,
Progreſſus regi poterat tum nuncia ferre,
Vnus erat regi ſeruorum maxima cura.
Vt regem acceſſit per tecta immenſa, profatur:
Eteoneus adeſſe hoſpites nunciat regi. Illuſtris regum Menelae ô gloria, bini
Ante fores adſunt peregrini in curribus altis:
Vtq; uidetur, eis clarum genus à Ioue ſummo,

Heroum

Heroum genti ſimiles. an ſoluere curru
Aeripedes mandas celeres? an quærere ſedes
Hinc alias, quicunq; uelit coniungere amanter
Hoſpitio acceptos. Rex indignatur, *& inquit.*
Ante Boethœde longè *fueras* Eteoneu
Cultior, atq; animo prudentior, ore profaris
Nunc ſtultè. Expertus *miſeris ſuccurrere diſco.* «
Nos quoq; multa diu uarijs erroribus acti
Munera ab hoſpitibus, aliena per arua uagantes,
Externas inter gentes accepimus, uſq;
Veſcentes epulis alienis undiq; terris,
Donec contigimus profuga cum coniuge portus
Delati huc patrios. modò ſi iam Iuppiter *altus*
Hic finem tandem dederit, metaſq; malorum,
Aerumnæq; modum. properáq;, & ſolue frementes
Cornipedes curru, proceresq; adducere menſis,
Vt celebrent epulas peregrini, curre per arcem.
Ille è ſede ruens, alios uocat undiq; ſeruos,
Sectariq; iubet. ſubitò ſoluere iugales
Alipedes curru, riuis fluit undiq; ſudor,
Perq; armos ſudant, per colla iugumq; frementes.
Iamq; ligant illos alta ad præſepia ductos,
Farraq; ſubijciunt atq; ordea cana Laconum.
Inde locant currum, quà ſplendent mœnia portæ
Arcis, ubi interior domus eſt obiecta penatum.
Vt regis pariter domus eſt intrata Laconis,
Regali luxu mirantur regia tecta
Oebalij Atridæ, *iuuenes heroibus orti.*
Qualis Phœbeus *ſplendor,* Phœbeſq; *micantis:*
Talis & Atridæ *fulgor rutilabat in arce*

Increpat ſeruum rex, & excipere hoſpites iubet.

Menelai regia.

Excelſa

Excelſa regis. ſic luſtrant ſingula tectis.
Miratur, facilesq; oculos fert omnia circum
Lætus uterq; ſuos, Ithacoq; & Neſtore natus:
Hoſpitio capiturq; domo. ut iam ſingula uiſu
Percurrere ſatis uelut oblectamina ſedis,
Intrarunt pariter ſplendentia balnea, & undis
Hoſpitalitatis officia. *Lauerunt tepidis humentia membra puellæ,*
Vnxeruntq; oleo, precioſas ſtamine lænas,
Et tunicas molles inducunt artubus ipſæ
Principibus geminis, humeros quis murice condunt.
Tunc introducti parili ſub honore ſedentes,
Atriden iuxta regem mirantur in arce.
Dat famula hinc manibus lymphas gutturnia clara
Auro barbarico retinens, formoſa lebete
Deſuper argento fundit, cultasq; per arcem
Aſtruxit menſas. Cereremq; hinc altera nympha
Attulit, huic fuerat regalem iuncta per arcem
Cura penum ſtruere, & tabulas gratiſſima luxu,
Atq; epulis onerat multis. coquus arte ferebat
Viſcere ſublatas lances, carnesq; per aulam
Diuerſi generis, ponens tunc aurea pocla
Miſcet læta manu. Tum rex Menelaus in altâ.
Telemachum hortando, nec non & Neſtore natum,
Menelaus hoſpitibus. *Sic menſa affatur: Cereremq; epulasq; recentes*
Sumite, & exhilarate animos, dulciq; Lyæo
Læticiam præbete parem, & gaudete fauentes.
Exin uos ſaturos grato ſermone ſedentes,
Quæremus faciles, qua uos de gente profecti.
Haud equidem interijt ueſtrum genus, inclyta regum
Progenies uobis, qui candida ſceptra gubernant.

Non

Non etenim ignaui tales genuere parentes.
Hæc ubi dicta, bouis pinguentia terga recepit
Toſta, deditq́; illis, quanquam ſolennis honoris
Hæc ſibi iam fuerant poſita, his ueneratur. at illi
Iniecere manus epulis, quæ proxima lance
Viſcera carpebant digitis, & pocula ſiccant. Menelai conuiuium.
Viſcera toſta ferunt taurorum, onerantq́; caniſtris
Dona laboratæ Cereris, Bacchumq́; miniſtrant.
Veſcuntur reges ſimul & Spartana iuuentus
Perpetui tergo bouis, & ſponſalibus extis. Tergum in honore fuit, teſtatur & Virg. li. 8. Æn.
Poſtquam exempta fames, & amor cōpreſſus edendi,
Inquit Odyßides, affatur Neſtoris altam
Progeniem, atq; caput propius mouet aure bibenti,
Ne reliqui audirent: Animo gratißime noſtro Telemachus Piſiſtrato.
Aſpice Neſtoride, Pyliorum gloria celſa,
Aeris fulgorem, & reſonantia tecta coruſco
Auro atq; electro nitido, ſectoq́; elephanto,
Argentoq́; ſimul. talis Iouis ardua ſedes,
Aulaq́; cœlicolûm ſtellans ſplendeſcit olympo.
Hæc immenſa adeò, mirandaq́; tecta uidentes
Detinuere, ſtuporq́; inſignis fixit in arte.
Senſerat Atrides mirantes, deinde profatur,
Sic orſus breuiter: Soboles chariſsima regum, Menelaus ad hoſpites de erronb. ſuis.
Cum Ioue non ullus certet mortalis olympi
Rege: Iouis ſedes æternæ, æternaq́; tecta:
Cuius opes immortales, æuoq́; carentes.
Arce domus nitida mihi non contenderet ullus, Menelai regia.
Siue domo aurata paßim, ſeu rebus opimis,
Diuitijsq́; aulæ mortalis. Namq; carinis
Paſſus multiuagis immenſa pericla uagando,

Multum ego per terras,multum iactatus & alto
Puppibus huc illuc,uarijsq; erroribus actus,
Octono Oebaliös profuga cum coniuge portus
Anno uix tetigi.me errantem detulit æſtus
Militia ex illa diuerſum ad littus adactum,
Hinc Veneris ſedem,Cyprumq́; Paphumq́; peragrans,
Phœnicen adij,Tyriasq́; per æquora turres,
Niliacosq́; agros,Aegyptiq́; arua colentes,
Sidoniosq́; procul populos,Nabathæaq́; regna,
Aethiopasq́; nigros,Arabasq́; per antra recurua,
Montanasq́; ſpecus habitantes undiq; Erembos.
Hinc Libyæ tractus,ubi nati cornibus agni
Oues in Libya cornutę, terq; anno parere ſolitæ. *Apparent ſubitò longis,ter fœtus in anno*
Editur,& ſiccant ter oues fœta ubera campis
Agni balantes,dum Phœbus uoluitur orbe.
Libyæ fertilitas. *Hic etenim toto uis lactis abundat in anno:*
Bis uer purpureum,bisq; æſtas meßibus ardet.
Non his paſtori,non regi deficit oris,
Caſeus,& carnes,ac dulcis copia lactis.
Hic diſtenta gerunt ſemper pecora ubera ſucco.
Heu mihi,dum Libyæ fines,& rura peragro,
Diuitiasq́; lego multas,& diuitis aurum,
Interea quidam mihi fratrem funere merſit,
Agamemnonis cædes. *Clam diro aggreſſus traiecit pectora ferro,*
Coniugis infandæ ſtudioq́; & fraude doliſq́;
Ex inſperato,cum Troiæ uenit ab oris:
Inter opes tantas regno,ſed triſtis,adempto
Fratre mihi.patribus ſi quondam prodita ueſtris
Audiſtis,quicunq; illi,tot adire labores
Compulſus,patrias arces ſedemq́; beatam

Corrupi

Corrupi infœlix,quæ quondam diues & auri
Plena fuit nitidi,rerumq́; & laudis honeſtæ.
O' utinam illorum tantum pars terna maneret,
Ac reduces eſſent,qui quondam ad Pergama Troiæ
Heu procul à patrijs Argis cecidere perempti.
Hei mihi,ſæpe illos crudeli funere merſos,
Arcis ſeceſſu deflens conſido coruſcæ,
Triſtitia affectus, lacrymisq́; & luctibus ora
Humecto infœlix,ſæpe oblectamina luctu
Quæro : ſed interdum requiem finemq́; querelis
Pono. Nam quamuis eſt quædam flere uoluptas,
Sed breuis illa tamen,ſatiesq́; eſt luctibus atris
Facta cito. quanquam cunctos deſidero Graios,
Heroesq́; omnes, tamen angit maxima cura
Vnius fatum,ante alios quem lugeo ſemper.
Ille mihi ſomnos,epulasq́; heu ſolus amanti
Aufert,heu quoties memini.non ullus Achæûm
Tam dira eſt paſſus, totiesq́; agitatus amara
Fatorum ſerie,ut quondam mihi dius Vlyſſes, Vlyſsis laus.
Qui tot ſuſtinuit caſus diſcrimine rerum :
Hinc illi uirtus, æternaq́; gloria uiuet.
At mihi ſæpe dolorq́;,& ineluctabilis atro
Triſtitia eſt luctu,dum longè arcetur ab oris
Argolicis.nec certa fides,an ueſcitur aura
Aetherea,an Stygiæ crudeliter occubat umbris.
Flent illum ſenior Laertes,ſceptra ſenecta
Contemnens curua,& caſtiſsima Penelopea,
Fœmina conſilijs ingens: & patre creatus
Telemachus tanto,quem natum nuper in arce
Liquerat,ut Phrygias bellatum ceſsit in oras.

Sic deſiderium dictis commouit amoris

Telemachus flet patris audito nomine. In patrem, & luctum. Hic lacrymis impleuit obortis
Lumina, & audito genitoris nomine fletus
Ex oculis fudit, guttæq; per ora cadebant,
Flentis humi. uultus ſubitò uelamine condens
Purpuream lænam prætendit lumina circa
Admotis manibus. ſenſit Menelaus Atrides,
Iamq; animo uoluens an dictis quæreret illum,
An'ne ipſum potius ſineret meminiſſe parentis.

Helenæ magnificentia, ornatus, ac luxus. Hæc dum uerſat, odoriſtro progreſſa Lacæna
Exijt è thalamo, ſummis penetralibus arcis,
Qualis & auriferas referens Diana ſagittas
Venatu incedens: ueſtigia preſſa ſequuta
Adraſte, arte thorum factum ſubſtrauit: at ipſa
Alcippe, è molli lana poſt terga tapetas
Virgo ſtrebat: eam ſequitur pulcherrima Phylo,
Argento calathum portans, quem Alcandra Lacænæ
Donarat, coniunx Polybi, qui tecta colebat
Niliacis Thebis Aegypti, littore pinguis,
Diues opum, ſplendens celſa poſſederat arce
Diuitias uarias. Menelao candida dona
Ille dedit, bina hoſpitio olim argentea labra
Regia, quæ tepidas caperent ad balnea lymphas:
Tum tripodas binos, auri & bis quina talenta.
Illius aſt uxor ſplendentia dona Lacænæ
Sponte Helenæ obtulerat, cum uidit flumina Nili,
Auriſtramq; colum præbens, calathumq; rotundum,
Argento ſolido, fuluum aurum ambiuerat oras.
Quæ uirgo appoſuit Phylo, renitentia fila,
Artis opus, fuerant intus, colus, aurea penſa,

Purpu-

Purpureas uiolæ lanas extenſa nitebat.
Tum ſe compoſuit renitenti regia ſponda
Coniunx,& poſito ſeſe releuare ſedili
Iußit.& hinc quærit cœpta ſic uoce maritum:
Scimus,ait,coniunx dudum clarißime fama,
O' illuſtre Iouis genus,unde profectus uterq;
Adſit,qui noſtris ſucceßit ſedibus hoſpes,
Quá ue è gente ortus: loquar,an uel uana profari
Sit mihi fas,animus dictat,præſagaq; mens eſt.
Non adeò ſimili forma,nec corpore tali
Vnquam oculis uidi,ſeu uir,ſeu fœmina uultu
Inſigni fuerit: ſtupeo,dum corpora luſtro:
Tanta uenuſtatis decorat decus ora iuuenta:
Vt nunc ille parem nato ſe fortis Vlyßis
Offert,quem quondam genitum ceſſurus in arce
Liquerat ille ſua,cum uos ad Pergama Troiæ
Veniſtis Danai, geſturi prælia ſæua,
Audaces animis pro me, tum coniuge rapta
Proh pudor ad thalamos,inconceſſosq; hymenæos.
Talibus eſt dictis contrà reſequutus Atrides:
Sic quoq;,ſic coniunx reor,& confertur Vlyßi,
Vt cenſes.Sic ille manus,ſic ora ferebat,
Sicq; pedes,occulosq; leues,radiosq; uolucres,
Sic caput,atq; comas denſas.O' fortis Vlyſſes,
Quàm tua nunc uellem memorare hic inclyta facta,
Virtutisq; memor priſcæ, quot adire labores
Pro me,quot caſus bello & diſcrimina rerum
Auſus es.at menſa lacrymis hic luget amaris,
Eq; genis guttas ſtillans heu fletibus ora
Irrigat,atq; ſinus replet,dum plorat acerbè

Helena Menelao, de hoſpitibus.

Menelaus Helenæ.

Si nobis quondam reditus in patria rura,
Atq; lares repetiſſe pios, dulcesq́; penates
Fluctiuagis ratibus & claſſe dediſſet Achæa
Iuppiter altitonans, Argis ego mœnia clara
Tunc habitanda illi ceßiſſem, & candida tecta
Struxiſſem, ex Ithaca rebusq́; opibusq́; reducens
Et nato ſimul & nupta Laertis Vlyſſem,
Vnam urbem è cunctis populorum mœnibus altam,
Ex his quæ circa iactant in nubila turres,
Quæq́; ſub imperio noſtris regnantur in oris
Illi legiſſem: hic æterno fœdere mixti
Vitam unà læti, & iuncti tam dulcibus annis
Egiſſemus. at hic concordi pectore fixos,
Iuris amicitiæ certos non ulla per æuum
Hora diremiſſet, præterquam fata ſuperba:
Nec prius abiunctos, quàm mors caligine nigra
Merſiſſet tenebris oculos, uidiſſet acerba
Sors unquam. tamen hoc aliquem inuidiſſe deorum
Ipſe reor, qui ſolum iſtum dulcedine terræ
Priuauit, redituq́; ducem infœlicibus undis
Infauſtum tenuit. Sic rex Menelaus. at illis
Hic deſiderium luctus, lacrymasq́; reduxit.
Hunc Ioue nata Helena auguſto defleuit honore,
Fleuit Telemachus, Menelaus fleuit Atrides:
Fleuit Neſtorides, oculiq́; liquore madeſcunt.
Namq; memor fuerat fratris, præſtantibus armis
Eximij, Antilochi, quem Memnon fudit in armis,
Auroræ natus roſeæ clarißimus. illum
Lamentis queritur, triſtisq́; ex ore profatur,
Iam uoluens animo lacrymoſum funus: Atrida,

Piſiſtratus fratrem Antilochum luget.

Sæpe quidem Neſtor te inſigni laude ferebat,
Atq; homines alios longè ſuperare per orbem,
Prudentiq; animo, & magnæ uirtutis amore:
Si quando memores ueſtri, ſermone trahentes
Sidereas noctes uario, per mutua dictis
Colloquia exorſi Neleia Neſtoris arce.
Indulgere mihi liceat, poſt fercula cœnæ
Non eſt ulla mihi (ſi neſcis) flere uoluptas.
Horreſco à luctu, cœnis epulatus opimis.
At donec roſeis ueniens aurora quadrigis
Matutina polum, radijsq; retexerit arua,
Quicunq; occubuit Troianis fortiter armis,
Concedens fatis, nihil hunc lugere recuſem.
Sola quidem hæc luctu miſeræ ſolatia genti,
Attondere comas, lacrymasq; effundere buſtis,
Deq; genis guttas ſtillare, & flumine uultum
Humectare grauem. Namq; & mihi frater in armis
Oppetijt Troiæ, non infima gloria Graijs.
Antilochi laus. Quem tu nimirum noras, ô maxime regum,
Ille mihi ignotus fuerat, ſed curſibus acris
Et ualidus dextra, & clarus perhibetur in armis,
Antilochus longa & bellator maximus haſta
Marte fuiſſe olim. Contrà ſic flauus Atrides:
Menelaus laudat Piſiſtratum, & fœlicem Neſtorem iudicat. O dilecte mihi, prudens, ſermone profaris.
Et quanquam iuuenis, tamen alto pectore rumpis
Has uoces, ueluti quem longa enutrijt ætas,
Excoluitq; animum ſapientia priſca diſertum:
Qualia uel prudens facundo promeret ore,
Vel faceret ſolers: ſeu qualia mella per ora
Neſtoris emanant, ſapiensq; oratio ſurgit;

Talis

Talis & herois genitoris, talis es ipſe.
Eſt facile inſignis fama atq; illuſtris honore
Filius herois, tribuit cui Iuppiter altus
Sortis opes magnæ naſcenti, & laudis honores,
Fœlicesq; annos nubenti tradidit aula.
Vt quoq; Neliden *ſemper per ſecula longa*
Fœlicem elegit, dedit arce ſeneſcere molle,
Prudentesq; dedit natos, uirtutis amantes, Vnus Neſtor inter heroes Troiani temporis fœlix.
Et bellatores claros, qui fortiter haſta
Bella obeunt celebres. ſed nunc deflere labores
Præteritos fugiamus, ait, dapibusq; fruamur.
Fundite iam manibus lymphas, epulasq; parate:
Colloquia in multam noctem ſermone trahemus,
Donec ab oceano ueniens prænuncia ſolis,
Aurea fulgebit roſeis aurora capillis,
Et cœlo trepidas ubi iam Tithonia *nubes*
Diſcutit, ac reduci magnum parat æthera Phœbo.
Tum quoq; ſæpe ſonos unà miſcebimus oris,
Ipſe & Telemachus, *mutata uoce rogantes.*
Dixit, & Aſphalion *manibus dat fonte liquores,* Aſphalion.
Cura miniſterij non infima regis Atridæ,
E gelido allatos, proceresq; in fercula menſæ
Extendunt dextras, dapibusq; epulantur opimis.
Tũ Ioue nata Helena hic meditata eſt pharmaca potu,
Ac ſubitò iniecit medicamina rara Lyæo,
Vnde bibunt proceres Nepenthes inclyta ſucco Nepenthes pharmacum, de quo Plin. 21.21. & 25.2.
Gramina, quæ irarum, ſiue omnis cladis & omnis
Vſq; mali herbarum ducunt obliuia potu,
Hæc ſi mixta ſcyphis aliquis præſumpſerit, ille
Luce illa nunquam lacrymas effundet obortas:

ff 5 Non

Non ſi uel genitor,materq́; Acherontis arenas
Rapta petat Stygias, non ſi natumq́; fratremq́;
Coram diſiectos ferro,atq; in ſanguine mixtos
Hoſte oculis uideat claris.ſic regia nympha
Tyndaris ad lætos uſus pia pharmaca ſecum
Portabat,ſibi quæ quondam Polydamna marita
Præbuerat,Nili ſeptemplicis hoſtia iuxta
Regnantis Thonis: cui terra Aegyptia multos
Herbarum ſuccos ſegetis ditiſsima campis
Fundebat,partim uarijs medicamina morbis,
Partim tabificis etiam mala gramina ſuccis.
Hic etenim ante alias gentes medicatibus acres
Scire poteſtates herbarum,uſumq́; medendi,
Atq; manu medica & ſuccis releuare dolores,
Pæonium in morem.nam ſacra ab origine cretos
Pæonis eſſe ferunt illos,quos Nilus inundat.
Iuſsit ut occultè Peluſia gramina ſuccis
Immiſcere ſcyphis,& fundere dulcia uina.
Incipit effari· Regum clariſsime Atrida,
Vosq́; ducum nati magnorum,culta propago,
Sæpe deus fatis fœlicia miſcet amaris,
Fauſtaq́; mixta malis affert.namq; omnia ſolus
Ipſe poteſt,rerum dominus.uos arce coruſca
Has epulas læti menſis celebrate fauentes,
Colloquijsq́; ſimul capite oblectamina grata.
Ipſa quoq; in medium referam , partemq́; laborum
Narrabo Troiæ uobis : non omnia facta,&
Bella ærumnoſi,& pugnas patientis Vlyſsis,
Non equidem fari & percurrere nomina poſſem :
Egregium facinus pandam,quod fortis Vlyſſes

Exhibuit

Ægyptus medicaminũ ferax.

Theophraſ. de Plantis lib.9.ca.15.

Helena Menelao.

Rerum omnium uiciſsitudo.

Exhibuit quondam Troiæ ſub mœnibus altis,
Hectoreos inter populos ubi damna Pelaſgi,
Et uarios caſus per tot diſcrimina rerum
Suſtinuiſtis, agris Phrygijs: ubi fortis Vlyſſes
Se plagis lacerans, crudeli & uulnere uultus, Vlyſsis egregium facinus
Veſte humeros lacera, tunicaq; inducitur artus,
Mentitus forma ſeruum, penetrauit in urbem
Hoſtilem Troum, quæ latos undiq; uicos
Immenſasq; uias prætendens ardua celſis
Turribus extabat: ſimilisq; hic membra habitumq;
Se æquarat Decti cuidam, qui nauibus altis
Argolicæ gentis fuerat ſine laude gregalis
Miles ut intrauit Priameia mœnia Troiæ,
Ignotus cunctis fuerat, nec noſcitur ulli.
Sola illum agnoui. cumq; ipſum uoce rogarem,
Aſtu uitabat, nec iam reſponſa ferebat.
Vtq; undis laui tepidis, oleoq; perunxi,
Inijciensq; illi ueſtes iurata recepi,
Me non antè meis patefactum Troibus urbe
Vnquam oſtenſuram, quàm Dorica caſtra petiſſet,
Argolicasq; rates ſoſpes tetigiſſet arenis.
Tum decreta mihi patefecit Achaica certè,
Conſiliumq; ducum, mentemq; exponit apertam.
Mox Troum multos cæſos demiſit ad orcum,
Atq; acie ſtricta deiecit corpora letho.
Victor ad Argiuos, repetens, faſtumq; decusq;,
Belligeramq; tulit palmam præclarus in armis,
Ingenijq; aſtu miro. Sed Troades urbe
Planxerunt aliæ triſtes, & funera luctu
Deflebant. ſoli pertentant gaudia pectus

Hic

Hic mihi, & in tacito lætabar fulgida ſede,
Ipſa ſinu exhilarans mentem. Nam corda recepta
Iam fuerant iterum, & patriæ tangebar amore,
Speſq; erecta fuit reditus. ſuſpiria ſæpe
Imo corde traho, gemituſq; heu rapta mouebam.
Namq; memor cladis fueram, ærumnæq; nefandæ,
Quam Venus intulerat miſeræ, cum dulcibus oris
Heu procul à patria terra, chariſq; Mycenis,
Atq; Therapnæis illuc ad Pergama tectis
Traduxit raptam Phrygibus de littore Dorum,
Heu dulci ſpolians nataq; & coniuge dulci:
Coniuge, qui nunquam fuerat uirtutis egenus.
Ille quidem ingenio multum pollebat, & arte,
Præſigniſq; animo & formæ dotalis honore,
Inter & Argolicos formoſo corpore præſtans
Clarebat. dictis ſubijt tum flauus Atrides:

Menelaus Helenæ.

Quàm bene narraſti, forma nitidiſsima coniunx.
Noui equidem multorum animos, & pectora culta
Conſilio heroum, & uarias ingreſſus arenas
Vidi urbes altas: ſed nunquam, qualis Vlyſſes
Mente fuit, noui: ingenio præclarus, & armis.
Hei mihi quale olim facinus fortiſsimus alto

Equo ligneo incluſi Græci

Clauſus equo, inſidians, trabibus qui textus acernis
Ligneus aſtabat ſub Troiæ mœnibus altis,
Quò cuncti Argiui fuimus præſtantibus armis
Heroes, quorum ante alios tum fama uirebat:
Fata quidem Troiæ, & clades & funera Troum
Arte ferebamus tecti, cum clara Lacæna
Tyndari ueniſti, fatis monituq; deorum:
Huc te neſcio quis dæmon ſic egerat, unà

Heu

Heu Phrygibus decus hoc populis, laudemq́; daturus.
Te quoq; Deiphobus, heroum maxima fama,
Cuius erat uirtus æquandaq́; gloria diuis,
Iuxta molem altam pariter comitatur euntem:
Terq́; cauas tangens fraudis regina latebras
Erraſti circum molem reuoluta regreſſu,
Nomine compellans Danaos, qui fortibus armis
Claruerant bello Troiæ, mentita maritis
Argolicis uocem ſimilem, atq; uxoribus æquam
Graiugenûm, quicunq; intra latuere cauernas.
Aſt ego, Tydidesq́; unà hic, & dius Vlyſſes,
Cincti armis intus fuimus, medio agmine Graiûm,
Aureq́; percipimus, quæ clara uoce Lacæna
Clamabas. Sed nos dudum hic erumpere cæcas
Ardebamus equi latebras, aut intus in imis
Speluncis audire ſonos, iuſſuq́; loquentis
Parêre, erectos tenuit ſapienter Vlyſſes.
Ergo alij Argolici tenuere ſilentia linguis,
Solus at Anticlus tibi reſpondere paratus: **Anticlus.**
Sed manibus preßis labijs arcetur Vlyſſe.
Continuoq; Ithacus preſſans hic labra loquentis,
Fortiter inſtando cunctos ſeruauit Achiuos.
Tantiſper preßit fauces, te donec ab alto
Duxit equo Pallas. Dictis tum natus Vlyßis
Sic linguam ſoluit· Populorum maxime rector,
Ardua res equidem, & dirum diſcrimen in armis, **Telemachus Menelao.**
Bellicaq́; inſignis uirtus hæc martis habetur.
At non hæc ſæuam potuere auertere mortem,
Nec ſibi tanto aſtu potuit depellere fatum
Magnanimus genitor, non ſi ſibi ferrea corda.

Iam nos Atride Menelae hinc,optime regum,
Capturos ſomnos dulces ad molle cubile
Ire ſinas. Teneris iubet ocyus ore puellis
Regina hic thalamos,quà porticus alba ſonabat,
Sternere ſomniferos,& picta cubilia lectis:
Stragula purpureis decorari pulchra tapetis,
Ac nitidas lænas.properant è ſede puellæ,
Atq; faces manibus quatiunt,lectosq; nitentes
Extruxere,uiros educere præco per arcem.
Veſtibulum ante ipſum progreßi,membra ſopore
Telemachusq; heros,& Neſtoris inclyta proles,
Laxarunt molli lecto.Menelaus in alto
Arcis ſeceſſu, iuxtà & dulcißima coniunx
Tyndaris, egrediens prælonga cyclade preſſam
Verrit humum herois,iacuere tepetibus altis
Pectore proflantes ſomnos,& dulcis amoris
Defeßi amplexu.donec rutilante quadriga,
Roſcida puniceos Pallantias exit amictus,
Tithoniq; iubar roſeo ſub lumine coniunx
Matudina dedit. Tum rex Menelaus ab altis
Conſurgit thalamis,tunicisq; inducitur artus.
Tum lateri atq; humeris Tegeæum ſubligat enſem,
Ac formoſa pedum circundat uincula plantis,
Progrediens thalamo,præſtanti corpore diuis
Atq; animo ſimilis.nato hic occurrit Vlyßis
Quærit Menelaus cauſam itineris. Orſus: Fare precor nunc ô dux inclyte ſceptro,
Heros Telemache,huc quis te caſus'ue,deus'ue,
Siue uſus rerum per cærula marmora puppi
Compulit? an populi res eſt,regniq; paterni?
An'ne tibi forſan potius diſcrimina rerum

Inſtant

Inſtant priuato, quæ cauſa coëgit in æquor
Te ſulcantem undas? ediſſere uera roganti,
Quid ueniens adeò ſubitus Lacedæmona celſam.
His tacet Atrides. reſequutus natus Vlyßis:
Atrida, inquit, ego, Graiæ dux maxime gentis,
O illuſtre genus Iouis, adſum puppe per undas
Ex Ithaca uectus, ſed curru Neſtoris urbe,
Teq; peto ſupplex, ſi quam mihi uerus Vlyßis Telemachi petitio.
Attuleris famam, clari genitoris, ab oris
Aegypti ueniens, & curuo littore Troiæ.
Namq; Ithacæ domus, ac proauita potentia regni,
Eruitur, lacerantur opes, agriq́; uirentis
Frugibus intereunt ſata læta, boumq́; labores.
Quicquid enim pinguis Ithace fert ubere glebæ,
Peruaſtatur ibi: repleta eſt hoſtibus aula.
Hic & oues, camuræq; boues mactantur ab illis,
Totq; greges patrij, atq; armenta per arua uagata
Cæduntur ſacris. heu luxurioſa procorum
Turba, urgens matris connubia, mœſta per arcem
Vſq; adeò mihi uim facit, atq; inſultat acerba:
Ergo ad te uenio ſupplex, miſereſce precantis,
Tangentisq; manu. refer ô mitißime regum
Heu triſtem interitum, caſusq; errantis Vlyßis
Multiuagi. heu uel matre quidem ærumnoſus Vlyſſes
Infauſto eſt genitus partu, miſerere rogantis:
Nec uereare precor, noſtrá ue in ſorte morere,
Sed mihi uera refer, pelago ſi uideris illum.
Per patris hoc oro decus, & per martia tela:
Per, ſi quando olim pro te dixitq;, tulitq;,
Et bene quid de te meritus prope mœnia Troiæ,

Belligeros

Belligeros inter Troes, ubi mille pericla
Argolici paſsi fueratis marte feroci.
Hæc precor ô rector iam nunc reminiſcere Graiũm,
Et mihi rex ingens ediſſere uera roganti.
Tum ſic exclamat, magnoq; dolore profatur
Verba nepos Pelopis, reſequutus, flauus Atrides:
Menelaus Telemacho. Hei mihi, quàm fortis molles herois in alto,
Imbelleſq; thoro recubare effracta procorum
Comparatio Turba cupit? Veluti cum cerua leonis in antro
Depoſuit fœtus, hinuloſq; reliquit hiantes,
Quos lacte enutrijt nuper connixa gemellos,
Inq; nemus graditur ſcrutans colleſq; iugumq;,
Herboſaſq; intrat ualles, & paſcua quærit.
Tunc improuiſus ſyluis leo dura ſub antra,
Aſſuetoſq; thoros ſubit. hunc ignorat, an illum
Irruat, immaniſq; rapit, furit ore cruento,
Horrendaq; necem trepidis fert fauce gemellis.
Hinnuleoq; ſtetit rabies placata cruore,
Laſſauitq; genas, & craſſo ſordida tabo
Lingit labra ferox, ſpectat ſua facta, doletq;
Defeciſſe famem pariter, cauſamq; furendi:
Sic quoq; cædem illis feret audax uictor Vlyſſes.
O utinam Pallas faceret ſic, Phœbus Apollo,
Et pater altitonans, illic iam talis Vlyſſes.
Qualis erat Lesbo cum quondam laude palæſtræ
Exurgens Philomeleden deiecit arena
Fortis luctator: ſtudijſq; fauere Pelaſgi
Gaudia teſtantes, Ithacæ inter ſæua procorum
Agmina ſtaret opum diues: ſentiret amaras
Turba faces illic thalami, infauſtoſq; hymenæos,

Atq;

Atq; æuum ſubitum, breue & irreparabile tempus.
Iam quæ uoce rogas humili, nec flectar ab illa,
Te fraudans dictis, quæ quondam rettulit augur
Aequoreus Proteus, *non hæc reſponſa ſilebo.* **Proteus.**
Me tenuere dei, quà flumine Nilus *inundat,*
Aegyptoq́; iterum cogunt remanere ſtraci.
Dum propero à Phario Pelopeam *littore claſſem*
Soluere, & Oebalias *pelago perquirere terras,*
Inq́; oras Eurota *tuas atq;* Hellados *arua,*
Impetus heu miſero ſurgit remeare per æquor:
Dum non uota illis taurorum ſanguine centum,
Atq; Hecatombæos *ſoluiſſem margine ritus*
Solenni ſacro: reminiſci iuſſa deorum
Vſq; adeò uoluere dei, ſemperq́; fatigant
In leges homines. Cano *iacet inſula ponto*
Aegyptum contra, Pharij *tenuere coloni,*
Quam dixere Pharon. *ſed circà immurmurat unda,*
Multiſoniſq́; uadis circumnatat æquore celſo,
À terra diſtans quantum per cærula puppis
Currit iter tota ſparſas tentata per undas,
Luce maris. donec Phœbus *ſe condit* Ibero,
Cum lenes auræ flantes à naue ſequuntur,
Carbaſaq́; implentur ſinuoſa uolumina circum.
Hic facilis portus, ſtatio bene fida carinis:
Vnde rates ducunt pelago dare lintea uelis.
Iam certi Pharij *nautæ, cum puppibus undas*
Eijciunt pluuias, recipit quas ſicca carina.
Hic me bis denas tenuerunt numina luces.
Nullæ auræ reſonant ponto, nec flumina currunt,
Nec qui fluctiuagas comitantur marmore naues

Spirabant uenti. iam fruges undiq; claſſe
Abſumptæ fuerant. uires quoq; corpora noſtra
Liquiſſent, ni iam ſenis hic miſerata labores
Idothea æquorei ſoboles, cui pectora triſtis
Commoui ærumna, dum ſolus littora calco
Diſiunctus ſocijs, ſicca ſpaciatus arena,
Cum periturus eram, ſeſe offert candida uultu.
Nam circa extremas oras, qua ſe inſula curuat,
Errabant ſocij ſemper, pontumq; mouentes
Piſcabantur aquis ſalſis, prædasq; per undas

Fames Menelai in Ægypto circa inſulã Pharum

Curuis ducebant hamis, & arundine longa.
Cogit enim maleſuada fames, quæ uiſcera torquet "
Ventrem arctans. propius greſſu tunc aſtitit. Illa, "
Et ſic effari, & curas his demere dictis

Idothea Menelao.

Viſa fuit: Quid agis demens, quæ cauſa moratur?
Num tu hic inuictus dudum teris ocia læto
Pectore, & has tecum facis oblectamina curas,
Quas pateris, ſic te iuuat indulgere labori?
Inſula in æquorea dum tutam lentus oberras,
Nec finem imponis, nec metam erroris in undis
Inueniſſe potes, ſociorum pectora languent,

Menelaus Idotheæ.

Deficiuntq; malis animi. cui talia contrà
Exorſus refero: O` nymphe, ô quæcunq; dearum es,
Dicam equidem, nec te ſuſpenſam diua tenebo:
Si uacat, expediam, & te iam mea fata docebo,
Inuitus teneor, non hinc fugere ulla poteſtas.
Sed forſan diuos, qui calcant culmen olympi,
Heu mihi non mites læſi: ſed fare roganti,
Omnia cœlicolæ norunt, dijq; omnia poſſunt,
Quis deus ad littus nimium nos alligat undis?

Atq;

Atq; iter hoc retinet, reditusq; moratur acerbè,
Quo minus euadam piſcoſa per æquora uectus?
Hæc ubi dicta dedi,ſic infit dia dearum
Nympha decus: Verè te nunc,aduerte,docebo. Idothea Menelao.
Huc ſolet æquoreus pater huc errare per undas,
Fatidicus Proteus,colit hunc Aegyptus,& ore Proteus.
Septeno Nilus,Peluſiaq; hoſtia circum,
Qui pelagi ſpectat cuncti ſubiecta profundo,
Cærulea'sq; feras,magnum qui piſcibus æquor,
Aequoreasq; uias curſu metitur,& undas.
Ille mihi genitor,genitoreq; glorior illo.
Me is genuit quondam,& medijs famulatur in undis
Neptuno,& turpes paſcit ſub gurgite phocas.
Quòd ſi hunc inſidijs poteris deprendere ſtructis,
Ille prius uinclis tamen eſt capiendus & arte,
Vt reditus doceat pelago,metasq; uiarum,
Vt tu piſcoſum repetas tua rura per æquor:
Narrabit curſus ponti,patriamq;,domumq;,
Is quoq;,ſi uiſum fuerit,quæcunq; peracta
Arce patris celſa,ſeu ſint fœlicia,ſiue
Infauſta,expediet uerè,euentusq; docebit,
Dum tu multiuaga curris per cærula claſſe,
Atq; uias longas per tot diſcrimina rerum
Corripis infœlix,patrijs diſiunctus ab oris.
Cui tum ſubijcio: O' Nereis candida fama, Menelao Idotheæ.
Fare age,& inſidias pande ô fidiſsima nympha,
Seceſſusq; ſenis,& quæ petat antra regreſſus,
Ne prius ille dolos noſcens,euadat in æquor.
Ardua res equidem mortali,uincere numen. "
Nec plura his,cum ſic fatur Nereis ab ore:

Idotheæ de patre Proteo capiendo conſilium.

Dicam equidem ô hoſpes, nec uanos eſſe precatus
Ipſa ſinam, & linguam docilem narratibus addam.
Cum medium cœli Phœbus conſcenderit axem,
Et radijs altis ſiccos accenderit æſtus,
Tum ſenior feſſus ſalſis ſe proripit undis,
Egreſſus ponto, uitans Hyperionis ignes,
Impulſo à Zephyri flatu ſub gurgite tectus,
Emerſusq; cauis recubans ſopitur in antris,
Hic armenta inter, turpesq; in margine phocas,
Quæ paruis uoluunt pedibus crudelia terga,
Egreſſas pelago, ſpirantes faucibus atris,
Immanes flatus ponti, & ſpumantis odorem
Tabificum, & lato perflantes pectore ſomnos.
Ipſa ego te ducam, roſeo cum lumine coniunx
Aurea Tithoni croceos Aurora capillos
Apparebit aquis, recubabo in margine ponti.
Delige tres ſocios, quorum fortiſſima corda,
Et ſpectata fides ratibus per ſæua pericla.
Cuncta horrenda ſenis dicam tibi, & ora ferarum.
Cum primùm ille petens exibit fluctibus antra,
Tum prius hic numerat phocas, numerumq́; recenſet:
Pòſt medius phocas inter cubat ille ſalaces,
Ceu cum paſtor oues interiacet ipſe gregales.
Hunc ubi ſopitum ſomno conſpexeris alto,
Promite tunc animi robur, tunc promite uires,
Vix defeſſa ſenem paſſi componere membra,
Corripite, & uinclo fugientem arcete tenaci,
Quanquam indignantem, uinclisq; euadere firmis
Conatum manibus, tentantemq́; omnia formis.
Tum uariæ illudent ſpecies: quæcunq; per arua

Hunc locum Virgil. in 4. Georg. tranſtulit.

Proſer-

Proſerpunt,fiet: fiet tunc ignis,& unda,
Aut acrem flammæ ſonitum dabit,atq; ita uinclis
Excidet,aut in aquas tenues dilapſus abibit.
Sed quanto ille magis formas ſe uertet in omnes,
Tanto tum magis hic arctate tenacia uincla,
Et premite inſtantem, donec uos uoce rogarit.
Tunc ô ſolue ſenem,uireſq; abſiſte moueri.
Ille tibi expediet cauſas,redituſq; docebit,
Quiq; deus Pharia te offendat læſus arena,
Quoq; redire queas piſcoſa per æquora curſu.
Sic ait, & ponti tumidis ſubmergitur undis.
Me refero ad naues,quæ ſtabant littore curuo,
Egerat æquoreas liquidus quà ponetus arnas:
Multaq; dura meo triſti cum corde uoluto,
Purpureus circà ſanguis rutilabat eunti.
Vt pontum acceßi,gremio telluris ahena
Ipſe locare,epulaſq; ſimul,cœnamq; parari
Impero,& atra caua nox hic circumuolat umbra.
Sternimur optatæ gremio telluris ad undam
Sortiti lectos,paßimq; in littore curuo
Corpora curamus,feſſos ſopor irrigat artus.
Vtq; diem roſeum reuehens aurora reluxit,
Tum rurſus mœſtus ſpacior per littora ponti,
Multa deos orans.ſociorum corpora terna
Ex omni numero legi,quìs ardua uirtus,
Et ſpectata fides fuerat certamine quondam.
Tunc uerò emergens ponto horrida terga marinis Idothea pelles phocarũ inicit Græcis, ut pro belluis numerentur a Proteo.
Quattuor,Idothea ex ſinibus direpta profundis
Phocis extulerat,quas iam nudauerat ipſa,
Inſidias ſtructura patri,poſuitq; cubile

 Aequoreum,

Aequoreum.noſq; hic ſopiuit littore ſicco,
Iniecitq; unà phocarum ingentia terga
Cuilibet,ut iacuit,uelut hic immania cete
Duramus.ſuit inſidijs res dura ferenda,
Phocarum odor. Peſtifer heu phocarum odor acriter urget ad undas,
Exhalant tetros flatus grauioris odoris
Tergora quis recubet iuxta hæc immania cete
Aequoris? illa tamen tetræ medicamina peſtis
Obtulit,incolumes ſeruans,pia gramina dando,
Naribus ambroſiæ ſuauem ſpirantis odorem,
Fœtoremq; grauem phocarum extinxerat herbis.
Nos uerò aurora, donec duplicauerat æſtus
Sol medios, cœliq; altum tranſcenderat axem,
Fortiter hic duris ſtrati toleramus arenis.
Tunc armenta maris,turpesq; è gurgite phocæ
Cœtum uenerunt,recubantq; in littore ponti.
Emergensq; ſenex alto ſtillante liquore
Per barbam atq; genas tumidas, crinemq; madentem,
Inuentasq; adijt phocas,numerumq; recenſet.
Noſq; adeò primos inter pinguentia cete
Annumerat,nihil ille dolos fraudesq; timebat.
Vix bene iam tumida corpus librarat arena,
Carpturus ſomnos: ruimus clamore minaces,
Inijcimusq; manus fortes, manicisq; iacentem
Stringimus.ille ſuæ contrà non immemor artis,
Proteus comprehenſus in uarias ſe formas uertit. Omnia transformat ſeſe in miracula rerum.
Fitq; leo primùm generoſus corpore fuluo,
Squamoſusq; draco,maculoſaq; pardalis urgens.
Fitq; dehinc ſubitò ſus horridus,atraq; tigris.
Fitq; comis arbor ſublimis in aera ſurgens,
Humidaq;

Humidaq́; unda fluens. nos inde tenacia uincla
Fortes urgemus. ſed quanquam callidus ille,
Hic ubi nulla fugam reperit fallacia, uictus
In ſeſe redit, atq; hominis tandem ore loquutus:
Nam quis te Atrei confidentiſsime nate, Proteus Menelao.
Iuſsit adire domos noſtras, docuitq́; deorum
Conſilia & mentem, Proteiq́; oracula noſſe?
Vt me ſæue dolis caperes, atq; arte coactum
Eliceres? quis te tam triſtis caſus adegit?
Quid'ue doles adeò, quid'ue hinc petis? inquit. at ipſe:
Scis Proteu, ſcis ipſe, neq; eſt te fallere cuiquam. Menel. Proteo.
Sed tu deſine uelle, quid auerſaris & inſtas?
Scis ut detinear, quà ſe inſula curuat arenis,
Nec reperire uias poſſum, metasq́; laborum:
Aſt intus pectus curis tabeſcit amaris.
Venimus huc miſeris quæſitum oracula rebus:
Eia age fare precor: norunt namq; omnia diui.
Quod ligat hic numen, ſiue oris detinet iſtis,
Quis'ue deus reditus prohibet, curſusq́; per undas
Piſcoſas pelagi? fatis ſic ora reſoluit:
Non te nullius exercent numinis iræ: Proteus Menelao.
Debes ſacra Ioui, debes quoq; uota deorum
Soluere. dehinc naues deducas littore toto,
Vt patrias remees oras per cærula uectus.
Nam non antè datur ciues uidiſſe relictos,
Atq; domos celſas, patriamq́; attingere terram,
Prædulcesq́; lares, quàm retro flumina Nili
A' Ioue manantis intres, undasq́; requiras
Nobilis Aegypti, & taurorum ſanguine centum
Cœlicolis ſoluas tellure litamina ſacra.

Tunc iter & curſus concedent numina ponto.
Sic ait, exuiturq; animus ſub pectore languens.
Effractusq; dolet, dum retro ad flumina Nili,
Fœtiferamq; *iubet feſsis intrare carinis*
Aegyptum rurſus, & longos per freta curſus
Tendere claſſe retro. cui ſic reſponſa loquutus

Menelaus Proteo.

Incipio: Tua iuſſa ſenex uenerate capeſſam:
Tu modò uoce refer ſacra, precibusq; mouere,
An Pelopea *phalanx intrauerit hoſtia uelis*
Incolumis plenis, an ſoſpite claſſe Pelaſgi
Attigerint oras patrias. quos Neſtor *& ipſe,*
Troia *ſoluentes,* Phrygioq; *à littore puppes*
Liquimus: an'ne aliquis ſubmerſus naue ſub altis
Oppetijt miſerandus aquis? an & inter amicos
Amplexusq; tenens nuptæ pallentis ad umbras
Atq; Erebi *manes penetrauit funere raptus,*
Poſt bellum Troiæ, *poſt* Pergama *capta per arma?*

Proteus Menelao.

Ne ſcrutare, inquit, nec te mea pectora noſſe,
Fatidicasq; decet ſortes, animumq; deorum.
Quid petis heu luctus? neq; enim lætabere longum,
Cum bibula ſortem ſociorum audiueris aure.
Heu multi ex illis extincti funere ſæuo
Interiere uiri Argolici, *multiq; relicti.*
In reditu ſaltem bini oppetiere carinis.
Aſt bello præſens Troiæ, *pugnaq; fuiſti,*
Quondam bellator rapta pro coniuge fortis.

Aiax & Agamemnon ſoli ex ducibus in reditu extincti.

Vnus & undoſo retinetur in æquore Nerei.
Aiax extinctus iacet ingens, gurgite merſus
Remiuagis ratibus, quem mitis rector aquarum
Vaſtis appulerat ſaxis Gyrea *petentem*

Claſſe

Claſſe iuga, & rupes, Aegeaq́; ſaxa carinis:
Seruaratq́; undis fugientem fata per æquor,
Armiſonæ quamuis infenſum crimine diuæ.
Cum nimis in diuos accenſus proijcit iras,
Atq; ſuperbificis ferijt latratibus auras.
Vel dis inuitis (clamabat) cærula uerram,
Fluctiuagisq́; undis fugiam per marmora ſoſpes.
Ingemuit dictis media Neptunus in unda,
Vt tetigere aures, & tela ultricia poſcit. Aiacis Oilei interitus.
Atq; manu ualida rapuit crudelè tridentem,
Impulit in montem, ſcopulisq́; affixit acutis
Gyreæ rupis, dicentem talia regem.
Tum mouit ſaxum, partesq́; diremit in ambas:
Altera pars hæret rupis, pars altera lapſa
Corruit in pelagus, reſidens qua natus Oilei
Hærebat, ſecumq́; tulit ſub cærula merſus,
Aequoreosq́; ſinus, terra igni & gurgite uictus,
Quem fluctus ponti uaſti rapuere procellis.
Sic iacet extinctus, poſtquam intra pectora ſalſas
Vndas corripuit. Sed frater ſoſpes amaras
Euaſit pelagi lymphas, & claſſe per æquor
Incolumis fugit: Iuno ſeruauit ab undis.
Iam Maleæ montem, atq; excelſa cacumina ponto
Porrecta attigerat curſu: cum mota procella
Conſurgens, undis rapuit per cærula uectum,
Impulſasq́; rates egit ſub littora curua,
Extremosq́; agros, coluit quos antè Thyeſtes:
Tum uerò Aegiſthus tenuit, prǽcultaq́; rura
Bubus arabat opum diues iurata Thyeſtæ
In gladios fratris proles. Agamemnona uentis

Dij uexere domum faciles. deſcendit in oras
Natales hilaris, gratæ dans oſcula terræ:
Vos tandem teneo, ſaluete ô dulcia regna,
Sceptráq́;: clamabat, lacrymasq́; per ora fluentes
Lætitia ſtillans crebras, guttisq́; rigabat,
Gaudia teſtatus patrias dum cerneret oras.
Agamemnonis interitus. Viderat hunc ſubitò ſpecula explorator ab alta
Fraude ferox, hunc Aegiſthus mercede locarat
Turri ſublimi, promittens bina talenta
Ponderis auriferi: totum uigilarat in annum,
Obſeruans ſpecula, ne qua rex parte lateret
Aduectus pelago nauis uictricibus armis,
Vt rueret memor in uires & ſtrenuus arma.
Ergo hunc ut uidit, celerans ad regia tecta,
Voce Thyeſtæo ſpeculator nuncia defert
Aegiſtho. Aegiſthus meditatus funera fraude
Bis denos legit arce uiros, populoq́; potentes,
Præſtantesq́; armis, ualidis & uiribus acres,
Inſidiasq́; locat: aliaq́; in parte parari
Imperat ipſe dapes regales, regia luxu
Intus ſplendet. atrox Agamemnona uoce uocauit
Heu uictorem Aſiæ, populisq́; per Hellados oras
Dantem iura pijs, & terris ſceptra tenentem.
Hunc hilaris patrijs orat ſuccedere muris,
Dignariq́; domos. nec iam patruelia tecta
Aſpernatus init: gaudent matresq́;, nurusq́;.
Namq; induxit equis multis, & curribus altis,
Accedūtq́; utrinq; pio uexilla tumultu.
Heu crudele nefas meditans Aegiſthus in arce,
Heu nihil interitus, nihil ab fatale timentem,
Deductum

Deductum patrijs tectis occidit inermem.
Heu crudele, dapes atq; inter pocula Bacchi
Traiecit ſubitò lætantia corpora ferro.
Ac ueluti cum quis celſa ad præſepia taurum,
Siue bouem mactat. Nec quiſquam cæde ſuperſtes
Atridæ comitum fuerat, quicunq; ſequuti
Ad Troiam, Phrygiæ uerterunt mœnia terræ.
Nec quiſquam Aegiſthi, ſocijs in funera denſa
Vulneribus cecidere ſuis ſub marte propinquo,
Alter in alterius mactati ſanguine tectis.
Sic ait: Heu fractum mihi pectus luctibus horret,
Ac bibula flebam proſtratus mœſtus arena.
Heu lacrymor, guttisq; humecto grandibus ora.
Hei mihi, ſolis equos tædet, lucemq; tueri,
Ac uitam ulterius tanta deducere clade.
Vtq; ſatis fleui, lacrymantiaq; ora fatigans
Lapſus humi, luctu dudum ſatiatus acerbo,
Sic me lugentem uerbis ſolatur amicis:
Deſine flere tuos, lacrymasq; abſiſte mouere, Proteus Menelaum ſolatur.
Et ſiccare oculos planctu. nec flere uoluptas
Vtilis, & luctus ſua fert incommoda ſecum: ""
Mœſtis utilitas lacrymis non prouenit ulla. ""
Sed prius Atride ſumas conamina fortis,
Vt citius remees patrios delatus in agros.
Aut uiuum inuenies, aut armis ultor Oreſtes
Præueniens letho dabit, atq; inſanus adulter
Morte iacebit iners, uetito deceptus amore,
Illius exequijs occurres funere buſti.
Sic ait: atq; animus rurſus ſperare ſalutem
Orſus, lætitiæ ſubitis effloruit ortæ

Motibus,

Motibus, & tanto cedunt hortamine luctus.
Incipio ſuper his: Quoniam hæc mihi funera nota,
Hosq; duces per te noui, qui tertius undis
Aequoreis captus procul hinc teneatur, an auris
Veſcatur ſuperis, an & hic crudelibus umbris
Occubet, enarra. quid enim perijſſe precatus
Te iuuat hic noſtros? quanquàm mœſtißima corda
Torqueo præ luctu, tamen hunc audire iuuabit,
Seu ſuperis oris uiuat, ſeu mortuus Orco
Traditus, ad Stygias Ditis deſcenderit undas.

Proteus de Vlyſſe.

Natus (ait) Laerte, Ithacæq; habitator arenæ,
Qui pia tecta olim coluit, qua Neia ſedes,
Neritiæq; domus, nunc flent ceu gurgite merſum,
Inſula in æquorea lacrymantem uidimus ipſi,
Implentemq; ſinus fletu ſub ſede Calypſus,
Vmbroſoq; antro nymphes, & littora iuxta.
Detinet inuitum ſpecubus præclara uirago,
Nec datur in patrias oras remeare carina.
Non illi naues, ſocijq;, & remige uela
Quæ ducant illum ſpacioſa per æquora ponti.
Nunc ad te, & tua magna lubens ad fata reuertor.
Non te fata ſinunt, Menelae ô maxime regum,
À Ioue progenies, proauito occumbere letho,
Atq; Argis obijſſe diem, generator equorum
Hic ubi ager pinguis floretq; ex ubere glebæ.
Te Elyſios diui campos intrare iubebunt,

Campus Elyſius.

Elyſiasq; domos: uirides mittêre per oras,
Hic ubi terrarum liquidis eſt terminus undis,
Hic ubi flaue comas iudex Rhadamanthe gubernas.
Hicq; locos lætos cernes, & amœna uireta,

Fortuna-

Fortunatorum nemorum,ſedesq; beatas:
Hicq; ferax agris per ſe fert omnia tellus,
Sponte gerunt homini fruges uiridantia rura:
Hic faciles uictus,arbor prædiues opacis
Læta comis,fuluis ſemper ditabere pomis.
Hicq; niues nunquam, pluuiæq; hyemesq; rigentes.
Hic ſemper Zephyri molles,& leniter auræ
Spirant,oceano miſſæ: recreantur ab illis
Corpora,tacta leui afflatu, & florentia nutrit
Membra homini: meliorq; hic Eurus et æther inerrat,
Largior & campos hic aer lumine ueſtit
Purpureo ſolemq; ſuum,ſua ſidera norunt.
A miſſum ne crede diem: ſunt altera cœlo
Sidera,ſunt orbes alij,lumenq; uidebis
Purius,Elyſiosq; magis mirabere campos,
Cultoresq; pios· illic precioſior ætas,
Aurea progenies habitat,ſemperq; tenebis
Quod ſuperi meruere ſemel.nec mollia deſunt
Prata tibi,Zephyris illic melioribus halant
Perpetui flores,quos nec tua protulit ætas:
Nempe quòd es coniunx Helenæ,Iouis & gener alti.
Hæc Proteus,& ſe iactu dedit æquor in altum: Proteus diſparet.
Quaq; dedit ſpumantem undam ſub uertice torſit.
Tunc uerò ad naues tendo,ſociosq; requiro.
Multa mihi rubuit uarians hic pectus eunti.
Venimus in littus,cœnam naualia iuxta
Herbis conſtruimus.nigris nox aduenit alis,
Ambroſios ſuccos ſpargens,ſomniq; liquores.
Sopitiq; graues laxamus membra quiete.
Vtq; aurora iubar roſeum tulit aurea curru,

Pandimus

Pandimus antennas,& malum figimus altum,
Carbaſaq́; extendunt auræ diſtracta rudente.
Conſcendunt ſocij naues, tranſtriſq́; ſedebant,
Canaq́; ſpumarum remis hic cærula uerrunt.
Et feriunt tonſis undas,pelagoq́; uolabant.
Aegypto allapſus,celeres in flumine puppes
A' Ioue mananti ſtatui,& tum ſanguine centum
Taurorum pia uota Ioui ſolennis honoris
Perſolui.utq́; ira eſt ſacris placata deorum,
Aggeritur tumulus,tumuloq́; ſacramus honores
Sepulchrum Agamemnonis in Aegypto.
Atridæ fratris decorantes funera buſtis,
Vt foret æterno monumento gloria fama.
His ita perfectis,Phario de littore claſſem
Soluimus,ac uentos miſere à puppe ſequentes
Dij faciles ponti,qui me uexere citati
In patrias oras,Eurotæ ad flumina nota.
At tu Telemache hic maneas meus hoſpes in arce,
Donec bis ſenas reparauerit aurea luces,
Vndenas'ue polo ueniens aurora quadrigis.
Tum te dimittam lætum,nitidiſſima dona
Alipedes ternos,currumq́; Elea ſequentem
Feſta Iouis magni,nec non & pocula grata
Adijciam.ex illis fundas libamina diuis,
Sisq́; memor noſtri ſemper,dum uertitur orbis,
Et rota Titanis radios tibi uexerit altos.
Telemachus Menelao.
Talibus hinc dictis it contrà natus Vlyſſis:
Ne me detineas,precor,ô nunc optime regum.
En tecum poſſem totum remanere per annum,
Vt me nulla quidem tangat dulcedo parentum,
Non deſiderium patriæ,non tactus amore

Prædulcis

Prædulcis terræ. magna eſt audire uoluptas,
Quæ pius ore refers. nulla eſt narratibus hora
Longa ſatis noctem & lucem ſermone trahenti.
Sed ſocij affligunt miſero mihi pectora curuo
Littore deſerti, Pylijſq; morantur arenis.
Dum tu me nimium retines, & cogis in arce
Tecum uerſari. Iamq; & tua munera magnas
Inter opes ducam, & donum uenerabile regis
Quodcunq; adijcies. Sed equos rabida ora frementes
Nunquam Ithacam ducam, uerùm oblectamina regum
Alipedes celeres, qui paſcunt lumina regum,
Et procerum mentes, precioſo corpore celſi,
Hic tibi, fama ducum rex ô præclare, relinquam.
Nam tibi conueniunt potius, qui rura, nemuſq;,
Et campos latè uirides, atq; ubere læto
Ceſpitis, imperio poſſeſſaq; prata gubernas,
Hic ubi frondeſcit uiridantis copia loti,
Atq; frequens creſcit per florida rura cyperum,
Triticeæ meſſes agris, robuſtaq; farra,
Ordeaq; in ſpicas ſurgunt, curuantur ariſtæ,
Ac latè ſerpunt, premit ingens copia campos,
Et ſtipulæ albeſcunt ſegetis per culta beata,
Ac zeæ augentur, paſſim frumenta uireſcunt,
Magna Therapnæos uenit & tritura per agros.
At non eſt Ithace ſpacioſis curſibus apta, Ithaca non apta equis alendis, ſed capris.
Non uirides nemorum campi, nec prata pateſcunt
Floribus. At melior capras per ſaxa ſalaces
Paſcere: at alipedes longè execratur, & aruis
Denegat æripedum uictus, herbaſq; uirentes,
Paſtoreſq; procul celerum auerſatur equorum.

Inſula

Inſula nulla maris fertur nutrire frementes
Vtilis alipedes,nec pratis uernat amœnis,
Diſtendit'ue iugum campis,quancunq; natantes
Aequoris includunt undæ.magis omnibus una
Eſt Ithace pauper ruris,nec paſcua larga
Præbet equis.Riſit blandè Menelaus Atrides,
Incipit effari,dextramq́; amplexus inhæſit:
Sanguinis egregij ſtirps,ô genus inclyte celſum
Telemache,hæc noſtri dona uſq; adeo'ne recuſas?
Eſt facile,atq; auro poſſum mutare coruſco
Alipedes: quicunq; latent penetralibus arcis
Theſauri ueteres,& auita potentia tectis,
Vaſaq́; clara auro,tibi ego hæc pulcherrima dona
Lecta dabo,& longè precium ſuperantia regum,
Xenia dantur Telemacho a Menelao.
Craterem magnum ſolido argento,ultima labra
Auro ſplendeſcunt,opus admirabile ſacri
Mulciberis,mihi quem dedit olim candidus heros,
Sidonios inter populos regnator,ut illuc
Me uarijs oris remeantem excepit in urbe:
Sceptrigeri regis longinqui hoc munus habebis,
Cratera impreſſum ſignis.Sermone trahebant
Colloquia inter ſe longo in palatia tandem
Contendunt greſſus Menelai regis Atridæ,
Ad celebres epulas pecus hic iugulatur in arce,
Et mactantur oues. portant & uina Lyæi
Allatura uiris,roburq́;,& fortia corda,
Atq; animum & uires: panes ceneremq́; caniſtris
Expediunt nuptæ,properantes cyclade greſſus,
Ornatæ uittis flauentia tempora circum.
Iamq́; & Telemachus,iamq́; & Menelaus Atrides,

Nec non Oebalidæ per limina læta frequentes
Conueniunt, ſtratoq; ſuper diſcumbitur oſtro:
Sic illi Oebalijs celebrant conuiuia tectis.
Deinde proci interea certabant ludere diſco. Procorum ſtudia, Telemacho abſente.
Contenduntq; unà iaculis, leuibusq; ſagittis.
Area lata fuit prope celſa palatia regis
Dulichij, arboribus circum præbentibus umbras
Extructa. hic riui, ſculptoq; ſedilia ſaxo,
Et uiridis campus pulchrè creſcentibus herbis.
Huncq; diu luxu turpi uiolenta procorum, &
Turba ferox iuuenum nimis, Icariotis amore,
Fœdarat: quo gaudentes, certamina mixta
Nunc exercebant. quos inter laude nitentes
Præſtabant alijs longè uirtutibus acres,
Antinous celſus, & dijs contendere forma Antinous & Eurymachus procorum principes.
Eurymachus dignus, turpatus gymnade uultus,
Arce duces fuerant turbæ, iuuenumq; procorum.
Huc ueniens Phronio quondam genitore Noëmon
Editus, Antinoum ſic eſt affatus arena: Noemon Antinoo.
Ecquid Telemachum ſcimus, quo tempore rurſus
Sit rediturus aquis, Pylia delatus ab urbe,
Hic ubi Neleis exultat littus arenis?
Namq; meam nauim diſcedens abſtulit ille,
Qua petiturus eram iam nunc Eleïa celſa
Mœnia, quæ latos agros & rura feracis
Bubus arant iunctis, fœliciaq; Elidis arua
Falce colunt. Illuc tranſmittere uela per æquor
Decreui. Hîc paſcuntur equæ per pinguia culta
Bis ſenæ, & muli: quorum non facta fuere
Colla iugo. ex illis aliquem perducere naui

Conſtitui,utq; iugo curruq; & fune dometur,
Neia qui molli melius ferat eſſeda collo.
Obſtupuere proci. neque enim Neleia rura
Neleiamq; Pylon curſum tenuiſſe per æquor,
Atq; abijſſe rati puppi: uerùm inter agreſtes
Forſitan eſſe operas ruri,ſiue eſſe ſubulco
Ad ſtabulum adiunctum pecora inter inertia campis.
Tunc ſic Antinous, genitore Eupethe creatus,
Antinous Noemoni. Inquit: Io ciues,refer hæc mihi uera roganti.
Quando abijt pelago uectus,lecti'ne ſequuti
Ex Ithaca comites,famuliq; in tranſtra relati,
Municipesq; urbis,quis fretus in æquora traxit
Puppim,& opus tantum ſubijſſe ferocior ira
Suſtinuit.dic,an ui ſæuus dempſerit illam:
An'ne lubens illi dederis,cum uoce popoſcit?
Quæ contrà breuiter Phronio genitore Noemon
Noemon Antinoo. Natus,ſic fatur: Nauim quæ littore ſtabat,
Sponte dedi regi,nec quiſquam tale negaret
Officium regi.feci,quod quiſq; petenti
Feciſſet,cum talis opem depoſceret heros,
Aut meritum exigeret,cum curas uoluit amaras
›› Pectore.difficile eſt,placida cum uoce roganti
›› Officium abnuere,atq; orata negare dolenti.
Quicunq; in populo clari uirtutibus altis
Exuperant,illum comitantur puppe per undas.
Ipſe ducem uidi ſcandentem Mentora nauim,
Siue deum potius, nec uana fefellit imago.
Omnia namq; illi ſimilis,uocemq; coloremq;
Et corpus,membriſq; decus,cultumq; decorem
Viſus erat. Verùm hoc ſocij demiror,in urbe

Ipſe

Ipſe ſub auroram uidi heri Mentora diuum.
Tum tamen ille Pylum ad Neleïa Neſtoris arua
Ceſſerat, abductus naui. ſic fatus, abiuit
Ad pia tecta patris progreſſus, Vlyßis ab arce.
Antinoo Eurymachus mirantur dicta, prociq;
A' ludo ſubitò & mißis ceſſare ſagittis. Proci a ludo ceſſant.
Conuenere ſimul, quà longior area floret.
His prior Antinous motus, ui deniq; multa
Ardentes oculos intorſit lumine flammæ,
Turbatam mentem, uireſq; incendit acerbas.
Irarum motu repletur turbidus acri,
Flammantiq; oculos ſimilis ſe concitat igni,
Et grauiter frendens ira ſic ora reſoluit:
Proh dolor, uſq; adeò facinus crudele, ſuperbum, Antinous Telemachi diſceſſu miratur.
Hoc auſum, puerum tentaſſe per æquora rapta
Naue uias longas? inuitis omnibus arce
Electis populo ſocijs, quis pectora marte
Fortia, uimq; prior ne ferox inferre parabit?
At ſi fortè ferus feret hanc cum crimine cladem,
O' utinam uires prius illi Iuppiter altus
Infringat, referatq; audax hoc omen in ipſum,
Quàm nobis clades ulla hac contingat in aula.
Sed mihi uos nauim celerem, ſocioſq; feroces
Bis denos date iam, ſi quid confiditis uni,
Vt uadam inſidias illi poſiturus in undis, Antinoi conſilium de occidendo per inſidias Telemacho.
Excipiamq; illum inter freta concita fluctu,
Quà ſcopuloſa Samos, quà Neritos ardua ſaxis,
Atq; ſinus Ithacæ claudunt, anguſtaq; cingunt
Aequora. ferte citi comites: ſaxo omnis Vlyßis
Et domus, & regnum, & proauita potentia regni

Exciderint, lentetq; citam diſcrimine nauim
Turpis Telemachus. Dicenti talia, cuncti
Aſſenſi ſtudijs, lethumq; inferre iubebant.
Surgenteſq; ſimul per limina celſa frequentes
Neritij ſubeunt arcem. nec Penelopea
Iam longum fati fuit hic ignara, feriq;
Conſilij in charam ſobolem, quod dira procorum
Telemacho heroi meditatur turba: nefandas
Ipſe Medon fraudes, ſeſe extra limina greſſu
Aulæ clam referens, bibula perceperat aure,
Quas intus ſæua crudeles arte ſtruebant.
Ergo means uelox intrauerat atria regum,
Nuncia laturus reginæ triſtia fama.
Iam nitidæ greſſu ſubeuntem limina ſedis
Penelope Medonti de procorum libidine conqueritur. Penelope affatur: Cur te fidiſſime præco
Turba procûm miſit, uenturis debita fatis?
An iubeas nymphis intus ceſſare labore,
Atq; illis cœnam luxu reparare profuſo?
Ò utinam thalami noſtri tædæq; iugalis
Pertæſi, nunquam rurſus per limina noſtra
Conueniant, precor ô noſtra non amplius arce
Verſentur diri iuuenes, epulaſq; ſupremas
Sanguineæ cœnæ reparent, qui ſemper Vlyſsis
Hic fruges & opes regis laceratis in aula.
Ecquid uos etiam quondam puerilibus annis
Audiſtis memorare patres, heu qualis Vlyſſes
In ueſtros fuerit, placido quàm corde, parentes.
Quàm nunquàm populo factis dictis'ue ſuperbus,
Iniuſtus'ue olim fuerit: cum regibus ille
Regum mos. Sit mos ſceptriferis, alios odiſſe feroci

Pectore,

Pectore,uerùm alios magno reuerenter amore
Amplecti.Ille pius nunquam ſæuiuerat ulli,
Vel ſi quando aliquis fuerat petulantior æquo.
At uos immemores geritis crudelia corda,
Factaq; Neritiam ſunt ueſtra infanda per arcem.
Nulla fides rebus,non ulla eſt gratia factis.
Cui præco fatur ſapiens,haud mollia dictu:
Magna equidem hæc clades,atq; arcis triſtia damna:
Verùm aliud maius miſeræ multoq; tremendum
Obijcitur magis,atq; improuida pectora turbat.
Heu crudele nefas illi meditantur in aula,
Quod deus auertat,referatq; hoc omen in ipſos:
Heu iam Telemachum rediturum naue per undas,
Iam mactare parant,ſubitoq; Acherontis ad undas
Mittere conantur ferro: nam naue petiuit
Vectus arenoſam Pylon, & Lacedæmona puppi.
Dixerat,ac ſubitò reſonant ululatibus ædes
Fœmineis,uerſusq; dolor dat terga timori.
Corruit heu regina metu,excipienda puellis.
Genua labant miſeræ, & ſobolem iam pectus amantis
Frigidius glacie ſoluit præcordia mœſta.
Obſtupuit languore diu,& uox faucibus hæſit:
Implenturq; oculi, lacrymis & lumina fletu
Huic maduere alio,& longo pòſt tempore fatur:
Hei mihi,cur natus ſalſis diſceßit in undis?
Quid'ue adeò puppes hunc conſcendiſſe neceſſe eſt?
Quid'ue agitaſſe rates,quæ ſunt ſuper æquore nautis
Alipedes celeres,atq; humida cærula tranant?
Hei mihi,quid puerum iuuat indulgere furori?
Ecquid ut extinctum iaceat poſt funera nomen

Medon Penelopæ & Telemachũ abnauigaſſe, & inſidias ei a procis tendi, nunciat.

Reginæ querela.

Illius,atq; inter mortales fama relinquat
Et genus & laudes,pereatq; in funere merſus
Vnus auûm ſanguis.cui talia præco loquutus
Voce Medon,cernens inconſolabile uulnus
Medon reginæ. Reginæ,effatur: Non te regina docere
Ipſe queo,ſiue ille deo eſt,ſeu ſponte citatus.
Impetus ire fuit Pylon,& Lacedæmona celſam,
Scitatum aut reditus,aut quo ſit deniq; fato,
An tumido pelago,an pugnis extinctus Vlyſſes.
Sic ait,& liquit palatia triſtia nuptæ.
At regina grauis ſtetit acri fixa dolore,
Quam curæ & triſtes mordebant pectora luctus;
Non illa in ſellis,non illa ſedere ſedili,
Quamuis innumeræ ſedesq; thoriq; nitebant,
Circa tecta tamen triſtis proiecta ſedebat
Triſtis humi,luctu thalamo proſtrata coruſco,
Ore pauimentum calcat.proiectaq; marmor
Ipſa premens,misereq; ſimul lamenta per arcem
Edebat,lacrymans inconſolabilè mater.
Plangebantq; unà famulæ,fletusq; ciebant,
Quæ uiridanti æuo rutilabant ora puellæ,
Quæq; annis priſcæ fuerant,ululatibus ædes
Reſpondent pariter,plorantiaq; agmina ducunt.
His regina malis lacrymas inſana reſorbens,
Vbertimq; madens condenſis fletibus ora,
Penelope uirginibus ſuis. Vociferansq; inquit: Nunc hæc audite puellæ,
O dulces ſociæ,comitesq;,ad noſtra ſequutæ
Lamenta,ante alias olim natalibus iiſdem
In lucem fuſæ,& nutritæ æqualibus annis
Oebaliæ mecum: diros tribuere dolores,

Et mala damna mihi,non mitia fata dederunt,
Cœlicolæq; dei. Nam primùm infauſta maritum
Amiſi,cuius pectuſq; animuſq; leonis
In bello fuerat.uarijs uirtutibus ille — Vlyſsis laus.
Ornatus nituit,Danais facundior ore,
Per mediumq; Argos,perq; Hellada gloria floret
Illius,& pennis contendit in æthera fama.
Præterea heu natum crudeli extinguere ferro
Conantur proceres: nimirum inglorius armis,
Extra aulam eiectus iaceat,ſine honore peremptus.
Me miſerum,cur non decuit me noſcere nati
Diſceſſus? neq; enim ſaltem nato oſcula fixi,
Non lacrymas fudi,nec cum diſcederet ille
Percepi infœlix.cur me non,impia turba,
O dirae famulæ,iam tum monuiſtis,& alto
Lecto exegiſtis? cur non fœlicia ſomno
Tempora ceßiſtis?cum uos ſciretis amaræ,
Heu puerum curua fugiturum naue per æquor.
O ſi per liquidas noſſem tum currere lymphas,
Atq; uias pelagi ſtatuiſſe,inſana tenendo
Egiſſem,ut patria iam firmior arce maneret,
Quanquam remigio iunctum,atq; innare parantem
Cæruleis undis: aut me tum funere raptam
Liquiſſet ſæuus domibus,uitamq; peroſam.
Aſt aliquis properet,Dalium mihi ſiſtat ab agro — Dalium ſeruum acceſſi iubet.
Digreſſum ſeruum,mihi quem dedit ipſe petenti
Huc Ithacas quondam ſedes pater inclytus.ille
Iam uirides hortos colit,& pia cura per arua
Inſerit arboribus plantas, arbuſtaq; nutrit,
Laerti ut referat crudelia funera nati:

Si quod conſilium capiat, medicamina præbens:
Egreſſus populum renouet lamenta per omnem,
Vt luctu inſiſtat, plangentiaq; agmina ducat,
Nec ſit magnanimo pietas ignaua parenti:
Vtq; proci natum iam letho herois Vlyßis
Deijcere, atq; ſuum genus hic extinguere ferro
Conentur, referat: ſic mœſtum ipſumq;, domumq;
Impleat hic lacrymis. Contrà Euryclea loquuta,
Solatur luctus: Animo gratißima noſtro,
Euryclea nutrix, reginæ. *O regina decus noſtrum, ſeu cæde pararis*
Me premere hic, ſeu me proauita hac arce relinquas,
Eloquar, & tectas nil te celabo querelas.
Omne equidem noram. quin ipſa inuita iubenti
Fruges atq; merum dederam, iurata ſub auras
Me non ante dies bis ſenos illa referre
Auſuram, pepigi: aut, quàm tu fugiſſe per undas
Audieris, magnoq; furens ploraris amore:
Ne tu lamentis, & candida membra querelis
Ipſa teras: non ora loco, non pectora reſtent:
Rapta cutis, tenera oſſa labent, nexuſq; per artus.
Sed tepidas ingreſſa undas regina lauare,
Tum nitidas ueſtes inducere pura per artus.
Et comitata tuis cœnacula ſumma puellis
Aſcende, atq; preces & concipe uota Mineruæ,
Conſultatio. *Quæ Ioue nata fuit, qui quaſſat ab Aegide fulmen:*
Hæc dux incolumem natum tibi puppe reducet.
Ne regina ſenem precor, ah ne afflige Laertem,
Heu nimis afflictum, quem iam exedêre dolores.
Haud Arceſiadæ genus altum odiſſe beatos
Sic immortales reor, aut delere peroſos

Progeniem

Progeniem tantam penitus, ne ſemina quondam,
Ne unus auum ſanguis ſuperet, qui ſedis auitæ
Suſtineat decora, atq; excelſa regnet in arce,
Poßideatq́; procul uiridantia rura, nemusq́;,
Florigerosq́; agros, & pinguia culta per arua.
Dixerat, & luctu reginam auertit amentem,
Et ſiſtit fletus, lacrymantiaq́; ora quietem
Cepere: ingreditur gemmantia balnea ſaxis,
Lotaq́;, purgatas indutaq́; corpora ueſtes,
Aſcendit cameras & culta gynæcia nymphis
Munita Oebalijs, circum ſalſasq́; caniſtro
Fuderat ipſa molas, precibusq́; litamina miſcet.
Audi hæc diua precor, noſtro ſuccurre labori, Penelope Pallada precatur.
Tu dea, tu præſens numen, Tritonia Pallas,
Sancta dei proles, decus ô defende penatum,
Si qua tuis unquam ſapiens celebrauit in aris
Sacra Ithacus, cæſumq́; bouem, cæſamq́; bidentem,
Obtulit, & rutilis exußit uiſcera flammis.
Quorum diua memor fer opem, natumq́; tuere,
Atq; auerte procos crudeli cæde ſuperbos,
Ne proles moriens ſingultibus ilia pulſet
Strata procis letho. dicens ululatibus ædes
Repleuit lacrymans, Pallasq́; exaudijt illam.
Arce proci umbroſa frendunt, magnoq́; tumultu
Diſcurrere ſimul, ſedes uaga murmura replent.
Inde manus aliquis ſublatus ad æthera tollens
Rettulit, ex Ithaca magnorum gente procorum,
Quorum ingens fuerat ſine more ſuperbia tectis:
Nimirum tædas reparat regina Hymenæi, Procorum ſuſpicio.
Iamq́; faces ardent, quam tot petiere procorum.

Namq; ignara quidem cædis, quæ funera nato
Adferret. hæc aliquis narrat: ſed neſcia fati
Mens mortalis erat. cui talia rettulit acris
Antinous, Graio genitore Eupethe creatus:
Antinous au tor conſilii de necando Telemacho.
O' miſeri ciues, uoces uitate ſuperbas,
Sed taciti pariter præſtate ſilentia linguis,
Ne quis fœmineas intus malè nuncius ædes
Repleat, aſt tacitè magnis de rebus habentes
Conſilium ſubitò, cuius iam dicta probaſtis,
Perficiamus, ait, cuncti: uos ſurgere paßim
Iam moneo fidus. dicens, elegit ad arma
Præſtantes iuuenes bis denos acris, & altam
Conſcendere ratem, & condenſi littora replent.
In pelagus primò nauim traxere profundum,
Pandunt uela rati, maluſq; affigitur altus,
Antennas proram, malum tonſaſq; madentes
Loris aſtringunt, & candida carbaſa uentis
Extendunt nautæ, & ratis armamenta Pelaſgæ,
Et reliqua huc ſocij properant ferre arma carinæ.
Atq; altè in portum nauem duxere ſub undas
Spumantes auſtro, cœnamq; in puppe pararunt,
Hic expectantes ueniat dum ueſper Olympo.
Penelope interea iamdudum ſaucia curis
Mœſta iacet thalamis, non eſcas attigit ullas,
Non dulcem potum, non pocula grata Lyæi.
Angitur ad uentos, perituriſq; inuidet armis,
Multa animo uerſans, lacrymaſq; inſana reſorbet.
Seu ſperet natum fugiturum dira procorum
Arma, necemq; atram: metuat ſeu morte domandum
Infœlicem illum, quam turba ſuperba procorum

Intenta=

Intentabat ei pelago. Ceu pectore fortis
Sollicitis circum ſe uoluens undiq; curis
Cinctus uenantum cœtu leo, dura fatigans
Arma, pauetq; globos, quando in denſiſſima greſſu
Truditur inſidijs clauſus uenabula turmæ.
Sic illi afflictæ dulcis ſopor irrigat artus,
Iamq; recumbentis declinat lumina ſomnus,
Atq; intrante deo ſoluuntur frigore membra.
Cum Pallas aliud ſubitò commenta, per auras
Demiſſa eſt celeres, formam mentita ſororis,
Iphthimæ nymphæ, quam quondam fortis in armis
Icarius genuit, nuptamq; Eumelus habebat:
Nobilis ille Pheris ædes habitabat amœnas,
Iphthimenq; ſuam ad ſedes demiſit Vlyſſis,
Vt tum Penelopen arceret luctibus atris,
Siſteret & fletus, lacrymasq; per ora ſororis
Manantes nimium. ſic eſt ingreſſa cubile,
Et thalamos clauſos penetrat, clauſtrumq;, ſerasq;,
Sic effata ſuper fulgens caput aſtitit illi:
Penelope, potes hoc ſub caſu ducere ſomnos?
Heu nimis excrucians tam mollia corda dolore.
Haud equidem longum fœlicia numina luctu;
Teq; ſinent fletu tenuari corpora celſa,
Atq; ululare domo, mœſtosq; effundere fletus,
Triſtitiaq; teri. reditura eſt ſoſpes ab undis
Chara tibi proles: neq; enim eſt odioſa deorum
Turbæ, nec potuit tantum committere culpæ.
Tum ſic Penelope reſequuta eſt Pallada dictis,
Nam ſuaue in portis ſomni requieuerat altis,
Preſſa ſopore dei, mœſtasq; expromere uoces

Minerua ſub Iphthimæ perſona Penelopen ſolatur in ſomnis.

Viſa:

Penelope Palladi.

Viſa: Soror, quis te fert huc fidiſsima caſus,
Quid'ue uenis Pherijs oris, ſoror alma, profare.
Non equidem huc raros greſſus ſoror antè ſolebas
Tendere: nam procul hinc habitantur tecta mariti.
Me ſoror ipſa iubes ceſſare à luctibus atris,
Et curis animi, lacrymisq; dolore reſorptis
Mille quidem, quibus heu lacerantur pectora noſtra.
Amiſsus nuper coniunx, fortiſsimus heros,
Vtq; leo intrepidus, mihi fletur funere mœſto.
Ornatus uarijs fuerat uirtutibus idem,
Per medios Argos celebris, perq; Hellada factis
Claruit, inſigni fama ſuper æthera notus.
Nunc quoq; lugetur magno mihi charus amore,
Vnus auûm ſanguis, heu heu dulciſsima proles,
Heu puer, ah nimium puer æquora grandia ſulcans
Puppe caua fugit, duro nondum ille labori
Mollior aſsuetus, nec merces ducere ponto.
Hunc magis hunc unum nunc lugeo fœmina ſolum,
Quàm genitorem ipſum, pro quo deſerta tremiſco.
Hei mihi, quàm metuo ne quid patiatur acerbè
Siue inter populos, ſiue inter cærula ponti.
Quò miſer hinc abijt? multi inſidiantur, ut antè
Hoſtili hunc mactent ferro, quàm patria rura
Atq; lares dulces contingat ab æquore liber.
Languida quam contrà dictis affatur imago:

Pallas reginæ.

Parce metu regina precor, fidiſsima pectus:
Nam dux talis adeſt illi, quam forſan adeſſe
Optarent animis omnes: & me quoq; miſit.
Namq; poteſt Pallas, quæ te miſeratur in atro
Plorantem luctu, tibi nuncia ferre dolenti.

Pallas

Pallas ab his tacuit. Sic Penelopea loquuta eſt:
Seu dea, ſiue dei uoces à numine perfers,
Sis fœlix, noſtrumq; leues quæcunq; laborem.
Ah precor, ac memora, quo'nam ærumnoſus Vlyſſes?
Viuat adhuc aliqua terra, ſoliſq; quadrigas
Et radios uideat Phœbi, lumenq; ſuperſtes?
An' ne ille oppetijt Plutonis merſus ad umbras?
Tum leuis huic dictis iterum reſpondit imago:
Ignoro, nec certa queo tibi ferre per aures,
An ſuperet tibi, an hic crudelibus occubet umbris.
Turpe quidem, dictis quærenti uana referre.
Sic ſolata inquit, tenueſq; receßit in auras
E' thalamo, uolitans uento per clauſtra, ſeraſq;.
Excutitur ſomno ſubitò regina reſurgens
Icarias nymphe, ſubitaq; effloruit. altum
Læticia pectus. Sed dum ſub nocte per umbras
Intempeſta illam tangunt inſomnia clara
Ac manifeſta dea, furioſa puppe ſecabant
Aequora, & humentes undas, pelagiq; meatus,
Telemacho cædem & crudelia funera corde
Voluentes ſecum, temeraria turba procorum.
Saxoſa in medio ſupereminet inſula ponto,
Qua ſe intermiſcent Ithacamq; Samumq; petroſam
Hinc atq; hinc aditus circa pelaguſq; profundum,
Aſteris haud ingens, faciles ſed margine portus.
Huc nauim torquent, hæc ad naualia Graij,
Puppibus inſidias captant, portuq; reſiſtunt.

Penelope Palladi.

Pallas reginæ.

Aſteris inſula.

ARGVMENTVM LIBRI V.

Iuppiter ætherea rurſus uocat arce deorum
Concilium,

Concilium, & Maia genitum demittit ab alto
Aere, ad Ogygias ſedes, nymphamq; Calypſo,
Vt gelidis antris pelagi dimittat Vlyſſem.
Iuſſa facit nymphe, puppim fabricatur Vlyſſes,
Ogygioq; ratem ſolus de littore ſoluit.
Bisq; aurora nouem luces aduexerat ortu,
Cum uidet æquoreus Samium Neptunus Vlyſſem.
Tum ſubitò indignans diſiecit gurgite puppim,
Immiſſaq; ratem pepulit, fregitq; procella.
Iamq; ratem fractam lentabat naufragus undis.
Ecce Ino, halcyonis formam mentita uolucris,
Dulichio occurrens, candentia pepla per altum
Obtulit, ut ponti curſus, rabidasq; per undas
Vitta præcinctus, ſuperaret cana natator
Marmora, & aßiduis agitaret membra lacertis.
Illa iubet rurſus liquidum iactare per æquor,
Cum tetigit terras, & ſiccis littus arenis
Intrauit, ſubitò uentis freta mota tridente
Neptunus turbat, ſe cinctum iecit in æquor
Dulichius peplo. diſiecta eſt nauis in unda.
Excuſſus pelago iam brachia uoluit Vlyſſes,
Et natat æquoreos fluctus, pelagumq; ſonantem,
Diſſecat & pontum, uarijs erroribus actus,
Multa quoq; & fluctu paſſus, dum naret in undis,
Phæacumq; altas ſoſpes contingeret oras.

ODYSSEAE LIBER V.

Naufragus hinc fracta rapitur cum puppe per æquor.

Chronographia.

SVrgit ab Eoo Tithoni fulgida coniunx
Oceano, croceum linquens Aurora cubile,

Præuia

Præuia flammiferi curſus,luciſq́; rubentis:
Iamq́; iubar diuis uehit,& mortalibus ægris.
At Iouis imperio,rapidi ſuper ardua cœli,
Lectus concilio diuûm conſederat ordo:
Iuppiter altitonans media ſedet arduus aula,
Cuius erat ſceptris immenſa potentia mundi.
Hos inter,uirgo Tritonia Pallas,Vlyßis
Curas,& uarios luctus,triſteſq́; labores
Incipit effari.namq; antris ille Calypſus
Flauicomæ,dudum diſiecta claſſe ſedebat:
O`pater altitonans,aliiq́; æterna deorum
Arce cohors,cœli colitis qui regna beati:
Amplius haud aliquis ſceptrum,iuſtuſq́;,bonuſq́;,
Humanuſq́; regat,cupidus nec iuris & æqui
Amplius Aſtræam colat,& ſua pectora factis
Iuſticiæ decoret,manſuetaq́; regna gubernet
Aequior,& populum clemens tueatur,& inſtet
Mente pius rebus.meritò crudelior oras
Iniuſtuſq́; reget,quicunq; eſt ſceptra potitus,
Nec colet Aſtræam facilis, uerùm impius armis.
Vſq; adeò nullus memor eſt patientis Vlyßis,
Quàm fuerit populis quondam mitißimus unus,
In quos imperium tenuit regnator Vlyſſes.
Ogygia in magno Nymphes iacet inſula ponto:
Hic pius ingentes tolerat ſub corde dolores
Dulichius, clauſus dudum ſub ſede Calypſus.
Illa uirum retinet tectis ſuper æquore Nerei.
Nec datur heroi,patriam contingere terram,
Ac rediiſſe domos notas,dulceſq́; penates.
Non illi nautæ,ſociiq́;,& remige puppes,

Concilium deorum.

Palladis oratio pro Vlyſſe.

Ogygia inſ.

Remigioq́; rates, quæ lata per æquora uectum
Deducant patriæ. prolem quoq;, turba procorum
Demiſiſſe neci infandæ conatur, Vlyßis,
Et dare iam letho rediturum naue per undas.
Namq; Pylon ſacram, & cultis Lacedæmona campis,
Atq; aris claram petijt, famamq́; parentis
Inquirit paßim. Tum ſic, qui denſat olympo

Iupiter Palladi.

Nubes affatur: Quod uirgineo excidit ore
Nata, nefas? an non hæc ipſa reperta dediſti
Conſilia, ô Pallas? ſeditq;, ut fortis Vlyſſes
In patriam incolumis uectus, cum ſanguine pœnas,
Ipſe procos ultus, ſumat, ferroq; trucidet?
At tu Telemachum mittas de littore tutum,
(Namq; potes) faciles contendat ut æquore curſus,
Ipſa uide, & ſoſpes contingat dulcia rura,
Atq; Ithacos intret fines, atq; hoſtia uelis
Allatus relegat, patrijsq́; inſiſtat arenis.
Naue proci aduerſos ueniant molimine fluctus,
Auerſiq; procul teneant cum remige curſum.
Sic ait, & Maia prolem de Pleiade natam
Alloquitur: Velox Tegees inſignis alumne,
Qui portas aliâs celeres mandata per auras,

Mercurius in Ogygiam ad Calypſo mittitur.

Vade age nate, uoca Zephyros, & labere pennis,
Flauentemq; deam crines atq; ora Calypſo
Alloquere, & mentis defer mea dicta iubentis,
Et reditus Ithaci doceas, utq; ocyus illum
Dimittat, patriæ fines atq; arua reuiſat
Dulichius. non ille hominum, non auſpice diuûm
Ductu, ſed facta ſolus rate nauiget æquor,
Quam fixis paßim fabricabitur undiq; clauis,

Ipſe

Ipſe manu aggreſſus tandem poſt multa laborum
Exilia, & Nerei diſcrimina mille per undas.
Cum iam bis denos faciet Pallantias ortus,
Continget Scheriæ littuſq; & fertile campis
Ipſe ſolum nando, & Phæacum rura ſubibit
Pinguia, ubi heroes habitant ex ſtirpe deorum
Semidei: hic Ethacum, ceu quoddam numen, Vlyſſem
Suſpicient, magnoq; illum ueneratus amore
Alcinous longa mittet ſuper æquora puppi,
In patriæ fines, & dulcia rura per undas:
Aeraq; Phæaces, aurumq; immane carina,
Atq; dabunt ueſtes, atq; auri munera larga,
Quot ſecum nunquam portaſſet mœnibus altis
Pergameæ Troiæ, Phrygijs ſi ſoſpes ab oris
Hectorea præda, ſpolijſq; orientis onuſtus,
Sorteq; diues opum remeaſſet uictor ad Argos.
Hæc ſibi fatales detorquent ſtamina Parcæ.
Sic populos Ithacæ, regnumq; uidebit Vlyſſes,
Excelſaſq; arces patriæ, & telluris arenas
Intrabit uictor, cecidit cui Troia tellus.
Dixerat. Ille patris magni parêre parabat
Imperio, & primùm pedibus talaria nectit
Ambroſia atq; auro multum ſplendentia claro,
Quæ ſublimem illum portant, ſiue humida ſupra
Aequora, ſeu terram, quæ immenſa per aera pendet,
Excelſum rapidi pariter cum flamine uenti.
Tum uirgam capit, hac demulcet lumina ſomno,
Cum libet, atq; alios pallentes membra ſopore
Excitat, & ſomnos adimit, mortemq; reſignat.
Hanc retinens manibus, uolitat Cyllenia proles,

Vlyſſis reditus qualis futurus, a Ioue prædicitur.

Mercurii deſcriptio. Vir. 4. Aei.

Quæ quondam Inachijs ſtellantem rupibus Argum
Deiecit fortis, nunc defert iuſſa deorum,
Pieriamq́; ſuper labens ex æthere, ponto
Incubat, atq; ruens ſubitis legit æquora pennis,
Perq́; ſalum uolitat liquidum, perq́; æquoris undas,
Larus auis. *Membra laro ſimilis uolucri, quæ littora circum*
Difficilesq́; ſinus pelagi, quod bacchica neſcit
Germina, uenatur piſces, & gurgite denſas
Aſpergit pennas, ſalſoq́; humore madeſcit.
Sic etiam innumeros penetrat ſuper æquore fluctus,
Et uarias undas ſuperat Cyllenius ales.

Eſt procul Ogygijs habitabilis inſula lymphis:
Hanc ubi cærulea progreſſus Tethyos unda
Attigit, & littus ſiccis calcauit arenis,
Speluncam ingreditur ſubitò, quam nympha Calypſo
Flaua comas habitat, ſpelæa ampliſſima tectis.
Illam Atlantiades gelidis inuenit in antris,
Hic ubi odoratos flammis incenderat ignes
Diua focis: ardor latè ſpargebat odores,
Fiſſilis hic cedri, hic flagrantis ſulphuris acris,
Inſula odorifero redolebat tota uapore
Dulcior, & fumus lignis euoluitur aruis.
Illa intus blanda modulatur carmina uoce,
Aurato tenues percurrens pectine telas,
Contexebat opus, radijs fallente laborem,
Permixto cantu: nemoroſa uireta rubeſcunt,
Florentesq́; ſpecus præcingunt undiq; ſyluæ,
Aeternùm intonſæ frondis, folioq́; nigrante
Virg. lib. 7. Aen. Ouid. lib. 6. Met. *Populus atra comas, & odoriferæ cypariſſi,*
Et piceæ, atq; alnus gelidas nutrita per undas.

Hic tenſis uariæ pennis circumq́; ſupraq́;
Aſſuetæ ripis uolucres, pars arbore celſa
Sopitæ fuerant, pars ſyluis undiq; clauſæ,
Aethera mulcebant cantu, lucoq́; uolabant
Bubonesq́; feri, accipitresq́;, & garrula cornix
Extenſa lingua, uolucres circa æquora ſemper,
Et uerſantur aquas circum, quis humida curæ
Præda ſinus circum, piſcoſaq́; ſaxa per undas.
Hicq́; ſpecus circum, & rorantia fontibus antra,
Serpebat uiridis generoſo pâlmite uitis,
Pendebatq́; uuis, tectoq́; extenta racemis
Florebat circum, croceusq́; errabat acanthus.
Quattuor hinc nitidi fontes rorantibus undis,
Splendor aquas ſignat, riuusq́; argenteus ibat.
Diuerſiq́; locis luco ſyluisq́; fluebant,
Inq́; uicem reſonant ſpacia inter iniqua dirempti
Inter ſe ſparſim propius ſalientibus undis,
Hic illic manant, diuiſaq́; murmura iungunt.
Hic apio & uiola uernantia prata uirebant,
Molliaq́; arua nitent, & pingunt gramina flores.
Huc ſi fortè aliquis ueniens hæc lumine diuûm
Aſpiceret, mirans uaria oblectamina mentis
Ille ſibi caperet, pertentans pectora lætus.
Inq́; antri gradibus iam ſtabat Pleiade natus,
Admiratus humum· poſtquam obſtupefactus adhæſit,
Singula mirando, dumq́; inſula mira uidetur,
Ipſe ſpecus ſubijt prorſus. nec dia Calypſo
Eſſe deum dubitat, propiusq́; agnouit euntem,
Vt uidit uirgam. neq; enim non cognita diuûm,
Inq́; uicem nota eſt (nouerunt numina numen)

Antri Calypſus deſcriptio.

Turba ſibi. quanquam ſedes tenet illa remotas,
Et diſiuncta locis procul à ſe tecta frequentat.
Non intus fortem tamen hic inuenit Vlyſſem:
Vlyſſes ſolus in littore. *Ille ſedens alto defiebat littore caſus,*
Hic ubi ſæpe dolens ſolus lugebat ad undas,
Et gemitu & lacrymis inſtans, mœſtoq́ dolore
Per ſteriles ponti fluctus, cum fletibus uſq;
Diſtillans lacrymas, oculis ſpectabat amaris,
Quantum aciem poſſunt oculi protendere in æquor,
Et curis animum torquens, & pectora luctu.
Intus Atlantiaden ſcrutatur nympha Calypſo,
Inq́ throno nitido ſtatuit, quem ſplendor obibat,
Et ſpecies miranda tenet, ſic tota coruſca
Auro ſplendebat. Tunc illum diua Calypſo
Calypſo ad Mercurium. *Affatur: Quid clare uenis? quid ab æthere portas,*
Aurata uirga? neq; enim hunc legate ſub axem
Sponte uenis, quanquam noſtro uenerabilis antro,
Et mihi gratus ades: rarùs tamen antra frequentas,
Ogygiosq́ ſinus. fare ô pulcherrime diuûm,
Quid uoluas animo: mens iuſſa capeſſere ſuadet.
Si licet & fas eſt, prius hæc ediſſere uoce:
Vt tibi, dum reſides hic, hoſpita dona reponam.
Sic ait, & menſam dapibus reparauit opimis,
Calypſus & Mercurii cōuiuium *Ambroſiaq́ replet: tum pocula nectare miſcet,*
Succus Erythreus ſpumat, nectarq́ rubentis
Halat odoriferum laticis. tum Pleiade natus
Libabat potum menſis, hilarisq́ ſedendo
Veſcitur Ambroſia. poſtquam compreſſus edendi
Eſt amor, atq; ſitis nunc eſt exempta Lyæo,
Et tandem pepulit ſacra ieiunia cœna,

Infit

Inſit Atlantiades uerbis ingreſſus amicis:
Qui tibi nuper adeſt (quoniam me diua Calypſo
Voce deum quæris) tibi uerus ab ordine pandam
Singula: namq; urges. me iußit Iuppiter altus,
Sed tamen inuitum, pelago contendere pennis.
Nam quis ſponte ruat per tot freta concita uentis,
Percurratq; ſinus, & ſalſas gurgite lymphas,
Per uada tanta maris, per tantas æquoris undas?
Hic ubi nullæ urbes hominum uicinaq; ponto
Mœnia, qui diuis onerant altaria donis,
Et qui ſacra ferunt, lectasq; in uota hecatombas.
At non uana Iouis mens eſt, nec uana putanda "
Nec cuiquam licuit Iouis aut mandata deorum "
Præteriiſſe homini, nec tutum fallere diuos.
Eſſe quidem hic mihi uir narratur nympha Calypſo,
Clarior ærumnis, longeq; miſerrimus unus
Argolicos inter, qui circum Pergama Troiæ
Bella nouem celſæ & Priameia mœnia circa
Geſſerunt annis, miſcentes prælia marte.
At decimo rutilis populati mœnia flammis,
Aequatamq; ſolo uerterunt turribus urbem.
Inde domos patrias remeantes, littore claſſem
Soluerunt Troiæ: reditu cum Pallada Graij
Auertere deam, ſæuoq; errore furorem
Et meruere iras. hinc illa procacibus auſtris
Exciuit longos fluctus, rabidasq; procellas:
Ventorumq; uias laxauit in æquore toto.
Hinc æſtus, hinc horror aquis, hinc raptus ab omni
Sole dies miſcet tenebras: quis protinus unda
Aeſtuat, obnixi lacerant caua nubila uenti,

Oratio Mercurii ad Calypſo, de dimittendo Vlyſſe.

Dei conſilium nemini uanum putandum.

Anno 10. Troia expugnata.

Pallas tempeſtatem in claſſem Græcorum propter ſtuprum Caſſandræ excitauit, & Oileum Aia-

cem ad Caphar ea ſubmerſit.

Diripiuntq́; fretum, ſparſamq́; in gurgite claſſem.
Hic omnes reliqui ſocij præſtantibus armis
Et pugnare boni, remosq́; agitare per undas,
Demerſi ratibus periere ſub æquore cano.
Hunc uerò huc caſusq́; undæq́; per alta procellis
Egerunt. ergò ſubitò dimittere iuſsit
Iuppiter: haud ſors eſt, procul ut diuiſus amicis
Atq; Ithaca extorris mergatur funere triſti:
Sed fas eſt illum ciues dulcesq́; penates
Aſpicere, & celſas arces, & Graia rura,
Laertisq́; ſolum, & patriam contingere terram.
Sic ait: at riguit dictis ſtupefacta Calypſo.
Tum breuiter fatur, celeri uolat ocyor ala
Vox emiſſa ſemel, pennæq́; inſtarq́; ſagittæ
Vulnerat illa animum, ſuperatq́; uolatile ferrum.

Oratio Calypſus, qua inuehitur in deos.

O nimium ſemper uos inuida turba deorum,
Proh dolor, ab duri nimis eſtis amantibus ipſi,
Cœlicolæ ante alios. ô inuidioſa deorum
Mente cohors dira: quæ nam aſcendiſſe cubile,
Et ſeruiſſe femur captas mortalis amore
Cumq́; uiris iniſſe deas, iuuenilis amoris
Concubitus dulces, tædaq́; Cupidinis uri,
Inuidia eſt uobis? ſi quæ manifeſtior igni
Fecit amatorem, & tepefecit coniugis artus,
Si quem forte palàm flamma delegit amantem:

Auroræ & Orionis fabula.

Ceu cum punicea rutilans Aurora quadriga
Oriona tulit, croceasq́; inuexit in auras:
Sic odio incenſi flagraſtis ab æthere diri
Cœlicolæ, quanquam uobis eſt uita beata:

Ortygia in-

Donec in Ortygia uenantem caſta Diana

Confixit

Confixit nitidis pharetra iaculata ſagittis
Ceu cum flaua comas dulci miſcetur amore
Iaſione ceres, gremioq; petiuit amantem
Preſſa thoro fœlix, ut uicta libidine ceßit
Affectu Veneris, telisq; Cupidinis acta
Eſt amplexa uirum perarato ſtrata nouali.
Sæpe etenim uiridi campo, cum uomere glebas
Vertiſſet tepidos accenſa incurrit amantis
Diua ſinus. At non longum lætata Tonantem
Pulchra Ceres latuit. ſubitò nam fulmine iacto
Iaſiona neci flagrantis miſerat ignis.
Me quoq; uos ſæui ſic nunc odiſſe puellam
Suſtinuiſtis, amor mihi quod coniunxit Vlyſſem,
Quodq; cubat mecum lento mortalis amore:
Egreſſum ratibus littus, quem ſola recepi,
Seruauiq; illum, deſertum margine ponti.
Iuppiter impulſam candenti fulmine puppim
Fregit, & in medio fluitantem marmore nauim.
Cæruleasq; uirûm ſociorum merſa ſub undas
Turba iacet: ſolum ſuſcepi littore Vlyſſem,
Quem ſic unda maris ualida tumefacta procella
Huc tulit, exceptum dapibus ſolata benignis
Accepi, & gelidis foui officioſa ſub antris,
Promiſiq; deum, & nullam ſenſura ſenectam
Corpora facturam. Sed dum Iouis ardua nunquam
Præterijſſe licet iaculantis ab Aegide fulmen
Pectora, nec diuos cuiquam fraudaſſe beatos
Fas fuit: ille quidem ualeat, ſi Iuppiter illum
Extimulans urget ſpumoſa per æquora ponti,
Quæ ſine uite fluunt, prædulcis neſcia Bacchi,

ſula, quæ nunc Delos,
Ceres & Iaſion.

Calypſo & Vlyſſes.

Ire. Sed hunc mittam nuſquam per cærula Nereï*:*
Nec mihi ſunt ſocij, celeres nec remige puppes,
Quis illum lati mittam trans marmora ponti.
Mitior ipſa tamen, ſi quæ fugienda, monebo
Contingat ſoſpes patriæ telluris arenas.
At nunc dimittas (ales Cyllenius inquit)
Et reuerere Iouis *uoces, iraſq; caueto:*
Ne quando indignans, motus tibi ſæuiat æſtu.
Diſceſſus Mercurii. *Sic ait, atq; citis fugiens ſecat æthera pennis.*
Hinc ad magnanimum Nymphe *tendebat* Vlyſſem,
Vt Iouis *audiuit mentem, & demiſſa per auras*
Nuncia: quem curuo reſidentem littore diua
Vlyſſis fletus apud Ogygiam inſulam. *Repperit, huic nunquam ſiccantur lumina fletu,*
Plurima gutta genas lacrymis humectat obortis.
Tranſigit heu dulces annos & flebilis æuum:
Dum luget reditus, heu ſuauis labitur ætas
Triſtitia. neq; enim nymphæ iam forma placebat
Amplius æquoreæ. ſub noctem membra quiete
Laxabat diua, gelidis coniunctus in antris,
Inuitusq; hæret cupidæ confuſus amanti:
Cogitur amplecti nolens tamen ille uolentem
Concubitus nympham. mox cum Pallantias *exit*
Perq; diem, triſtis dura inter ſaxa dolores,
Littoribusq; mouet pelagi ſub pectore curuis,
Atq; ſinus implet lacrymis, gemituq; ſedendo
Excruciat pectus, mœſtus curisq; remordet.
Aſpicit heu lacrymans pelagum, ſteriléſq; liquores
Nereidum, humectat guttarum flumine uultus.
Calypſo in Vlyſſem. *Quem ſic progrediens affatur diua* Calypſo*:*
Ne mihi ne miſer hic adeò lugere dolore

Suſtineas fractus, ne ſic tibi triſtior ætas
Labatur, formæq; tuæ uitientur honores.
En te dimittam tectis, opibusq; iuuabo
Prompta meis, nunc ergo trabes naualiaq; alta
Aere ſeca, inde ratem latam molire, fabreq;
Tum tabulata altè laterum ſublimia iunge,
Vt ſic cæruleum te portet amica per æquor.
Ipſa feram ad nauem uictum, & ſtipabo carinæ
Dulcis aquæ latices, & uina rubentia Bacchi,
Qui tibi laſſatum pectus demulceat undis.
Et frumenta dabo, quæ poſſint pellere diram
Puppe famem. quin & te ornabo ueſtibus ultrò,
Surgentesq; auſtros, zephyrosq; in uota uocabo,
Qui te ſectetur poſt nauim uentus euntem,
A puppi ſurgens, patrias ut ſoſpes in oras
Labaris. ſi fata deûm non inuida curſus
Quiq; tenent altum ſpacioſi culmen Olympi
Cœlicolæ impedient, dederintq; attingere portus
Dulichios, qui indicioq; & mente Calypſo
Exuperant. dixit: riguit mox dius Vlyſſes,
Multa mari paſſus, breuiterq; ita uoce profatur:
O dea, ſic aliud rurſus meditare Calypſo, Vlyſſes nymphæ
Quàm reditus, dum me liquidi tranſmittere Ponti
Immenſas undas, ſalſosq; per æquora fluctus
Cum rate dura iubes, miſera, crudele Calypſo,
Et graue, tam fragili pelagum trabe currere celſum.
Quem uix & celeres tranſirent gurgite naues,
Traijcerentq; fretum uento Iouis æquore pulſæ.
Quin te etiam inuita nunquam, mihi crede Calypſo,
Ipſe ratem aſcendam: Stygiam niſi nympha paludem

Iuraris teſtata deos, ne damna per undas
Perniciemq́; aliam mediteris gurgite Nerei.
Sic ait. at riſit placabilis ore Calypſo,
Accepitq́; manu, dextramq́; amplexa tenebat:
Calypſo Vlyſſi. *Erras infœlix, quamuis ſis doctus, Vlyſſes:*
Quale nefas iſto precor ab nunc excidit ore?
Hæc' ne audes fari? teſtor terramq́;, polumq́;,
Et qui cliuoſe ſe extendit latus Olympus,
Deſuper & Stygiæ tibi iuro fluenta paludis,
Ac Stygis undoſos fluctus (quam turba deorum
Iurat, cum grauiter teſtatur maxima rerum
Numina) non unquam læſuram puppis euntis
Voce uias, non ulla tibi me damna daturam.
Sed tibi conſulto quæcunq;, capeſſere quondam
Non dubitem, ſimilis uel ſi mihi uenerit uſus.
Et mihi mens æqua eſt, nec ferrea pectora geſto.
" *Nomen amicitiæ eſt etiam uenerabile nymphis.*
Sum clemens animo leni, & miſereſco uirorum,
Mitis, & affatu leuis, & patientior æqui.
Sic ait, & celeri greſſu ſubit antra Calypſo.
Ipſe legens ſequitur diuæ ueſtigia preſſa.
Speluncam nymphe dux & Cephalenius unam
Deueniunt, hic mortalis, deaq́; illa. ſed alto
Ipſe throno ſedit, quo iam Cyllenius ales
Iuerat ablatus pennis. tum nympha Calypſo
Mortales epulas, potumq́;, & dulce Lyæum,
Qualia edunt homines, ponens, ſe ſede locauit
Aduerſa: famulæ ambroſiam nectarq́; deorum
Impoſuere. illi dapibus ueſcuntur, honoras
Iniecere manus epulis. ubi preſſus edendi

Eſt

Eſt amor hic antris nitidis, ſaturataq́; menſa,
Oblectare ambo dulci ſua pectora potu.
Iamq́; exempta fames, iamq́; eſt ſitis acta Lyæo.
Tum ſic orſa refert Atlantis ſacra Calypſo:
O' Laertiades clarum genus à Ioue ſummo,
Conſilijs ingens uarijs, bellator Vlyſſes:
Quanquam prædulces patriæ telluris arenas
Ire paras iterum, ſalue tamen (inquit) Vlyſſe,
Te licet Ogygijs oris inuita remittam.
Si tamen illa tuis, quæ te aſpera fata per æquor
Fata manent, animis, & quos adijſſe labores
Te ſors dira iubet, pelagiq́; intrare ruinas
Proſpiceres, equidem mecum noſtra antra teneres,
Et coleres hæc tecta ſimul, mecumq́; maneres,
Atq; deus fieres, atq; immortalis in æuum.
Quanquam durus amor deſideriumq́; uidendi
Vxorem premit aßiduo, quam ſemper amantem
Ipſe cupis, non eſt requies ſpaciumq́; furoris,
Nec tamen ipſa minor formaq́; & corpore pulchro,
Ingenioq́; tua, quæcunq; per Hellada coniunx
Laude pudicitiæ longe tibi claret Vlyſſes.
Nec fas mortales nymphas conferre deabus,
Nec uultu & membris nitidis, nec corpore culto
Hæc certare pares, formaq́; habituq́; decoro
Mortales poterunt, contendere nempe deabus.
Glorior & uultus & formæ laude ſecunda.
O' ueneranda mihi dea (ſubijcit altus Vlyſſes)
Conſilijs oro ne ſæui, iraq́; reſurge.
Noui equidem ô nymphe, longè te Penelopea
Inferior ſpecie, & procero corpore & artus
Maieſtate

Calypſo nititur perſuadere Vlyſſem, ut apud ſe maneat.

Spondet Vlyſſi immortalitatē.

Vlyſſes nymphæ.

Maieſtate illa pulchra, formaq; decora,
Et decore inſigni, uultuq; & uilior ore.
Hæc mortalis homo, tuq; immortalis & æuo
Diua cares ſemper, nulliſq; ſeneſcis ab annis.
Nec dubia iſtius formæ eſt uictoria nymphe.
Attamen ipſe diem, qua ſim rediturus in oras
Incolumis patrias, opto quoq; poſſe uidere,
Atq; domos Ithacæ, dulceſq; attingere portus.
Sin aliquis rurſus, quiſquis tamen ille deorum,
Irruet inſanis per cærula nigra procellis,
Hæc etiam implebo, tolerans mea fata per æquor.
Hæc etiam addatur noſtro fortuna labori,
Vlyſſes patriam immortalitati præfert.
Hæc ærumna malis accedet ſubdita priſcis.
Qui didici luctus, triſteſq; in pectore curas
Ferre diu patiens, multos adijſſe labores
Vndis impulſus tot ponto uoluere caſus,
Multa quoq; & bello paſſus terraq; mariq;
Erraui toties circa orbem puppibus actus.
Sic ait, & Titan alijs rediturus ab undis
Mergitur, & tenebris uenere crepuſcula noctis.
Illi in ſeceſſus uiridantiaq; antra regreßi,
Inter ſe pariter ſuaui oblectantur amore,
Concubituſq; ſpecum mixti ſubiere per altam.
Vt ſe puniceis ueniens Aurora quadrigis
Extulit, hic chlamydem tunicamq; indutus Vlyſſes,
Ornatus Calypſus.
Egreditur. Nymphe præſtanti corpora palla,
Argentoq; ampla tenui, quam Gratia neuit:
Aurata zona præcinxit ſplendida lumbos.
Deinde caput nitido flauum circundata peplo,
Prodijt hinc Ithacum fortem miſſura per undas.

Inq;

Inq; manus tradit fulgenti ex ære bipennem
Ancipitem, huic acies renitens utrinq; ſecabat.
Ingens illa fuit, faciendiſq; apta carinis.
Pulcher erat capulus, oleaq; inſignis ad uſus,
Arbore præſtabat ceu facta manubria dextræ
Adijcit idoneam ad cædenda arbuſta ſecurim,
Aereq; ſplendentem. preßit ueſtigia nymphe,
Rapta gradu celeri, & ſecum ducebat Vlyſſem,
Quà ſe curuabat ſupremis inſula ripis,
In ſyluas denſas, ubi longa cacumina frondes
Arboreas tendunt, nutritaq; populus undis
Nigra comas, alnuſq; ingens, abieſq; cacumen
In cœlum iaculans, iamq; olim, ſicca uirere
Atq; capax æui, dudumq; exucca ſub auras
Deſierat, prædura fuit, ſic cana uetuſtas
Fecerat. hæc uſu melior curſura per undas.
Arida nam leuior ſulcat uelocius æquor.
Aſt ubi monſtrarat celſas iuxta æquora ſyluas,
Hinc abijt nymphe. nemorum nauale ſecabat
Dulichius lignum, ſubitoq; exegerat ære Vlyſſes fabricatur ipſe ſibi ratem.
Acris opus. longa bis denas arbore ſtrauit
Deijciens pinus altas, aptaſq; ſecuri
Perfecit poliens, ramoſq; abſcindit inertes,
Arteq; direxit, certamq; extendit amuſſem.
Perforat hinc omnes terebris, quæ diua Calypſo
Attulerat nuper, terebrataq; in ordine ligna
Inq; uicem poſita adiungit, clauiſq; ſub altum
Ille latus ſtrinxit, dura et & compage ligauit,
Quàm latè faber ingenio cultoq; labore
Ipſe pauimentum circa deſcribit, & arte

Inſignis nauis prudenter circinat acris,
Quæ merces pelago quondam portabit auaras.
Tam latam fecit manibus Laertius heros
Ipſe ratem, & trabibus uarijs tabulata per artem,
Aſſeribusq; apte longis atq; abiete ſecta
Intexit circum: malumq; & cornua uerſa
Antennas fecit, curſumq; per æquora longa
Recturum quondam temonem iunxit, & illum
Vimineis arctè loris muniuit utrinq;,
Virgultisq; ligat, qui propugnacula fluctu, &
Tutamen foret. & denſas tunc inſuper addit
Materiæ ſyluas, frondesq;, atq; arbore truncos
Ingerit, uſurus, ſi quæ ruat unda procellis.
Hinc tulit exportans ad carbaſa lintea nymphæ,
Ex his Dulichius reparauit uela carinæ.
Inde pedes addit, tenſosq; è naue rudentes.
Vectibus ipſe ratem ſacrum protraxit in æquor.
Iam quater auroræ radijs illuxerat orbi
Lux delata mari, cum iam uix cuncta peregit
Digreſſus Vlyſſis a Calypſo ex Ogygia inſula. Dulichius. Quinta fuerat miſſura Calypſo
Per Nerei fluctus Ithacum de littore luce
Ogygio, nymphe digreſſu mœſta ſupremo
Portat odoratas ueſtes, undæq; liquore
Purgatas tunicas, utremq; nigrante Lyæo
Impoſuit, magnumq; alium, qui plenus aquarum
Dulcis erat potus, dederant quem Naiades aruis.
Adijcit inde cibos pera, mollesq; farinas,
Et quæ demulcent defeſſa uiatica corda,
Atq; epulas uarias, uentosq; in uela ſequaces:
Et lenes auras miſit, flatusq; ſecundos,

Dulichiusq;

Dulichiumq́; alacris tum tendit carbaſa uentis.
Ipſe gubernaclo reſidens regit æquore curſum, &
Arte ſecat pontum, nec dulcia lumina ſomno
Declinat uigilans, clauumq́; affixus & hærens
Nuſquam amittebat, oculosq́; ſub aſtra tenebat,
Pleiadas pluuias, & pigrum ſerò Booten
Caſurum ſpectat, claramq́; Lycaonis Arcton,
Quam dixere uagos currus cognomine uates. Virg. lib. 5. & 3. Aen.
Vertitur hæc circum, ſequiturq́; Oriona celſum,
Inſidias meditans, ponti ſe tingere fluctu
Oceaniq́; undis prohibetur, ſola Calyſto
Exors mergendi ſalſis ſe Tethyos aruis.
Iuſſerat hanc Ithaco nymphe retinere ſiniſtram,
Dum pelago currat, pontumq́; ſecaret amarum.
Iamq́; bis octonas ſulcauerat æquora luces,
Alteraq́; acceſſit rubeis aurora quadrigis,
Bisq́; nouem luces ſalſis nunc iuerat undis, Nauigatio Vlyſſis in mari med.terraneo.
Viſa aperire procul montes umbroſaq́; pinu
Terra iuga, & Phæacum arces & littora celſa.
Quæ iam Dulichius tum proxima naue petebat,
Certatimq́; mari incumbens uelut æquore ſcutum
Voluitur. At ueniens pelagi rex inclytus alti
Concutiens littus fluctu, terramq́; tridenti
Aethiopum finibus procul hunc aſpexit aquoſis,
Montibus è Solymis ſpeculans: cum carbaſa uentis Solymi.
Tenderet, & liquidum pontum ſulcaret Vlyſſes.
Cum ſic indignans flammato pectore ſecum,
Cæſariemq́; mouens non mitia dicta profatur:
Proh facinus, diuos iterum ſententia uertit, Neptunus in Vlyſſem.
Deq́; Ithaco rurſus conſultat turba deorum?

Dumq́;

Dumq; domos ſiccas Libyæ, littuſq; rubentum
Aethiopum intraui, Phæacum littora naui
Hic propius uenit, Parcæ ſtatuere laborum
Hic illi finem, continget hic æquore metam,
Effugietq; malum tandem, pelagiq; ruinam?
Quæ manet hunc ponto: quanquam reor ipſe futurũ,
Vt ſatis horrificos per fluctus uoluere caſus
Impellatur aquis, agitetur & æquore nudus.
Sic ait, & toto collegit ab aere nubes

Tempeſtatis deſcriptio, quam Virgilius imitatus eſt.

Turbauitq; fretum, pontumq; euertit ab imo.
Inde manu ſceptrum rapuit, quaſſatq; tridenti,
Exciuitq; omnes ſuper æquora lata procellas.
Et molem undarum, ſubitò maria omnia cœlo
Miſcuit, Aeolijs paſsim freta mota procellis.
Tum uarijs iactans diſiecerat æquora uentis,
Nubibus obtexit cæcis terramq; polumq;.
Inuoluere diem nymbi, nox humida cœlo

Virgil. li. 1. 2. & 5. Aen.

Præcipitat, denſis & inhorruit unda tenebris.
Vnà Eurusq; Notusq; ruunt, Zephyruſq; procellis
Perflabat grauiter, Boreasq; ex æthere puro
Ortus, deuoluit uaſtos ad littora fluctus.
Tunc Laertiadæ ſoluuntur frigore corda,
Genua labant, gemitu cum triſtis talia ſecum:

Vlyſſes ad ſeipſum.

Me miſerum, quis nam caſus mihi ſurgit ab undis?
Quæ ſors heu merſum pelago me raptat amaro?
Quàm uereor, nymphe ne dixerit omnia uera.
Namq; mihi tales caſus luctuſq; canebat,
Multa prius ſæuo paſſurum deniq; ponto,
Et pelagi incurſus mœſtos, duroſq; labores,
Quàm dulcis patriæ contingam littus arenis.

Nunc

Nunc repeto hæc capiti portendere debita noſtro.
Qualibus heu tenebris, & cœlum nubibus atris
Iuppiter inuoluit, lacerant caua nubila uenti,
Euertitq; fretum, puppemq; inſana procella
Incita uexat aquis. diuerſo turbine flatus,
Incubuere mari. minitatur funera pontus,
Præſentemq; undis intentant omnia mortem.
Mors mihi certa ſubit. O` terq; quaterq; beati, Exclamatio
Quîs ante ora ducum, Troiæ ſub mœnibus altis:
Contigit oppetere. ô Danai, dum Pergama circum
Atridis geritis crudelia bella feroces,
O` utinam tum, cum quaterent haſtilia denſa,
Ingererentq; haſtas ferrata cuſpide Troes,
Telaq; & æra duces, & pila minantia pilis,
Et ſuper extincto foret heu certamen Achille,
Obrutus Aeolijs cecidiſſem fuſus in armis,
Et bello egregio ſubijſſem fata caducus.
O` utinam Iliacis potuiſſem occumbere campis,
Tum mea pugnaces celebraſſent funera Graij,
Duxiſſentq; decus, præclaraq; facta Pelaſgi,
Manſuriſq; diu donatus honoribus eſſem.
Nunc ſors atra iubet mortem ſubijſſe per undas,
Hocq; mari pelago, prædamq; errare per æquor.
Talia iactantem ſtridens à uertice lympha
Ipſum aduerſa ferit, cumuloq; immanior unda
Incita, uiq; ratem uertit. tum naue ſub æquor Vlyſſes ui tempeſtatis rate excutitur in mare.
Ille cadit pronus. liquidas proiecit in undas
Temonem, mediumq; infregit gurgite malum,
Sæuior inſano ueniens aquilone procella,
Ventorum impulſu uariorum mota per undas.

Vela procul deiecta ſinu, tabulataq́; ponto
Procubuere ratis. ſubmerſum tempore longo
Detinuere undæ. ſubito neq; redditus imo
E` fundo potuit, ualidoq́; honore relabi
Impete compulſus pelagi. madidaq́; fluebat
Veſte grauis ponto, dederat quas dona Calypſo.
Serò igitur tandem labens exurgit ab undis:
Illeq́; iam ſalſos reuomebat pectore fluctus,
Eructatq́; ſalum reſonans, quod crine fluebat,
Et capite exundans: quanquam iam fluctibus æger,
Non tamen ipſe ſui oblitus, conſurgit ab undis.
Moxq́; ratem erectus deprendit in æquore nantem.
In mediaq́; ſedens uitauit fata carinæ,
Dum rapitur pelago, iam immanior unda uehebat
Impoſitum rurſus fert impetus ipſe uolantem
Per tumidos fluctus hinc illinc concitat æquor.
Ac ueluti boreas ruit autumnalis in aruis,
Exagitans ſpinas ſiccas, camposq́; per omnes
Flamine diſpergit, denſæ complexibus hærent
Inter ſe iunctæ diuerſa per arua locosq́;
Iactatæ toties: Sic per freta concita fluctu,
Per pelagusq́; ratem huc illuc rapuere feroces
Ventorum flatus. Boreæ nunc imbrifer auſter
Cedit, ut ille prius rapiatur in æquora curſu.
Iamq́; Eurus Zephyro celeris, Zephyrusq́; ſequenti
Concedens Euro, diris impulſibus urget.
Hunc forma inſignis Cadmeia uiderat Ino,
Quondam mortalis fuerat, famaq́; decora
Laude pedum uicit cunctas, femorumq́; Pelaſgas:
At nunc Nereidum celebratur honore dearum,

Vlyſſes naufragus emergens undis, iterum ratẽ deprehenſam conſcendit.

Leucotheáq;, Argolidum non infima gloria ponti.
Dulichium errantem tumidum miſerata per æquor,
Lugentemq; mari, corpus mentita uolucris
Halcyonis, mergi'ue leuis, ſcrutantis arenas,
Et pelagus ſubitò liquida inter ſtagna uolatu,
Emergens tabulas inſedit flebilis Ino,
Atq; ratem preſſit ſublata è gurgite ponti.
Tum ſic effatur: Quid te Neptunus *in undis*
Infœlix adeò uentis portantibus æquor
Terribilis uexat, ſic indignatus arenis?
Atq; eſt tam triſtis rerum fortuna tuarum,
Totq; tibi eueniunt clades diſcrimine tanto?
Nec tamen euertet pelago indignatus Vlyſſem:
Haud etenim inſano tibi regnat pectore uirtus:
Verùm agè, da uentis exutas ferre per undas
Aequoreas ueſtes, fractamq; relinque carinam.
Ipſe natans manibus, iactes tua brachia ponto,
Et nando Scheriæ Phæacum *allabere terræ.*
Te illuc fata uolunt tantos euadere caſus,
Vnde Ithacas *uenies ſoſpes delatus in oras.*
Hæc tu ſacra tuo tradas ſub pectore pepla:
Nec patieris aquis quicquam, nec fata ſubibis.
At poſtquam adnaris terræ, manibusq; natando
Contigeris littus, tum peplum rurſus arenis,
E'portuq; procul ponti iaculare per undas,
Ac ſoſpes ponto rurſus nudusq; recede.
Sic effata dedit peplum, rurſusq; per æquor
Mergitur undoſum, mergo aſſimulata uolucri,
Cæruleisq; ſinus undis abſconditur alti.
Triſtia multa ſuo ſub pectore uoluit Vlyſſes:

Ino dea de improuiſo apparet Vlyſſi.

Ino Leucothea peplum ſeu uittam tradit Vlyſſi ſub pectore ligandam, ne naufragus ſubmergatur.

Talia cum gemitu referens exclamat ab undis:

Vlyſſes ſecum.

Hei mihi quàm metuo, quiſquis fuit ille deorum,
Ne fraudem texat, dum me deſcendere tuta
A' rate cogit atrox. ſed non parêre monenti
Decreui, quoniam procul hinc ſuper æquora terram
Aſpicio infœlix, ubi certum dixit aſylum
Eſſe mihi erepto. ſic ſtat ſententia mentis,
Quæ potior uiſa eſt. dum ſe naualia ligna
Compagesq́; tenent, nec dum ſe naufraga puppis
Diſſoluit fluctu, durabo fortiter illa,
Et patiar luctus: fracta trabe deniq; nabo.
Vnda trabes quaſſas quum tempeſtate per æquor
Fregerit, ut nullum fuerit medicamen in undis,
Spes' ue ſalutis aqua, laſſabo brachia nando.
Talia dum uerſans curarum fluctuat æſtu,
Atq; animo uoluit, uaſtos ſuper æquora fluctus
Concitat Aegæus medias Neptunus arenas
Excutiens pelagi, ſublimi gurgite turbo
Irruit immanis, fluitantemq́; impulit ipſum.
Ceu cum fortè mouet cumulos prægrandis arenæ
Ventus, & excuſſæ ſparguntur littore ſicco
Huc illuc paßim reſonat dum margo procellis:
Sic uis illa ratis diſiecerat æquore ligna,
Atq; trabes longas. unam tamen acer Vlyſſes

Comparatio

Conſcendit, deſultorius uelut acris in aruis
Currit equus greſſu, qui palmæ certat honorem,
Qui uel ad Elei metas, & maxima campi
Deſudat ſpacia, aut qui agitantur uoce Celetes.
Exuit hinc ueſtes, dederat quas nympha Calypſo,
Inoumq́; ligat nudo ſub pectore peplum,

In mare

In mare tum præceps cecidit trabe lapſus Vlyſſes,
Extenditq; manus, & iactat brachia ponto.
Iamq; innabat aquis, cum uiderat æquoris illum
Rector arenoſi, qui terras gurgite quaſſat,
Cæſariemq; mouens, ſic fudit ab ore loquelas:
Multa mari paſſus, ſic errans deniq; pontum
Sulcabis, donec contingas littora nando,
Accedasq; uiros, quorum genus à Ioue ſummo
Eſt illuſtre: tamen uix ſic impunè iuuabit
Hæc meminiſſe olim, & tanto diſcrimine rerum
Hæc lugere, tuis ſi quæ narratibus hora
Venerit: his ſiquidem uix eripiere periclis.
Hic ubi læta deus perculſit pectora dictis,
Iungit equos curru genitor, ſpumantiaq; addit
Frena feris, manibusq; omnes effundit habenas,
Contendens Aegas celebratas, inclyta fama
Tecta, domos pelagi reſonantis in æquore lato.
Interea Pallas ſummo Ioue nata peregit
Tempeſtiua uias, curſusq; auertit in undis,
Ventorum Aeolio frenans in carcere flatus,
Sedauitq; illos, ſopiuitq; æquoris æſtus.
Cum celerem exciuit boream, fluctusq; refregit,
Proſtrauitq; æquor: donec Phæacibus unda,
Quorum fama uiget remis, admixtus Vlyſſes
Tangeret illuſtres oras, & littus arenæ,
Et fugeret nando fatum, nigrasq; ſorores.
Hic binos adeò cæca caligine ſoles
Errabat, totidem nigro ſub gurgite noctes,
Præſentemq; undis intentant pectora mortem.
Vtq; aurata comas roſeis aurora quadrigis

Neptuni inclementia in Vlyſſem.

Aduexit ternam pulſo iam ſidere lucem,
Tum uenti poſuere, quies tranquilla per æquor
Orta fuit, nubes ceſſerunt aere toto,
Et cunctus pelagi cecidit fragor, omnia uentis
Cum caruere ſuis fluitantia marmora Nerei.
Quantum acie poſſunt oculi ſeruare per undas,
Proſpexit pelago terram littusq; propinquum,
Erectus fluctu ſummo ſic læta parentis
Vita redit natis, ſubitò quem tabida membris
Ipſa lues edit, morbo conſumptus acuto
Ille iacet, dirosq; gerit ſub corde dolores,
Tabe diu afflictus, triſtemq; ad lumina mortem
Inuidus heu dæmon prætentat, & omnia terret:
Aſt illum tandem ſoluerunt tabe deorum
Turba lubens, geſtit proles genitore recepto.
Sic quoq; dulce fuit terram ſyluasq; uidere
Dulichio incolumi, propiusq; innare liquores.
Nabat aquis lætus, pedibusq; aſcendere littus
Ardet, & hoc pelago iactabat fortius undas.
Iamq; aberat ſpacio, quantum uox miſſa per auras
Auditur tenues, rupes clamore reſultat:
Cum gemitum ingentem pelagi, pulſataq; ſaxa,
Ac ſonitus ponti cæcis audiuit ab antris
Colliſos longè, ſpelæaq; concaua rupe,
Et ſtrepitum fluctus, fractasq; ad littora uoces.
Tum circum reſonat pelagus, lymphæq; ſonoræ
Ima eructantur terræ crudeliter ora,
Vtq; ad littus aquæ ſtrident, ſcopulisq; reſultant.
Obiectæ ſalſa ſpumant aſpergine cautes,
Omniaq; inuoluunt circa, qua ſpuma pererrat:

Tranquillitatem maris Pallas inducit.

Comparatio

Albeſcuntq;

Albeſcuntq; ſinus, rorant aſpergine ſaxa.
Vnda furens circa rupes obmurmurat ingens,
Dum fugit ad terram, fractas ad littora uoces
Collidit ſaxis, & duris æquoris antris,
Exultantq; uada, atq; æſtu miſcentur arenæ.
Interdum fluxus, iactatasq; æquoris undas
Erigit eructans, fundoq; exæſtuat imo.
Non ulli hic portus, ſtatio non ulla carinis.
Non loca clauſa maris, & quæ curuantur in arcum
Obiectu laterum, quibus hic frangatur ab alto,
Inq; ſinus omnis ſcindat ſeſe unda reductos,
Clauſuræ, aut aditus uſquam cernuntur arenis,
Prærupta ripæ proiectaq; littora ponti,
Et ſcopuli ingentes undis & concaua ſaxa
Ad pelagus reſonant circum, ſonitumq; dedere.
Hic tunc Dulichio ſoluuntur frigore corda,
Genua labant illi, gemitumq; ex pectore magno
Edidit, & tenues triſtis ſic fatur in auras: Vlyſſes ſecũ.
Hei mihi, quòd lætam conceßit cernere terram,
Atq; inſperatum littus, fugientiaq; arua,
Iuppiter: has undas, traiecìq; æquora nando,
Dum non egreſſus ſciſſo patet ullus ab alto.
Namq; extrà rupes, ſcopulusq; exurgit acutus,
Impulſæq; fremunt undæ, fluctusq; recurrunt
Erecti circa ſcopulos & concaua ſaxa,
Liſſaq; petra altè circundat littora curua,
Aeſtuat & pontus ſpuma, pelagusq; profundus.
Nec datur hic uſquam pedibus conſiſtere binis,
Et uitare malum: metuo ne fortè rapaces
M[e] deſcendentem fluctus ad concaua ſaxa

Proijciant, ſeroq; mihi per ſaxa receptus
Effugio detur. Sin ultrà adnare per æquor
Impetus hinc fuerit, rupesq; relinquere duras,
Sicubi littus aquisq; aſperſas margine cautes
Aequoris incuruum ſtantes loca preſſa receptu,
Gurgitis & portus deprendero fluctibus actus:
Tum uereor, ne quæ rurſus commota procella
Me gemitu rapiat piſcoſa per æquora ponti:
Ne'ue in me pelagi rex huc immania cete,
Qualia multa mari circundedit Amphitrite,
Et ponto nutrit, conſurgens excitet undis.
Haud equidem ignarus quàm ſit Neptunus acerbis
Indignatus aquis. Dum talia uerſat Vlyſſes
Pectore, iam denſo cumulo præruptus aquæ mons,
Vnda ferens illum ſcopuloſa in littora raptum
Impulit, hæc circum ſaxumq; atq; aſpera rupes.
Aeſtuat hic pelagus fluctu: tum deniq; tota
Illi membra cutis paßim lacerata fuiſſet,
Oſſaq; ſaxoſas inter colliſa procellas,
Ni Pallas illi mentem mouiſſet, ut altam
Prenderet iniectus rupem, manibusq; renitens
Hæreret gemitu, dum ſæuius unda tumeſcens
Prætereat, uentoq; iterum petat acta profundum.
Vix tamen hanc fugit, ſubitò cum mota relabens
Lympha maris repulit, pelagoq; immerſit ab alto
Deiectum ſaxo procul hinc in gurgitis undas.
Ceu polypus, thalamo tenues cum prodit in undas,
Cui pedibus denſi paßim coxisq; lapilli
Hærent innixi: Sic undiq; pellis Vlyßi,
Tota manus circum lacerata eſt, ſaxa tenenti,
Submerſumq;

Vlyſſes in ſaxa natando defertur undis.

Vlyſſem, cum aſcendiſſet ſcopulũ, in mare procul fluctus reiecit.

Comparatio

Submerſumq́; imo rapidus tegit æquore uortex.
Tum præter fatum miſer hic perijſſet Vlyſſes,
Auxilio tutus niſi Palladis ille fuiſſet.
Vndíſ emerſus, quas littus abegit ad altum
Impetus æquoreus, adnabat fluctibus oræ
Tellurem ſpectans, ſi quod ſeu littus aquarum,
Seu portus faciles ponti, depreſſaq́; fluctu
Inueniat loca ſulcando. mox hoſtia clari
Calliroi uenit fluuij : cui curſus amœnas
Agmine ducit aquas, & pulchro gurgite currit.
Viſus erat tacitis locus hic aptiſsimus undis:
Planus erat ripa circum, ſaxisq́; politis,
Quadratusq́; lapis decorauerat hoſtia læta.
Hic & ab acceſſu uentorum immotus, & auras
Spernere tutus erat, quem nouerat ore fluentem.
Inde preces Ithacus toto de littore fudit: Vlyſſes Calliroo fl.
Accipe rex, quicunq; es ait; tibi naufragus adſum,
Et ſupplex uotis, fluidis optabilis undis.
Ex pelago euaſi manibus,ſine puppe, natando,
Effugiq́; minas Neptuni innabilis unda.
Nempe deis ſemper fertur uenerabilis ille,
Quæ uos cunq; errans adijt, ceu naufragus ipſe
Ad te iam ueni ſupplex, tua mitia tango
Genua, preces fundens, tot iam diſcrimina paſſus.
Corniger Argolidum fluuius regnator aquarum,
En tibi ſum ſupplex,precor ô miſerere precantis.
Ille citò motus, tenuit ſua flumina curſu,
Atq; citas ſpumas : placidaq́; ita ſubſtitit unda
Mitis, ut in morem ſtagni, tacitæq́; paludis
Sterneret æquor aquis, nanti ut luctamen abeſſet. Ad naufragi Vlyſſis preces Calliroius fluxus ſiſtit.

Lenijt & fluctus, tranquillaq́; flumina fecit:
Seruauitq́; illum placido iam mollior alueo
Ad ripas fluidas extrema fluminis ora.
Aſt ille hic genua amplexus, genibusq́; uolutus,
Et manibus flexis curuarat corpora ripa:
Namq; animus domitus longo fuit æquore celſus.
Quin etiam totum tumuit ſibi corpus ab undis.
Ore maris fluxus, & ſalſæ naribus undæ
Effluere, exanguis iacuit ſine uoce, diuq́;
Vlyſſes in ripa ſemianimis iacet. Semianimis tacuit, confixus corda dolore,
Et languore artus preſſus. ſed deniq; rurſus
Ad ſeſe redijt, rediere in pectora uires
Collectæ, atq; animæ ſe erexit ſpiritus. inde
Exurgens, diuæ peplum de pectore ſoluit,
Et ſalſo iactum tranſmiſit flumine Nymphæ,
Ingens quem retro gurges referebat in æquor
Adductumq́; maris curſu dea læta recepit,
In medio apparens Ino Cadmeia liquore.
Digreſſus fluuio, quà canna paluſtris in auras
Creſcebat, uiridi ſeſe proiecit in herba,
Vlyſſes ſecum, ubi pernoctare uelit, delibe rat. Inter iuncorum ſtipulas, dans oſcula terræ,
Cum gemitu ſecum magno de pectore uocem
Rupit: Io miſer, heu quæ'nam patienda per undas
Vſq; mihi? An terra ſors eſt grauiore ferenda
Fatorum ſerie, nimium me dura fatigant.
Si fluuij ripis ſtratus ſeruabo ſilentem
Hic mœſtus noctem, uereor, ne frigora lenta,
Quæ matutino deſcendunt aere mane,
Et gelidi rores laſſatum pectus ab undis
Conficiant penitus, ſurgunt ex flumine uenti

Ac ſpirant

Ac ſpirant auræ gelidæ, cum manè quadrigas
Nondum aurora ſuas tulit, aſt efferre moratur.
Sin nemorum denſas umbroſa cacumina ſyluas,
Decliuiq; iugo ualles ingreſſus opacas,
Cliuoſumq; petam montem, uiridiq; iacebo
Fronde ſuper recubans, & denſis corpore ſomnos
Suſtineo ramis, dulciq; ſopore ſolutus,
Si rigor & frigus forſan mea membra remittant,
Heu ſolus molli declino lumina ſomno:
Hei mihi tum metuo, ne fiam præda ferarum,
Neue lupis lacerer, ſyluasq; rapina per altas
Diſtrahar. aſt tandem potior ſententia uiſa eſt
Sic alternanti: nemorum condenſa petiuit,
Et ſyluas celſas, quas iuxta flumina uidit,
Atq; undas propius, qua ſeſe illuſtrior ora
Pandit, & ad lucos campos exponit apertos.
Hic ſubijt frondes, binaq; ex arbore iunctos
Inter ſe frutices: ſimul utraq; fixa propinquo
Creuerat ipſa loco, ſpacia intermiſſa patebant
Exigua, at denſæ iungebant brachia frondes,
Aſt olea altera erat, oleaſter & altera ſyluis
Arbor erat, nunquam uentorum flatus & auræ
Humida uis boreæ gelidi penetrauit, & ardens
Haud unquam Phaeton radios iaculatus iniquos
Huc egit flammas: pluuijs non imber aquoſis
Tranſijt, uſq; adeò denſæ iunxere cubile
Inter ſe frondes natæ. quas intrat Vlyſſes,
His mollem manibus lectum, cumulatq; cubile
Latius. hic etenim foliorum effuſio tanta
Arbore lapſa fuit, congeſtaq; frondis aceruis,

Vlyſſes aceruo foliorum inter arborũ frondes in ſylua per noctem ſeſe inuoluit.

Quanta

Quanta uel hybernis niuibus, cum frigida campos
Vrget hyems paßim, glacieſq́; horreſcit in agris,
Seu tres ſiue duos folijs defendat agreſtes.
Ergo alacris medijs iacet ærumnoſus Vlyſſes.
Extructoſq́; thoros obtentu frondis inumbrat,
Et folia affudit cumulo proiectus in alto.
Comparatio *Sic ubi in extremis titio bene conditur aruis*
Inter denſatos cineres, ut ſemina flammæ
In gremio ſeruet ſplendens, ubi nulla uirorum
Turba tenet campos circum, uicinaq́; iuxtà
Incolitur ſedes nuſquam, ſi fortè requirat
Vſus, ne flammamq́; ignemq́; aliunde petitum
Incendat mœſtus: folijs ſic ſeptus Vlyſſes
Fronde ſuper uiridi recubat, tectusq́; ſopore
Pallas ſomnum immittit Vlyſſi. *Membra rigat laſſus, fuditq́; in lumina ſomnos,*
Atq; oculos clauſit lacrymis: dulciq́; quiete
Corda leuans Ithaco molliuit prona labores
Exhauſtos pelago, & cladem, Tritonia Pallas.

ARGVMENTVM LIB. VI.

Aſtitit in ſomnis natæ Tritonia regis
Nauſicaæ Alcinoi, ueſteſq́; ad flumina ferre
Iußit, ut in fluidis lotæ purgentur aquarum
Curſibus, & tædas hymenæaq́; feſta propinqua
Eſſe ſibi hortatur ſubitò, thalamoſq́; iugales
Iuſſa facit uirgo. dum ludit littore nymphis,
Exercetq́; pilæ iactus: excitus Vlyſſes
E ſomno, uoces ſtrepitumq́; audiuit in aruis.
Alcinoiq́; rogat natam. dedit illa petenti
Veſtes atq; cibos. iußitq́; ad mœnia greſſus

Ferre,

Ferre, procul campis, ueſtigia tarda ſequentem.

ODYSSEAE LIBER VI.

Aruis uirgo ducem Scherijs excepit Vlyſſem.

CArpebat ſomnos folijs ſopitus Vlyſſes
Aeger, & exhauſto deſeſſus membra labore:
Cum iam Phæacum gentemq; urbemq; petiſſet
Tritonis Pallas, Scherios ingreſſa penates.
Qui quondam latas ſedes, Hypereiaq; arua,
Et prope Cyclopes tenuerant rura ſuperbos:
A quibus ut bello uexati, triſtia damna
Suſtinuere armis: nam longè uiribus illi
Anteibant. igitur clarus uirtute receßit
Nauſithous ſurgens, duxitq; per æquora gentem,
Conſedit Scherijs tandem rex exul in oris.
Hic procul errando profuga cum coniuge portus
Attigit, & terram procul à mortalibus unam,
Seiunctam pelago qui fama & laude uireſcunt.
Aruis excoluit, & candida mœnia fecit:
Eduxitq; urbes, muros & tecta domorum
Ornauit, circum ſedesq; extruxit in auras,
Templa quoq; eximia & fecit delubra deorum,
Sortiturq; agros circum, Phæaciaq; arua.
At cum Nauſithoo ſecuiſſent ſtamina Parcæ,
Illeq; Plutonis petijſſet merſus arenas,
Et Phlegethonteas undas, Acherontia regna,
Iam domitus fatis: ſucceßit regia proles,
Alcinous, regno dijs immortalibus æquus,
Conſilio, & cunctas celebri uirtute per oras,
Imperat ille uiris clarus, ſceptroq; potitus.

Phæacum origo.

Phæaces ex Hyperia Siciliæ in Scheriam delati.

Nauſithous.

Hyperea Phæacia dicta, & cheria, mox Corcyra, hodie Corphuna.

Illius

Illius acceſſit ſedem Tritonia Pallas,
Vt reditus forti tandem ſuccedat Vlyſsi.
Ingreditur thalamum Pallas, mirantia tecta
Artificis decus eximium hic, operumq; labores,
Nauſicaa. Hic ubi uirgo cubans laxabat membra ſopore
Nauſicaa, Alcinoi regis chariſsima proles,
Ingenio & forma non conceſſura deabus.
Multæ illam fruſtra præclara per oppida matres
Optauere nurum, petierunt ſæpe Pelaſgi.
Quam iuxta binæ candentes ora puellæ:
Eximiam his ſpeciem dederat quoq; gratia formæ,
Dixiſſes Charites illo recubare cubili.
Has non ſpreuiſſet Cypris, non ipſa Thalia.
Hinc atq; hinc nitido thalamo claudebat utrinq;
Nympha latus. clari radiabant limine poſtes,
Aurataéq; fores. formam mentita puellæ,
Quæ Nauſicleto quondam generata Dymante
Nauſicaa teneris iam pubeſcebat ab annis,
Aequaliſq; æuo, fuerat gratiſsima uirgo.
Irruit ad celſum Pallas ingreſſa cubile,
Non ſecus ac tenuis uento perlabitur aura.
Tum ſic affando ſupra caput aſtitit illi:
Pallas hortatur Nauſicaā ad lauandas ueſtes futurarum nuptiarum. Sic neglecta iaces, ſic nullo ueſtis honore?
Cur adeò incultam genitrix te fudit acerba,
Non ulla cura, quanquam matura iuuentus,
Nauſicaa indueris ueſtes, quas uſq; decoras,
Mirandiq; operis claras maleſana reſeruas.
Et tibi iam ſordent tunicæ, florentior ætas
Præterit ignauam. tibi nunc connubia tædis
Inſtant uirgo tibi, & teneros Hymenæus amores

Aduocat,

Aduocat, utq; inter uenias induta puellas
Circa humeros, opus eſt ueſtes tunicasq; decoras,
Atq; alias etiam, quas dones murmura tædæ,
Qui te deducent facibus, lætoq; hymenæo.
Nam bona ſectatur ſemper connubia fama, Laus coniugii.
Queis ſibi mortales laudem peperere iugalem.
Hinc pater & mater faciunt ſibi gaudia mentis,
Exultantq; ſuæ thalamis lætisq; hymenæis
Virginis. ut roſeis ueniens aurora quadrigis
Reddiderit lucem terris, hinc ire lauatum
Hortor, & ipſa adero, pariterq; lauácra iuuabo,
Teq; ſequar, facilisq; dabo tibi meq; fruendam,
Donec & officijs fungaris ſedula ripa.
Nam neq; uirgo diu fueris. te clara iuuentus,
Et proceres inter Phæaces undiq; gentes,
Et qui præcipuè magno uirtutis amore
Sublimes, poſcunt, connubia ueſtra procorum
Turba petit ſtudijs: pubeſcis ſidere uirgo.
Eſt tibi namq; genus, eſt regia gentis origo:
Tu quoq; ſpes generis, tu Graia per oppida fama.
Ergo hortare patrem, tibi mulas iungere curru,
Vt primùm radijs aurora albeſcere cœpit.
Tuq; uirum tunicas imas ac mollia pepla
Stragulaq; & ueſtes, & lintea picta figuris,
Lodicesq; feras pulchras. ſic curribus ipſa
Pulchrius hinc ueheris, quàm longa per arua puellis
Iueris hinc pedibus. Nam longius urbe lauacra
Hinc diſtant, procul hinc patrijs & aquaria campis.
Sic effata, auras, celſumq; petiuit Olympum,
Hic ubi diuorum ſedes æternaq; regna, Cœli octaui natura.

Infractæq;

Infractæq; domus firmiſſima tecta polorum,
Quæ neq; uentorum flatus quatit æthere puro,
Et nunquam pluuijs, nulloq; rigantur ab imbre:
Sedes deorum qualis. Sithoniæq; niues nunquam fulgentia tangunt
Culmina diuorum. ſemper ſine nubibus illic
Aethra coruſcat agens radios, circumuolat altè
Lucis amœna dies, quæ ſemper neſcia noctis
Vſq; nitet cœlo fulgens, ſplendorq; reſultat
Candidior paſſim. fœlicia numina cœli
Has habitant ſedes, hæc tecta beata frequentant.
Largior hic æther, hic lumine ueſtit Olympum
Albenti candor. deſpectant ſidera diui,
Sub pedibusq; uident ſolemq;, & currere lunam,
Erronesq; uagos. Quò ſe Tritonia Pallas
Contulit, ut nympham mouit. Mox altera lucem
Aurora extulerat, croceo uelamine fulgens,
Auratoq; throno reſidens inuecta rubebat,
Nauſicaamq; thoris nitidam ſimul euocat orta.
E`ſtratis ſurgens miratur ſomnia uirgo,
Perq; domos iuit celerans ueſtigia planta,
Pulchra caput fulgens, molli circundata peplo,
Narratura patri, ſomnoq; ea uiſa parenti:
Vt peteret currus, mulasq; ad plauſtra iugales.
Repperit hos intus uirgo, matremq; ſedentem, &
Iuxta ignem famulis torquentem pollice fuſos,
Purpureasq; colo lanas, & carpere penſa
Hortantem nymphas, genitoriq; obuia uirgo
Occurrit: namq; ille foras comitante caterua
Heroum ac procerum lætus properabat, iturus
Concilij ad ſedes, quò iam Phæaces adire
Hortantur

Hortantur celebres magnis de rebus agentes.
Huic prope ſuccedens genitori nata profatur:
O' mihi chare pater, precor altam iungere rhedã Nauſicaa patrem currum poſcit.
Hic iubeas famulus, mulis, currumq; rotundum,
Vt lotura ueham precioſam ad flumina ueſtem,
Quæ iam ſordeſcit. Nam te dum conſulis urbi,
Mixtus principibus, lautas ut corpora ueſtes
Te decet, ipſe geras. nati ſunt ordine quinq;
Præſtantes, quorum bini connubia nuptis Filii Alcinoi.
Iunxerunt, terni iuuenes ſub cœlibe uita
Pubeſcunt teneris annis, æuoq; uireſcunt,
Qui puras ſemper ueſtes, tunicasq; repoſcunt
Iam lautas nuper, petituri nempe choreas
Atq; choros faciles, omnis hæc cura recumbit
In tibi dilectam natam. nam uoce maritæ
Leges, & uiridi connubia prima iuuenta,
Florentesq; faces thalami prædicere patri
Erubuit uirgo: quanquam præſenſerat ille.
Tum reſponſa dedit natæ: Chariſſima proles, Alcinous filiæ.
Haud equidem inuideo mulos, curruſq; iugales,
Siue aliud quodcunq; petis. uade inclyta nata:
Edicam ſiquidem famulis tibi iungere currum
Excelſum mulis ſubitò, rhedamq; rotundam,
Quæ prætenta altis lignis grauido extat utrinq;
Apta oneri. dicens, ſeruis unà imperat. illi
Imperio parent, curruſq; educere certant,
Atq; rotas aptant agiles, agitataq; ducunt
Eſſeda: tunc altas curru ſubmittere mulas
Feſtinant: thalamis exportant lintea nymphæ,
Ac nitidas ueſtes ponunt uelamina curru

Extendunt nitidas, hic circum littora ponti,
Quà pelagus ſcopulos & petras abluit undis,
Vſq; ad terrenum, ripæq; impulſus arenas.
Deinde lauant corpus nudæ ſub margine nymphæ,
Membraq; tunc omnes oleo labente perungunt.
Mox ſumunt epulas curua prope flumina ripa.
Interea expectant, dum puræ littore ueſtes
Siccantur radijs Phœbi, ſplendoreq; ſudo.
Vt uerò famulæ, nec non & regia uirgo
Oblectare animum dapibus, tum ludere certant
Arte pilæ, & uittas rapiunt ac ſerta puellæ,
Proijciuntq; in humum: quas inter regia proles
Candentes humeros ſplendens formoſa canebat.
Qualis Deliacis Diana ingreſſa ſagittis
Per iuga Taygeti longiſsima, ſiue Erymanthi,
Delectatur apros uolucres, ſeu cernere ceruos,
Quà pariter ludunt nymphæ Iouis aurea proles,
Exercentq; choros nemora inter frondea iunctæ
Agreſtes: lætum pertentant gaudia pectus
Latonæ matris, ſubitò quam mille ſequutæ
Hinc atq; hinc glomerantur Oreades, illa ſuperbam
Fert frontem, gradienſq; Deas ſupreminet omnes
Excelſo capite, atq; inter notiſsima nymphas:
Vtq; omnes pulchræ, ſola eſt formoſa Diana:
Sic inter teneras uirgo intemerata puellas,
Eximio formæ decore excellebat in aruis.
Iam reditura domum, curru ſubmittere mulas
Imperat, & nitidas dudum componere ueſtes.
Inq; plicas ornant puriſsima carbaſa nymphæ.
Tunc tamen hic aliud meditata eſt cæſia Pallas,

Nimirum ut ſurgens præſtantem cerneret ora
Dulichius nympham, cui forma inſignis, ut ipſum
Duceret illa domum, ſecum intra mœnia celſa,
Phæacumq́; arces. Ergo regina miniſtram
Virgo pila petijt. iactumq́; auertit ab illa
Caſus, & in fluuium cecidit proiecta ſonantem
Altis uorticibus, demerſaq́; gurgite pila
Delituit. Nymphæ uoces ſuper ardua tollunt
Sidera, & immani ſyluæ clamore reſultant.
Hic ſubitò nemorum tractu commotus Vlyſſes
Sedit, & hinc partes animum diuiſit in omnes,
Multa diu uoluens. tum ſecum talia fatur:
Hei mihi, quorum hominum terramq́; & littora ueni?
Quod' ue ſolum tetigi, rurſus ſeruatus ab undis?
Qui' nam cultores, an gens uiolentior ira
Incolit, an' ne feri, non mitia pectora, geſtant,
Agreſtesq́; habitant? An forſan iuſta propago,
Hoſpitibusq́; fauens, miſeris an & hoſpita tellus?
An lenes animos, & ſuaues pectore mores
Admittunt, an & ipſa deos uicina per arua
Turba colit ſacris? uacuas namq; impulit aures
Fœmineus clamor nympharum, flumina iuxta,
Quæ celſos habitant umbroſa cacumina montes,
Seu fluuios fontesq́; colunt, nemoroſaq́; rura,
Herboſosq́; iugis ſaltus & amœna uireta.
An' ne homnies iuxta uerſor: qui uoce tumultus
Extollunt campis? ſed quid tentare nocebit?
Experiar, greſſumq́; feram, præſensq́; uidebo.
Sic ait, arboreis antris & frondibus altis
Denſa progreditur ſylua, ramumq́; uirentem

Excitatur Vlyſſes clamore puellarum pila ludentium.

Arbore

Arbore defregit ſumma, plantamq́; feracem
Ramalis folijsq́; tegit genitalia denſis.
Corpore nudus erat toto, nemorumq́; relinquit
Egrediens lucos. ueluti cum montibus altis Comparatio
Ora leo ſæuus, & pectora denſa comarum
Nutritus, multos quem ſaltus pinifer annos
Defendit, multosq́; nemus frondoſa per arua,
Egreſſusq́; fremit, uentos perpeſſus & imbres,
Excutiens ceruice thoros, & uiribus audax,
Attollitq́; animos minitans, & robora ſpirat,
Seq́; agitat furijs, totoq́; ardentis ab ore
Scintillæ abſiſtunt, oculis micat acribus ignis,
Ardeſcitq́; acies, & ſpargit lumina campis,
Siue boues inter, ſiue inter ouilia greſſu
Impauidus fertur, laniataq́; corpora tabo:
Seu ceruos inter dirus graſſatur agreſtes.
Cogit enim maleſuada fames, uenterq́; furentem,
Ire greges inter, propiusq́; accedere tecta,
Quæ bene deciſis ramis texere coloni.
Ipſe comas inter ſic flauas fronde puellas
Se miſcens Ithacus, peragrabat corpore nudus.
Sic illum ærumnis miſerum mala cogit egeſtas:
Sic ſubitò horrendus nymphis apparuit ille,
Aequoreo fluctu ſqualens afflictus Vlyſſes.
Aſt huc atq́; illuc trepidæ fugere puellæ: Terrentur uirgines, nudo Vlyſſe in ſylua conſpecto,
Vt quamcunq́; tulit, properauerat, impetus, illuc:
Ac curſu celeres petierunt littora curua,
Et quà procurrit margo: timor addidit alas.
Tum ſola Alcinoi proles interrita manſit.
Huic etenim audaces uires Tritonia Pallas

Fecerat, atq; metus membris exemerat acres.
Aduerſo uirgo ſtetit ipſa affixa tuenti.
Dulichius ſubitò meditans, an tangeret illi
Genua cadens ſupplex, an molliter ipſe precatus
Diſtaret ſpacio longo, blanduúq; rogaret,
Monſtraret ſedes index, & mœnia fœlix,
Vtq; daret munus ſibi ueſtes hoſpita uirgo:
Sic alternanti ſedit ſententia regi,
Vt procul ipſe petat ſtando, ſupplexq; precetur
Molliter affatus, metuens ne tacta puella
Genua ſibi indignans, faciles ardeſcat in iras.
Sic prudens ergo uerbis orditur amicis:

Vlyſſis nudi oratio ad Nauſicaã uirginem ſupplicis.

Aduenio ſupplex, precor ô Regina, *tuere:*
O` *quam te memorem uirgo, ſeu ſanguinis una*
Nympharum, ſiue es dea, ſeu mortalis origo.
Sin dea, quæ cœlum calcant, tu nempe Diana,

Virg. 1. Aen.

Quæ Ioue *nata olim proles eſt chara* Tonante,
Hanc forma ingenioq; refers, & corpore celſo:
Nam te cum uideo, ſimilem reor eſſe Dianæ.
Siue es mortalis, nympharum forſitan una
Quæ terras habitant undis heroides altis.
Et pater & mater, qui te genuere, beati:
O` *ter fœlices fratres, ô terq; quaterq;.*
Lætitia his uiridi ſemper floreſcit ab æuo,
Exultans animus, cum te ceu nobile germen,
Frondentem aut fructum, repetentem feſta choreis
Aſpiciuntq; choros. Sed fœliciſsimus ille
Ante alios omnes, tibi qui dotalia regna
Iunxerit, & tecum qui connubialia iura
Sacrarit, teq; in ſedes deducet auitas.

Haud

Haud unquam talem uidi, ſiue ore puellam
Vſq; adeò inſigni, ſeu talis corpore formæ
Mortalem inſpexi: tenet admiratio mentem,
Obſtupeo obtuitu: Deloq; ad Apollinis aras
Nuper uiſa mihi contendere in ardua palma,
Inq; polum ſurſum ramis fœlicibus arbor.
Mirabarq; nouas frondes, atq; arbore germen,
Obſtupuiq; diu. namq; illuc puppibus iui,
Hic ubi erat populus creber, genteſq; frequentes
Occurrere uia. uerùm hic ſuper æquora curſus
Intulit heu clades nimias, ſæuoſq; dolores.
Illic tum uidi fœlices arbore ramos:
Tale equidem germen nunquam excreuiſſe ſub auras
E' terra uidi, lambebat ſidera cœli
Altè ſublatum, rapiorq; ſtupore uidendo
Admirans plantam. Sic te quoq; candida uirgo
Demiror ſtupidus, uereorq; attingere triſtis
Genua tibi ô nymphe: quoniam me luctus acerbus
Irruit: heu lapſum nimium fortuna gubernat.
Heſterna ſiquidem fulſit uiceſima luce,
Nempe dies lugenda mihi, cum cærula ponti
Naufragus euaſi, uicenos æquore ſoles:
Vſq; adeò miſerum celeres rapuere procellæ,
Per pelaguſq; egit nox intempeſta ſub undis,
Inſula ab Ogygia, ponti tot fluctibus alti,
Donec me huc pepulit caſuſq; deuſq; per undas:
Nimirum ut patiar rurſus non mitia fata,
Haud ceſſare reor. nam ſemper plura deorum
Fert mala turba mihi, ſortemq; reducit acerbam.
O' miſerere precor, decus ô regina parentum.

Dura ſero multum terris iactatus & alto.
Te primam acceßi ſupplex, miſereſce precantis.
Non alios homines uidi, qui mœnia celſa,
Quiq; colunt terram, quiq; arua ligonibus urgent.
Sis fœlix, noſtroſq; leues quæcunq; labores.
Demonſtreſq; urbem gentis, laceraſq; benignè
Induar ut ueſtes dones, ſagulisq; puella:
Si tunicas uiles, ſi quæ uelamina tecum
Portaſti huc ueniens. ſic dent tibi numina diuûm,
Quæcunq; ipſa cupis. ueniant ſucceßibus opto
Omnia læta tuis. ſic dent & candida tecta,
Egregiumq; uirum, nec non ſponſalia grata,
Concordia in coniugio nihil utilius. *Atq; domus pacem, regat ut concordia mentes:*
Legitimus quoq; creſcat amor, ſponſalia nexu
» *Perpetuo durent, placidè. non dulcius uſquam,*
» *Vtiliusq; aliud, quàm ſi bene ſentiat uno*
» *Fœmina uirq; thoro, parili uel honore gubernent,*
» *Prudenterq; lares ornent, & patria tecta*
» *Aequis amplificent ſtudijs animisq; frequentent.*
» *Hoſtibus inde dolor, ſed amicis gaudia plena:*
» *Aſt ipſos ſequitur decus & pulcherrima fama.*
» *Diſcordes animos furiarum iactat erinnys.*
» *Coniugis at placido ſuccedit gratia lecto,*
» *Et præſtat thalami concordia ſancta pudici.*
Nauſicaa inde humeros fatur præſignis, & artus:
Nauſicaa Vlyſſi. *O hoſpes, quoniam non ulla inſania mentem*
Vexat: at eſt animis uideo tibi ſtrenua uirtus,
Haud etenim ignauo ſimilis: prudentia namq;
» *Pectus habet celſum. Verùm ipſe bonisq; malisq;*
» *Donat opes largas, & diuidit omnia ſummus*

Iuppiter

Iuppiter, utq; placet cunctis largitur ab alto. "
Nempe dat & quodcunq; lubet deus ipſe, rapitq; "
Quæ tibi cunq; data eſt, cuncta eſt ſuperanda ferendo "
Sors, obiecta ſemel. quoniam nunc hoſpes adiſti "
Hanc urbem, herbiferamq; oram, non ueſtis egebis,
Non alijs quas ipſe petis tu rebus, & illis
Quæ decet ut ſupplex, ærumnis feſſus, & æger,
Occurſu accipiat, noſtra regione carebis:
Quamq; optas urbem tibi dicam, & nomina gentis.
Hanc habitant urbem & terram Phæaces amœnam.
Aſt ego magnanimi proles ſum candida regis,
Alcinoi: cuius iam lata potentia regni,
Et celebris uirtus. qui nunc dominatur in oris
Phæacum. dicens, tunc nymphis imperat ira
Flauicomis: Heus ſtate citæ, quò tenditis aruis? Nauſicaa puellas reuocat.
Quó ue fugam celeratis agro? quæ cauſa coegit?
An'ne hominem fugitis conſpectum littore nuper?
An'ne iſtum hoſtilem cenſetis adeſſe puellæ,
Immanem' ue aliquem ſyluis? haud ullus arenas,
Contigeritq; oras Scheriæ peregrinus amœnas,
Phæacumq; ſolum, pugnasq; & prælia ſæua
Illaturus, agros ſegetemq; exurere flammis
Auſus, ſeu noſtris inferre incendia ſyluis?
Hic habitamus agros, medioq; in gurgite rura:
Turba ſumus, cœli ſemper gratiſsima diuis,
Orbeq; ſeiuncti, nec cuiquam accedere puppi,
Nec commiſceri temerè datur inter amaras
Has pelagi lymphas. hic errabundus arenas
Contigit infœlix Scherias, & naufragus undis
Eiectus miſerè. decet excipiatur amicis

Hoſpitalitatis commendatio.

A' nobis epulis. Peregrinos numina curant. "
A'Ioue nam ſupplex, pauper, procedit & hoſpes. "
His quodcunq; datur, eſt magni muneris inſtar: "
Sit licet exiguum, tamen eſt præbere decorum. "
Ferte illi ſubitò potumq; cibumq; puellæ.
Abluite hunc puris undis, & flumine uiuo,
Quà loca uentorum flatu bene tuta quieſcunt.
Sic ait, aſt illæ ſteterunt. nam uoce moratæ,
Ac ſeſe hortatæ, torquent ueſtigia nymphæ.
Atq; Ithacum ducunt, quà nulla immanior aura
Flabat, & à uentis nullis loca mota ſilebant:
Vt regina iubet, proles nitidiſsima regis,
Nauſicaa Alcinoi, tunicasq; & pallia, ueſtes,
Atq; oleum humeſcens aurato uaſe miniſtrant.
Seq; iubent fluuio puroq; in fonte lauaret.
Tum ſic ancillis teneris hic infit Vlyſſes:

Vlyſſes abluitur, & oleo Nauſicaæ perungitur ad littus.

Eſte procul caſtæ, procul hinc abſcedite nymphæ,
Donec ab æquoreis humeros ego fluctibus ipſe
Abluero fluuio, & liquido mea membra perungam
Feſſa oleo nimium, cupit hoc unguenta refundi
Corpus inane ſibi: mihi defuit unctio longum,
Cedite uos nymphæ, nunquam me uiderit hora
Vngentem coram, prohibet reuerentia ueſtra,
Meq; pudet nudum pulchras adijſſe puellas.
Sic ait, & ſubitò nymphæ ceſſere ſeorſum,
Nuncia laturæ dominæ. ſed ſolus Vlyſſes
Lauit aquæ fluuio corpus, ſubmerſus in unda,
Aequoris abſtergens limum, fluctusq; marinos
Circa humeros & terga manu. nam puluis inhæret,
Et ponti ſordes, puluisq; immixtus arena.

Aſt ubi

Aſt ubi ſe lauit, perq́; omnia membra liquore
Purgauit corpus: liquido tunc ungere cœpit
Ipſe artus oleo: ſibi quas innupta puella
Præbuerat ueſtes, indutum Pallas adauxit,
Maioremq́; dedit membris facieq́; uideri
Auguſta, atq; magis præſtanti corpore denſum.
Deinde comas nitidas fecit, crinemq́; decorum
Demiſſum capiti pulchro, ſimilemq́; Hyacinthi
Floribus illa dedit: ueluti circundatur auro
Argentum à fabro, docuit quem Mulciber artes
Omnigenas, Pallasq́; ſimul Tritonia mentem,
Artificumq́; manus tradens, clarosq́; labores,
Vtq́; opus egregium, quod tollat gratia laude,
Conſtruat, & famam iungat res ipſa nitori:
Sic humeris illi capitiq́; affudit honores.
Quem procul aſpiciens calcantem littora ponti,
Dum ſpaciatur agris ſpecie miroq́; decore,
Quem Charites illi dederant per membra ſorores,
Et forma inſigni fulgentem, regia uirgo
Obſtupuit: tantum egregio decus enitet ore.
Vtq́; comis inter flauas erat illa puellas,
Quarum ulnæ poterant ebori ſectoq́; elephanto
Candore eximio certare, & uincere cultu:
Vſq; adeò ſplendent albentia brachia nymphis,
Vulneraq́; heu iuuenum niueis in corda lacertis
Infligunt dulces celebri candore puellæ,
Quæ fabor, precor ô nymphæ mea figite dicta:
Non ſine conſilio uenit, aut ſine numine diuûm,
Qui ſedes calcant altas ſtellantis Olympi:
Seq; deum populo Phæacum immiſcuit iſte

Nauſicaa Vlyſſem demiratur, eumq; ſibi maritum exoptat.

Mortalis.

Mortalis. namq; ille prius deformior artus
Viſus adeſſe mihi: decorat nunc gratia uultus,
Os humeroſq; deis ſimilis, qui culmina cœli
Lata tenent. utinam mea ſic ſponſalia coniunx
Iungeret, & talis ſuccederet ore maritus
Coniugio electus, coleretq; hic arua parentis,
Et pia regna patris pariter, mecumq; manere
Optaret placidus. Quare ô mihi pectora chara
Huic præbete cibos, & porgite pocula bacchi,
O comites Nymphæ. Subitò parêre miniſtræ,
Atq; adferre epulas, & dulcia uina Lyæi.
Ipſe uorans eſcas tunc ærumnoſus Vlyſſes
Gurgitat, & rapidè potabat uina ſedendo.
Namq; famem tolerans diram, iam tempore longo
Impaſtus fuerat, uacuo ieiunia uentre
Egerat. interea eſt niueis aggreſſa lacertis
Nauſicaa, & ueſtes iunctas ſuper ardua ponit
Ligna manu currus, & plauſtra nitentia ferro,
Submiſitq; iugo mulas, quarum ungula campos
Fortis calcabat uirides, ſcanditq; curulem.
Talibus & dictis refferens hortatur Vlyſſem:
Nauſicaa Vlyſſi. *Surge, ait, ô hoſpes: petimus iam mœnia curru.*
Te nunc belligeri ducam gratiſſima regis
Ad tecta, atq; arces, ſedeſq; ego fida parentis.
Hic ubi Phæacum cernes heroas & altæ
Virtutis factis celebres, quicunq; per aulam
Excellunt: quoniam prudens tibi pectus abundat,
Ne quò deflectas campis errore uiarum,
Dum per agros uehimur uirides, hominumq; labores.
Tu ſequêre hac mulas, curruſq; per arua puellis,
Acceleraq;:

Acceleraq́; : uia præcedam uecta rotarum.
Aſt ubi Phæacas arces, urbemq́; propinquam
Aſcendemus agris, quæ ſint ea ſigna docebo.
Hanc altæ cingunt turres, & portus utrinq;
Iuxta urbem amplexi, pulchros falcantur in arcus,
Anguſtæq́; ferunt fauces, ingreſſus ab undis
Arctatur, ualida naues ſtatione tenentur,
Vſq; uiam & remis actæ prope littora puppes
Stant pelago, paßim retinent naualia claſſes.
Inde forum excelſum, & Neptunia templa uidebis
Iuncta foro. radiant Phœbo pulcherrima tecta,
Structa deo pelagi. iuxta fora ſtrata politis,
Quadratisq́; ſolo ſaxis, terræq; refixis,
Fluxilibusq́; patet Cilicum uia culta per urbem
Structuris puppes illic, naualiaq́; arma,
Et reſtes funesq́; ratis, tenſosq́; rudentes
Conficiunt, reparantq́; foro. tum ſtringere remos
Incumbunt. neq; enim Phæacibus ulla ſagittas
Torquendi cura eſt arcu, pharetrasq́; ſonantes
Ferre humeris : tantum malos, & remige puppes,
Remorumq́; alas amor eſt agitare per undas.
His freti canos fluctus & cærula ponti
Traijciunt, gaudentq́; fretum ſecuiſſe carinis:
Horum igitur uoces fugio ſermonis acerbi,
Ne quis poſt tergum famam latrare laboret,
Incuſetq́; nimis. gens eſt hac urbe ſuperba,
Et uulgo plures queis mens elata puellis
Inſultare audet. ne quis manifeſtior urbe
Occurat nobis miſcens conuicia dictis:
En quis Nauſicaam ſequitur formoſior hoſpes,

Arcem regis deſcribit, & urbem.

Nauſicaæ uerecundia.

Atq;

Atq; ingens membris: quo talem repperit aruo.
Forſitan & coniunx partus, tædæq; iugales,
An' ne aliquem errantem peregrina naue recepit?
Namq; alij nulli circum uicina pererrant
Rura. deus forſan cœlo delapſus ab alto
Optanti occurrit mitis, ſponſalia lectis
Iuncturus: facilis firmo retinebit amore
Connubij talem ſemper melioribus uſa.
Repperit auſpicijs nunc iſtum uirgo maritum.
Atq; aliunde uirum nacta eſt. Phæacas in oris
Contemnit patrijs ſpes inuidioſa procorum:
Qui petiere illam, multi natalibus orti
Præclaris fuerant, nec non uirtute uirebant.
Sic equidem obijcient, ſæuæ conuicia linguæ
Opprobrio mihi erunt, famæ decoriq; nocebunt.
Dum ſic oblatrent, fideiq; exorſa petitæ
Ambitioſa meæ ſpernant, lacerentq; proterui.
» Indignata equidem facientem talia nympham
» Non minus incuſem, ſi quæ pia iuſſa parentum
» Sperneret, & turpes male caſta ſequuta uirorum
» Concubitus ineat, facili & capiatur amore
» Coniugij ante thoros, manifeſtaq; ſacra iugalis
» Prælatæ tædæ. quare ô mea concipe dicta,
In patriam ut reditus ductu genitoris amœni
Concilies, notos reueharis naue penates.
At nos inde nemus clarum, & florentia rura
Accedemus, ait. locus eſt, nemoroſaq; ſylua,
Palladis arborea ramorum fronde coruſcans:
Inde uiam iuxta nutrita paludibus alnus,
Et quæ nigra comas ſibi gaudet populus unda.

Poſt fluit illimis etiam hinc argenteus undis:
Circum prata uirent, & uernant gramine flores.
Hic delubra patris, nemus & memorabile rure.
Hic locus Alcinoo ſacer eſt, lucoq; uireſcit,
Florenteſq; horti, medijs pomaria ſyluis
Arbore crebra alta, & dulci uineta racemo.
Vrbe tamen diſtant, quantum clamore per auras
Auditur tenues, qui uociferatur in agris.
His reſidens hoſpes maneas tantiſper in aruis,
Donec nos urbemq; & regia tecta parentis
Contigimus curru. cum iam ſperaueris ipſe
Nos intraſſe domos, ſubeas, & maxima tecta
Magnanimi Alcinoi quæras, notiſsimá celſis
Mœnibus illa patent, pueris monſtranda per urbem
Quilibet hæc infans, qui iam floreſcit ab annis,
Illa docere poteſt: non ulla excelſa per urbem
Sunt adeò, aut domibus tecta ulla æquanda parentis,
Phæacumq; aulæ ſuperantur. culmina gentis
Nulla adeò excellunt, qualis mea regia patris
Herois. Tum, cum te ſedes tanta recepit,
Vmbrauitq; domo, contende per atria longa.
Inde meam ad matrem torque ueſtigia greſſu:
Illa foco reſidet puri ſplendoris ad ignes
Flia trahens, fuſoſq; colo, reuolutaq; penſa,
Purpureas ducit uiſu mirabile lanas,
Nixa columna alta: famulæq; ex ordine longo
Ponè opus exercent. iuxta thronus aurea ſedes,
Ille ſedens alto menſa bibit aureus ore
Ceu deus: argento huic abacus reſplendet, & auro.
Aſt hunc prætereas, matriſq; attingere dextrà
Genua

Nemora & hortos deſcribit Alcinoi regis.

Honeſtiſſimæ matronæ ſtudium.

Matrē ſupplex

> quam patrē Vlyſſi compellandam, ſuadet Nauſicaa.

Genua citus properes, ut tandem tecta reuiſas
Exultans patriæ, quanquam diſiuncta per undas
Hinc procul illa tibi diſtat. ſi fronte receptat
Te mater læta, & dictis ſolatur amicis,
Spes erit agnatos patriosq; uidere penates,
Fœlicesq; domos, habitataq; mœnia muris,
Ire tibi puppi & patriam contingere terram.
Sic ait immittens laxas mulabus habenas,
Et plauſum longè dedit, inſonuitq; flagello.
Illæ præcipites liquerunt fluminis oras,
Et uirides ripas, & amœna fluenta ruentes
Corripiuntq; uias curſu, pedibusq; ſonabant
Ferratis campo : uirgo moderatur habenis,
Vt faciles greſſu calcantes rura puellæ,

> Nauſicaa reuehitur in urbem.

Dulichiusq; uias ſequeretur longa per arua.
Illa uolat curſu, tergoq; immiſſa flagella
Concitat. occiduas currum merſurus in undas
Phœbus, equis pronus, ripis ſe inclinat Iberis.
Attigerantq; nemus nymphæ, lucosq; ſacratos
Palladis, & celſis latè loca conſita ſyluis.
Hic tandem ſolus, feſſus deſedit Vlyſſes,
Talibus hinc orat diuam cum ſupplice uoce:

> Vlyſſes preces fundit Palladi.

Summa Iouis proles, qui concitat ægida flammis,
Fulminibusq; ardet, bellis inuicta dearum,
Virgo potens pugna, nullisq; domabilis armis:
Audi diua preces tandem. non antè ſolebas
Exaudire mari, toto quando æquore pulſum
Me uaſtabat aquis, merſamq; ruebat in undas
Neptunus puppim, & me iactum gurgite uaſto
Vrgebat, uentosq; ciens agitabat in æquor

Per fluctus:

Per fluctus: da Phæacum contendere ad urbem,
Da gratus ueniam Scheriæ, gentiq́; deorum.
Diua precor miſerere, inquit, tuq́; optima ſcuto
Protege: Si colui ueſtros armatus honores.
Dixit, opemq́; Deæ non uana in uota uocauit.
Audijt illa preces. ſed nondum aduerſa Minerua
Emicuit uultu, patruum reueretur amarum,
Inſenſumq́; odijs. Ithaco crudeliter antè
Inſigni eſt pietate duci indignatus Vlyßi,
Quàm patrias alta puppi remeaſſet in oras.

ARGVMENTVM LIB. VII.

Nauſicaa excelſam curru defertur in urbem.
Quam quoq; Dulichius ſequitur, ueſtigia preſſa
Greßibus obſeruans, ſubitoq́; ad regia tecta
Ille gradum torquet, ſupplexq́; affatur Areten
Regis coniugium. dapibus menſisq́; remotis,
Quærenti unde ferat ueſtem: nam nouerat illam:
Reginæ curſus pelago quoq; narrat Vlyſſes,
Erroresq́; ſuos, fractaq; ut naufragus altis
Puppe natarit aquis iactando brachia ponto,
Pulſus ab Ogygia, donec Phæacia rura,
Et Scherias oras liquidis adnauerit undis.

ODYSSEAE LIBER VII.

Exceptum Scheriæ proceres ſolantur Vlyſſem.

PAllada delubro precibus ſic flectit Vlyſſes, Reditus Nauſicaæ in urbē
Dum celeres curru mulæ uexere puellam
Vſq; urbem Scheriam, & clariſſima culmina regis.
Hic tum ueſtibulo ſteterant ſibi corpore fratres

Eximio ingentes, ueluti quoq; numina quædam,
Et dijs æquandi: properant, ſtudioq; puellæ
Circumfuſi aderant. curru ſoluere iugales,
Defeſſas mulas: tum candida lintea curru
Lota ferunt intrò. thalamumq; ingreſſa puella

Eurymedusa nutrix Nausicaæ

Sedit: anus rutilas flammas accenderat illi,
Inq; foco gratos ignes, cui cura cubilis
Et thalami fuerat. quæ quondam muner a regis
Alcinoo à terra uecta eſt in puppibus altis,
Quæ iuncta eſt orbi, quamq; alluit Amphitrite.
Nam tunc Alcinous cunctis Phæacibus unus
Rex erat, & populos frenabat lege ſuperbos.
Hæc quoq; Nauſicaam patria nutriuit in arce,
Quæ iam creſcebat niueis formoſa lacertis.
Tunc ignem accendens, cœnam reparabat opimam.
Interea Scheriam ſurgens contendit ad urbem
Dulichius, carpitq; uias ad mœnia greſſu.

Vlyſſes a Minerua in regiam Alcinoi ducitur nebula tectus.

At Pallas multo gradientem hic aere ſepſit,
Ac multo nebulæ, circum dea fudit amictu:
Cernere ne quis eum, neu quis contingere poſſet,
Moliri ue moram, aut ueniendi poſcere cauſam:
Neu quis magnanimûm Phæacum occurreret illi,
Obijceretq; ipſi ſæuæ conuicia linguæ,
Quis foret exquirens, cur has attingeret oras?
Iamq; urbem egregiam tectis intrabat Vlyſſes,
Cum uenit occurſu Pallas, mentita puellæ
Nota Neenidis præclaræ uirginis ora,
Vrna geſtantis liquidos à fonte liquores.

Vlyſſes Palladi.

Tunc prior hanc coràm ſubitò ſic quærit Vlyſſes:
Ecquid nata potes me ad regia tecta petentem

Ducere

Ducere ad Alcinoum, Scherijs qui regnat in oris
Hos homines inter, longis peregrinus arenis
Ex Apia huc uectus Pelopeïa rura reliqui,
Infœlix paſſus diſcrimina ſæua per undas,
Ignarusq́; hominum, qui pinguia culta per agros
Hasq́; colant oras, atq; urbis mœnia tantæ.
O pater, illa refert, arces tibi ſola potentis Pallas ſub Neenidis perſona, Vlyſſi.
Oſtendam regis. nam proxima tecta parentis
Egregij ſurgunt. habitat pater optimus arci
Contiguus: paries regalibus imminet hortis.
Ergo age præcedam, ſequitor ueſtigia calle.
Non aliquem aſpicias, non ullum quærere uoce
Suſtineas, hortor. neq; enim hoſpes amatur in iſtis
Finibus Alcinoi. raro amplectuntur amanter
Phæaces, illos, quicunq; hæc littora curua Hoſpites Barbaris inuiſi.
Ignoti accedunt: tantum uelocibus unda
Confiſi ratibus, lentant per cærula naues,
Perq́; uagos fluctus acti, pelagusq́; profundum,
Quæ ſuperant alas curſu, celeresq; ſagittas.
Sic dedit ingenium inconſtans & mobile genti,
Vt celeres puppes, quæ uincunt gurgite pennas,
Et ſenſus animi, aut mens incita currit in auras,
Iuppiter. hæc dicens, ſubito ueſtigia torſit
Pallas progrediens, ſequiturq́; hanc hoſpes Vlyſſes.
At non Phæaces præclari nauibus altis
Dulichium norant peragrantem mœnia celſa.
Perq́; urbem greſſu celeranti diuus Vlyſſes
Infert ſe ſeptus nebula, mirabile dictu, Virgil. 1 Aen.
Per medios, miſcetq́; uiris, neq; cernitur ulli,
Dum per Phæaces tendit; nec flaua Minerua

Paſſa fuit, denſas nebulas affuderat illi.
Miratur naues, portus miratur Vlyſſes,
Heroumq́; forum, ſtrepitumq́;, & ſtrata uiarum,
Et longas ſedes, & mœnia ſtructa per urbem,
Excelſis palis & ſuſtentata columnis
E` ligno cæſis, uiſu mirabile, tecta.
Vt tetigere domos claras, atq; inclyta regni
Pallas Vlyſſi Culmina, ſic Pallas: En hæc, gratiſſime, ſedes,
Hoſpes, ait, quam mente cupis: proceresq́; per aulam
Inuenies celebres, quorum genus à Ioue ſummo,
Perpetuis menſis conuiuia læta ſedendo,
Atq; epulas inter, bacchumq́; & pocula larga
Curantes alacres. domus utq́; intrata pateſcit:
» Nil metuas animo: prodeſt audacia rebus,
» Audaces fortuna iuuat. nam fortis ubiq;
» Res peragit melius, uel ſi peregrinus ab oris
Hoſpes adeſt alijs. Reginam ſede ſub alta
Offendes primò. Arete nobile nomen,
Alcinoi coniunx, ſed nata parentibus iiſdem,
Qui genuere olim regem Phæacibus altum,
Alcinoum primò, qui terræ quaſſat arenas,
Nauſithoum genuit Neptunus, & inclyta forma
Genealogia Alcinoi regis, & Aretes reginę. Magnanimo proles quondam Eurymedonte creata,
Inter Sicanas fama Peribœa puellas,
Corporis & decoris membris celeberrima natu,
Poſterior reliquas inter laudata ſorores,
Nixa ſolo fudit. pater inter ſceptra Gigantes
Elatos animis tenuit, gentemq́; ſuperbam
Frenauit regno. populos ſed cæde nefandos
Erymedon. Perdidit Eurymedon, ſæuamq́; occumbere mortem
Suſtinuit

Suſtinuit pariter crudeli ſtrage Gigantum.
Hinc pelagi rector peribœæ mixtus amore,
Concubitus iniens ſuſcepit uirgine prolem,
Fortem Nauſithoum, qui mox Phæacia regna,
Phæacunq; oras tenuit, ſceptroq; potitus
Edidit Alcinoum, nec non Rhexenora clarum: Rhexenori
Quem tamen imberbem, & adhuc in tonſa iuuenta
Ora adoleſcentem, poſtquam ſponſalia prima
Feciſſet patrijs tectis, iaculatus Apollo
Deiecit telis: ſonat huic argenteus arcus,
Atq; humeris pharetræ. moriens tamen ille reliquit
Areten ſolam prolem, quam regna potitus
Alcinous duxit iungens connubia tædis.
Fœmineas inter turbas hæc unica culta,
Alcinoo regi magno ſub honore reſedit.
Tantaq; coniugio perſtat reuerentia regis,
Qualis terrarum nuſquam celebratus in oris,
Seu quæcunq; domos curans amplectitur artus
Coniugis, & dulci recubat ſubiecta marito,
Sic nati Alcinousq; ſimul uenerantur in arce,
Suſpicit & populus magnæ uirtutis amore.
Tantus honor, ſplendorq;, & regia coniugis altæ
Maieſtas: adeò cuncti ceu numen adorant,
Mollibus & dictis uenerati quiſq; per urbem
Excipiunt, plauſuq; ferunt, unaq; ſalutant
Ingreſſam nymphis. magna eſt ſapientia mentis, Aretes laus.
Ingeniumq; illi fœlix, populoq; benigna
Succurrit, litesq; atras dirimitq; iuuatq;
Læta reos. alacris quòd ſi te pectore miti
Excipiet, ſpes certa tuos dulcesq; penates,

Turrigeraſq; domos, patriamq; uidere relictam.
Sic ait, & tenues abijt Glaucopis in auras,
Et quæ uite carent fugit trans æquora cana.
Hinc Marathona petens magnas intrauit Athenas.
Athenæ Palladi ſacræ. Vrbs eſt Actæis Diuæ latiſſima muris,
Erechtheus rex. Hic ubi equûm domitor quōdā regnabat Erechtheus,
Cuius tecta ſubit Pallas, aulamq; frequentem.
Interea Alcinoi ſuccedit ſedibus hoſpes
Dulichius, ſed multa prius cum corde uolutat,
Alcinoi regia. Quàm premat accedens hic ferrea limina greſſu.
Alta domus fuerat regis, præclaraq; celſis
Mœnia murorum pinnis, radiataq; tecta
Ceu nitidi ſolis iubar, aut lux alta Dianæ
Et lunæ ſplendor, lucebant culmina regis.
Hinc atq; hinc paries puro ſplendebat ab ære,
In penetrale domus radians à limine primo.
Namq; ſolo ſurgit penetratq; interna nitore,
Lucet apex cyano, & radiantia tecta metallo.
Magnificentia palatii. Auratæ portæ claudebant turribus arces,
Argentoq; albent nitidiſſima limina, nexæq;
Aere trabes, foribus cardo ſtridebat ahenis.
Aere pauimentum gradibus cui ſurgit in arce.
Barbarico argento poſtes, aurata coronis,
Quiq; hæret ualuis, erat aureus annulus altis.
Aurati canes Inde canes ſtabant argento auroq; nitentes
Vtrinq; excelſi, quos magna Mulciber arte
Fecerat inſignis, cui gratia fudit honores:
Vicit opus longè ſolers induſtria mirum.
Spirabantq; canes ueluti, cuſtodia regis
Tectorum Alcinoi, ſculptis ceu uiua figuris

Corpora

Corpora ſurgebant, curua caritura ſenecta,
Atq; immortales ceu iam latrare periti.
Inde throni ad murum fuerant utrinq; parati.
Vſq; ad poſtremos à limine ducta receſſus,
Scamna refulgebant. iuxta de ſtamine pepli
Arte laborati tenues, opera inclyta matrum, Mulieres Phæacum nendi texendiq; ſtudio claræ.
Fœmineiq; chori, texturæ dona nitebant.
Hic proceres clari libabant pocula Bacchi,
Carpebantq; epulas menſis, ſtratisq; ſedebant.
Iam ſatis & fruges, atq; annua parta per agros
Condiderant frumenta ſibi Phæaces, ab aruis
Lecta, refert æſtas grauidas dum torrida meſſes
Aurati pueri ſtabant ſplendentibus aris,
Ardentesq; faces retinent, funalia noctem
Vincebant flammis, tenebris dum lumina fundunt
Conuiuis, iuuenes dirimunt caligine noctem.
Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo
Cura mola fruges molere, atq; in cribra farinas
Ferre manu fuſas, uſu frumenta molarum
Conterere, & nitidas percurrere pectine telas,
Ac torquere manu fuſos, & ducere lanas
Condenſæ numero. qualis cum populus alta
Effudit folia, aut nutrita paludibus alnus
Celſa quatit ramos uarios: ſic turba frequentat
Officium, & claros exercet ſede labores.
Namq; aliæ fructus preſſant florentis oliuæ,
Humeſcensq; oleum per lintea ſtamine texta
Crebris ſtillabat guttis: aliæq; nitentes
Ducebant lanas: aliæ tum penſa trahebant,
Pollice torquentes. utq; æquore ducere remos,

Phæaces nauigandi arte celebres.

Et lentare rates, agitareq́; gurgite puppes
Ante alios apti, nulliſq́; hac laude ſecundi
Phæaces: ſic & tenues detexere telas
Phæacum nymphæ celebres, ſuperantq́; puellas
Longè alias ſolæ, texendi pectine linum
Excellunt ſtudio: naturam Pallas, & artem,
Ingeniumq́; altum dedit, & pulcherrima tela
Scire opera, & radios celeres, ſtudiumq́; puellis
Phæacum tribuit: Verùm extra regia tecta

Horti Alcinoi.

Hortus erat iunctus portis prope limina celſa,
Et nitidos poſtes aulæ, ſpacioq́; pateſcens,
Arboribusq́; ſatus denſis, uinetaq́; clauſa
Sepibus arcebat, nec non pomaria ſyluis.
Quadriuioq́; patent circum, frondoſaq́; ramis
Pergula ſe extendit cubitos complexaq́; ternos.
Hæc in circuitu claudebant ſepta recurua,
Mœniaq́; alta arcent. non hic de uimine ſepes,
Et calamo redimita leui muniuit arundo:
Aſt ingens uallum circum. tunc arbor in auras
Crebra loco ſurgit, florentq́; arbuſta per hortos:
Hic pyra ſub ramis, hic punica mala uirebant,
Hic etiam mali flauentes arbore fructus:
Hic dulces ficus, oleæ hic uiuacis oliuæ
Floreſcunt circùm, quarum non frigore deſit,
Non æſtate nouus fructus, frondeſcit honore
Perpetuo, & totum ſucco perdurat in annum.
Aßiduò ſpirans zephyrus miteſcere fructum
Suadet, & hæc nuper uiridi naſcentia campo
Excitat, illa coquit radijs, & digerit aura.
Pyra pyrum ſequitur, cumulantur poma uicißim.

Naſcitur

Naſcitur hoc ſubitò, nec dum maturuit illud:
In malo ſiquidem tunc altera mala ſeneſcunt.
Sicq; pyro ueniunt pyra, ficus adhæret anhelis
Ficis, atq; uuæ ſenuerunt dulciter uuis.
Vix hæc floruerant, ſeniumq; hic altera fronde Vineta.
Induerant, uiridans hic uinea fertilis uuis
Egit radices latè, generoſaq; uina
Radicata ſolo uindemia læta ferebat:
Omniaq; ad ſolem uergunt uineta calentem.
Hic aliæ læto ſiccantur ſolibus aruo
Vuæ pendentes, aliæq; leguntur, & inſtat
Purpureis latè uindemia culta racemis.
In lacubus calcant alias, & muſta liqueſcunt,
Parte alia uix dum flores emittere certant.
Et pars iam uiridis, ſed adhuc floreſcit acerba:
Sunt quoq; continuò quas matureſcere cernas.
Mitis in apricis coquitur uindemia campis.
Deinde thoris horti crebris & tramite ſulcis.
Quà uarius palmes, quà denſis pampinus umbris
Creſcit, & innumeri conſurgunt fronde racemi,
Omnigenæ ramis uuæ & generoſa propago
Luxuriatur agro, quàm longus uoluitur annus,
Vberibusq; uiret botris lætata per arua.
Inde duo fontes prædulci murmure currunt: Fontes.
Spargitur alter aquis paßim rorantibus horto,
Alter & aulaï ſubter lapidoſa liquores
Voce pauimenta, ac ſonitu per ſaxa uolutus
Riuo deducit gelido, laticesq; loquaces.
Excelſam in ſedem penetrabant culmina lymphæ.
Hinc ciues celſæ ſub mœnibus arcis aquantur.

Hæc regis ſedes, hæc munera larga deorum,
Alcinoi tectis. ſtetit hic miratus Vlyſſes:
Vtq; diu obſtupuit, tranſgreſſus limina, ſedem
Intrauit ſolus, proceresq; ducesq; ſub aula
Mercurro uigili libabant pocula Bacchi:
Cui ſoliti extremo libamina ſacra litando
Fundere, cum memores ſomni, mollisq; cubilis,
Appeterent thalamos ſeri. tum dius Vlyſſes
Infert ſe, ſeptus nebula penetralia regis
Ingrediens. multo contexerat aëre Pallas
Dulichium, ut tuto reginam ſoſpes adiret,
Areten reginam Vlyſſes ſupplex orat
Et regem Alcinoum. tetigit genua alta precatus
Reginæ Aretes: ſubitò cum fuſa repentè
Scindit ſe nubes, & circum denſior aer.
Obſtupuere duces, cunctiq; ſilentia linguis
Præſtabant, poſtquam media uidere ſub aula
Hic aſtare uirum. & uiſum mirantur Vlyſſem.
Ille preces fundit ſupplex: Rhexenoris alta
Arete eximij proles: en ſupplice uoce
Te regemq; ſimul, proceresq; ducesq; potentes
Conuiuas adij, paſſus diſcrimina mille.
Dij Phæaces opes uobis uitamq; ſalubrem,
Et dent fœlices ſemper uos uiuere poſſe.
Dentq; annos longos, dent & fœlicia curſu
Tempora labenti, tandem poſt fata ſuprema
Diuitias cunctas, poſſeſſaq; rura beatis,
Cumq; domo ſceptrum, & ueſtris res tradere natis,
Quoſcunq; & populus tribuit concedere honores
Dij uobis dederint. me uos deducite puppi,
Vt poßim citius patriam contingere terram.

Heu

Heu procul à notis iaceo diſiunctus amicis,
Iamq́; diu retrahor per tot diſcrimina rerum,
Per uarios caſus: multum iactus & alto,
Multa quoq; & terra paſſus: ſuccurrite lapſo.
Sic ait, & cineres inter deſedit ad ignem,
Ipſe foco admotus: tenuere ſilentia cuncti.
Inter Phæaces fuerat, quem uiderat ætas
Priſca uirum: cuius fuerat facundia fama
Inclyta, & ornatis oratio picta figuris,
Eloquioq; heros alios Echeneus Achiuos
Anteibat ſenior, cuius prudentia pectus
Extulit, antiquis multum uerſatus: & idem
Priſca quidem norat, norat quoq; plurima mente.
Tum ſerò regem ſic eſt aſſatus, & infit,
Mitior & uerbis hunc exhortatur amicis:
O rex Alcinoe, en tibi ſtratus ſupplicat hoſpes.
Non decet ut lapſus iaceat ſub puluere denſo
Procumbens adeò. proceres tua dicta ſilentes
Iam deſiderio expectant, triſtesq́; uerentur.
Erige labentem, celſaq́; in ſede locatum
Argento ſolido ſtatue, & præconibus arce
Hic miſcere merum iubeas: libamina fundi
Quaſſanti fulmen liceat. namq; ille fauere
Dicitur hoſpitibus, quin & dare iura loquuntur
Aequum ſupplicibus, quorum reuerentia ſplendet.
Huic epulas cœna reparet quoq; fida miniſtra
Ex his, quæ diues tua iactitat aula benignè:
Tum rex Alcinous parens erexit Vlyſſem,
Inſignem facibus belli, clarumq́; ſub armis,
Conſilio: cinere exceptum ſuper alta locauit

Echeneus heros Phæacũ antiquiſſimus & eloquentiſſimus patrocinatur Vlyſſi ſupplici.

Alcinous honorifice ac clementer Vlyſſem excipit.

Scamna

Scamna throni nitidi, quæq; ære ſedilia lucent.
Accipit hinc gnatum, ſolioq; inuitat acerno,
Laodamas Alcinoi filius *Vt iuxtà ſedeat, præclarum Laodamantem.*
Ille uiros ſemper magno ueneratus amore
Amplecti eſt ſolitus, regi chariſſima proles,
Ante alios omnes. manibus dat candida lymphas
Nympha, tenens auro gutturnia ſplendida flauo,
Fundebatq; ſuper nitido argentoq; lebete
Inſigni latices, menſamq; reponit acernam,
Lucentem ligno: mox & ſublata reportat
Pocla, dapesq; pias, & fercula grata receptis
Hoſpitibus. poſtquam bacchum ſiccauit Vlyſſes,
Exeditq; cibos, ſolio ſic infit ab alto
Pontonous pocillator. *Alcinous: Miſce ô mihi pocula fide miniſter*
Pontonoe, & cunctis aula da uina Lyæi:
Nempe Ioui excelſo, qui torquet fulmina flammis,
Supplicibusq; fauet tutor, ſequiturq; per oras
Hos pariter iunctusq; comes ſæpe additur illis,
Cum precibus fuſis alta libabimus arce.
Hic tum dulce merum defert exorſus ad aras
Pontonous, tribuitq; manu cratera refertum
Omnibus: ut pateris ſitis eſt extincta, ſacrisq;
Alcinous ad proceres, de hoſpite Vlyſſe. *Libato phialis potu, ſuccoq; Lyæi,*
Rex ait Alcinous: Proceresq; ducesq; uirorum,
Percipite hæc animis. poſtquam conuiuia læti
Egiſtis menſa, patrios accedite rurſus
Inde lares pariter. cum ſe lux craſtina reddet,
Puniceisq; aurora rotis illuxerit orbi,
Ad mea tecta ſenes proceres adducite crebros,
Hoſpitio acceptus ſuccedat ſedibus hoſpes,

Cœlicolisq;

Cœlicolisq́; ſimul ſolennia ſacra feremus.
Hinc memores reditus erimus, cum puppe per æquor
Auſpicijs noſtris patriæ reddatur arenæ
Incolumis, nulloq́; celer diſcrimine ponti.
Nec dolor accedat ductus, noſtrasq́; carinas:
Sit natale ſolum quamuis trans æquora longè,
Ne toties triſtes patiatur naufragus undas:
Damnaq́; ſæua prius toleret, quàm patria rura
Contingat, fluctu conſcendens littora nota:
Hic ubi paſſurus fuerit, quæ neuerit illi
Parca manu dura, & nigrantia fila ſorores,
Et quæ texuerint reuoluto ſtamina fuſo,
Linaq́; concordi denſarint pollice fati
Naſcenti puero, & non eluctabile fatum
Et leges dederint, cum primùm matris ab aluo
Editus in lucem, & noſtrum mortalis in æuum.
Sin autem cœlo numen deſcendit ab alto,
Siue deus: longè eſt aliud, quod turba deorum
Molitur. coram dudum manifeſta uidentur
Hic ſimulacra deûm nobis, ipſiq́; fatemur.
Cum nos ſacra Ioui taurorum ſanguine centum
Hic facimus celebres, unà conuiuia diui
Nobiſcum celebrant mites, iuxtaq́; ſedendo
Apparent epulis læti: ceu fortè uiator
Quando aliquis uenit ſolus, ſeu occurrit in urbe,
Hoſpes adeſt rerum ſpecies incognita membris,
Inq́; dei forma latuit, apparet imago.
Ne ſeſe abſcondunt illi. Nam proxima diuis
Progenies ſumus, ut Cyclopum germine nati,
Cyclopesq́; feri, genus & crudele Gigantum.

Sic ait

Sic ait Alcinous, cum talia rettulit hoſpes:

Vlyſſes ad Alcinoum. O rex Alcinoe, hic aliud tibi mente uolutas.
Sum mortalis ego: neq; enim immortalibus unquam
Aequari potero, qui calcant culmen Olympi.
Non ego natura, non deniq; corpore diuis
Par fuero: humani generis quoq; ducor ab ortu.
Inter mortales quos unquam mille labores
Ferre aſpexeritis, quos ærumnæq; feroxq;
Præcipuè exercet dolor, inter ponite tales
Me miſerum exilio, quamuis quoq; plurima ſolus
Suſtinui infœlix, quæ fatis paſſus iniquis
Enumerare queo. ſic diuûm fata ferebant.
Deſinite ô reges: ueniet narratibus hora
Tempeſtiua meis: curæq; famesq; coercent
Fames importunum malũ. Afflictum. precor ô ſinite hic me carpere menſis
„ Ore dapes. Non eſt aliud damnoſius ullum
„ Ventre malum, atq; ſui nunquam ſinit eſſe nefandus
„ Immemores homines, ſemperq; ea cura recurſat.
„ Quanquam triſtitiæ ſæuæ, caſusq; dolorq;
„ Exedere animum, luctusq; in pectore ſedit,
„ Attamen ille ſui meminiſſe iubetq; premitq;.
Me quoq; lugentem cogit iam ſumere menſa
Ore cibos poſitos, ſiccareq; pocula Bacchi.
Cunctarum ille quidem curarum obliuia ducit,
Quas patior triſtis, quæcunq; pericula adiui,
Quæq; aditurus ero demit. ſuper æquora puppi
Mittite me proceres, cum prima aurora rubebit:
Infauſtos patriæ date uos intrare penates.
Tum precor ut uitæ me ſpiritus iſte relinquat,
Poſtquam multa ſolo paſſus, iactatus & alto,

Videro

Videro rura laris, famuloſq; & culmina celſa,
Atq; amplas ſedes, patriamq;, & coniuge fines
Dulci poſſeſſos, & opes, regnataq; tecta.
Plauſerunt omnes proceres, & dicta probarunt,
Deduciq; iubent ponto: libamine fuſo,
Quantum cuiq; libet, ſumpſerunt uina Lyæi: Diſceſſus procerum
Quiſq; lares repetunt, ut reddant lumina ſomno.
Linquitur hic tectis regalibus hoſpes Vlyſſes,
Quem iuxta Arete ſedit regina, ſuusq;
Alcinous, altè nixus ut numen in arce.
Vaſaq; tum nymphæ properabant tollere menſis.
Hic uerò Arete niueos exerta lacertos,
Incipit effari: nam ueſtes nouerat illa
Et chlamydem, & tunicas, quas neuerat ipſa puellis.
Ergo ſic breuiter: Primùm regina profabor, Arete Vlyſſi.
Teq; hoſpes quæram, quis' nam? quibus ortus ab oris?
Quà' ue hominũ terra? quis' ue hæc tibi munera ueſtes
Adiecit? qua puppe uenis, erroribus actus
Per mare, ſub noſtrum littus? ſubiecit Vlyſſes: Vlyſſes Aretæ & Alcinoo ſuos labores exponit.
Infandum regina iubes renouare dolorem.
Hei mihi difficile eſt longos narrare labores,
Totq; mari luctus. cœleſtes mille pericla
Inuexere mihi, curaſq; immaniter unda.
Sed ſi tantus amor curſus cognoſcere noſtros,
Dum quæris pelagi caſus audire, profabor.
Quanquã animus meminiſſe horret, luctuq; refugit.
Hinc iacet Ogygio celebris procul inſula ponto, Narratio.
Hanc habitat proles Atlante creata Calypſo,
Flaua comas nymphe, crudelis fama dearum,
Inſigniſq; dolis uarijs: cui iungitur unà

Haud

Haud ullus diuûm. nec quiſquam adhæret amore
Mortalis nymphæ. aſt aliquis me numine dæmon
Solum illuc egit, quo ſupplicis ora uideret
Illa mea, & miſerum caperet: cum fulmine claro
Impulſam medio ponto fregiſſet & undis
Merſiſſet puppim, ſociosq; ſub æquore raptos.
Naufragus ipſe ratem cepi, latera ardua prendens,
Brachia iactando, per cærula naue ferebar.
Iamq; nouem errabam cæca caligine ſoles,
Per pelagus raptus, totidem ſine ſidere noctes.
At decima tandem ligno me luce uagantem
Ipſe deus quicunq; fuit, miſeratus arenis
Appulit Ogygiam curſu, fluctuq; per undas.
Seruatum ex pelago triſti me littora primùm
Ogygia accipiunt, peregrino nomine dicta,
Inſula in ingenti ponto, quam dira Calypſo
Pulchra comas habitat, celeberrima fama dearum.
Excipit hæc feſſum, & dapibus ſolatur amicis,
Enutriens: quin me promiſerat ipſa Calypſo
Sæpe immortalem, nulliſq; ſeneſcere ab annis
Facturam, ut corpus mihi lædat nulla ſenecta.
At non perſuaſit, patriam dum præfero diuæ.
Iamq; annos ſeptem manſi. lacrymiſq; madebant
Aßiduis ueſtes, dederat quas ipſa Calypſo
Immortalis aquis. octonus menſibus orbis
Incœptis ibat, me tandem puppe per undas
Ire iubet nymphe, patriosq; reuiſere fines,
Siue Iouis iuſſu, ſeu quod ſententia diuam
Verterat: impoſitum ratibus dimiſerat unum
Remiuagis, epulas & dulcia uina Lyæi,
Diuinasq;

Diuinasq́; dedit ueſtes: fœlicibus auras
Auſtris immiſit, uentosq́; à puppe ſequentes
Et lenes flatus implentes carbaſa malo.
Iamq́; ego ab Ogygia peregrina puppe ſecabam
Aequora, bis ſeptem luces: cum deniq; montes
Vmbroſi circum uiſi ſe tollere fluctu.
Vt bis nona diem roſeis aurora quadrigis
Reddidit, & ueſtræ cœpit rareſcere terræ
Littus aquis, miſero tum deniq; gaudia pectus
Exhilarans fecit: quanquam plus mille labores,
Aerumnæq́; graues impendent æquore cano,
Quas mihi Neptunus, qui quaſſat littora terræ,
Inflicturus erat. commouit flamina ponto,
Impedijtq́; uias pelagi, quin æquora tota
Impulit, heu puppim nuſquam me ferre ſinebat
Vnda ferox, imo ſuſpiria pectore denſa Tempeſtatis deſcriptio.
Ducentem. tum ſæua ratem diſiecit in undas,
Prærupto ueniens cumulo demiſſa procella,
Tunc innare undas, fluctusq́; ſecare profundos
Suſtinui infœlix, donec me ad littora ueſtræ
Telluris pepulit uentusq́; undæq́; procaces.
Et me aſcendentem terras ex gurgite uaſto,
Ingens lympha frens in ſaxa ſonantia fluctu
Detorſit pelago, merſitq́; fragoſa ruentem
In loca turbatum: meq́; illætabilis unda
Excepit, tractus. mox retro terga natando
Verti diſcedens. donec me ad flumina curſu
Deflexi rurſus, quà uiſus portus ad undas
Immotus uentis, liberq́; à rupibus aſpris,
Et tutus triſtes pelagi ridere procellas.

Huc me conieci labens, alacriſq; nataui,
Erectus animo. poſtquam nox atra per oras
Incubuit peplo, rapido de flumine greſſum
Inde tuli aſcendens: fluitabat ab imbribus auctus,
Ac Ioue manabat fluuius. ſub frondibus altis
Inter ſylueſtres frutices hic membra ſopore
Laxaui recubans. circum denſiſsima palmis
Hic folia accumulo, fudere in lumina ſomnos
Longos dij faciles. Ergo inter frondea ſyluis
Sic folia hic iacui, ramis reſupinus, & uſq;
Mœſtus in auroram, roſeos ſopitus in ortus,
In mediumq; diem, donec ſe lutea bigis
Extulit, & rutilo Pallantias exit amictu,
Donec & hinc calidum Phaeton conſcenderet axem.
Vt uerò inclinans cliuoſo currere Olympo
Temonem cepit Titan. me deinde reliquit
Luce ſopor dulcis: ludentes littore nymphas
Prole tua uidi, cui par quoq; forma dearum,
Os humeroſq; Deæ ſimili. cui ſupplice uoce
Fundo preces humilis. nec candida uirgo refugit.
Illa fuit pectus prudens, & laude decora,
Ingenij excellens, animoq; benigna quieto.
Quodq; magis miror, cum ſit quoq; ſtulta iuuentus,
" Atq; minus ſapiat ſemper ſibi iunior ætas,
" Haud equidem ſperans quicquam, ſeu fidere fas eſt,
" Si iuueni occurras, ſeu quem iuuenilibus annis,
" Ipſe petas aliquid, ſubitò fruſtratus abibis.
Præbuit illa epulas, & præbuit illa Lyæum,
Et puras ueſtes. uiuo me flumine lauit.
Hæc adeò tibi uera loquor, deſeſſus ab undis,

Afflictuſq;

Aſſlictuſq; mari: ſolio reſpondit ab alto
Alcinous, fatus: Proles nec ritè peregit, — Alcinous Vlyſſi.
Nec rectè, ô hoſpes, ſenſit mea nata puellis,
Dum te non noſtra ad clariſſima mœnia duxit.
Namq; illam primò tu ſupplice uoce rogaſti.
Ingreditur contrà ſic ærumnoſus Vlyſſes,
Conſilijs pollens: Heros, atq; optime regum,
Ne mihi præſtantem precor ô uirtute puellam — Vlyſſes Nauſicaam excuſat a patre reprehenſam.
Argue. nam prudens iuſſit me rure miniſtris
Ancillisq; ſuis ſectari, & tendere greſſus
His unà comitem. renui tamen ipſe, rubeſcens:
Nam timui, ne fortè acris prorumperet ira
Mota tibi, ſi inter uidiſſes ire puellas.
Namq; hominum innata genus eſt ardentis amoris "
Inuidia plenum, & molli ſub pectore regnat "
Suſpicio infœlix, nympharumq; errat in æſtu. "
Rex ait Alcinous: Non hæc mihi pectore mens eſt,
O`hoſpes: neq; enim eſt ea corde libido ſub alto,
Vt temere incendar, ſeu mens ardeſcat in iras.
Nam quæcunq; decent, ſemper meliora putaui. "
Iuſtius eſt quicquid decuit, uirtusq; gubernat. "
Sic Pallas faciat, Phœbusq;, & Iuppiter altus,
Vt talis maneas, qualis nunc eſſe uideris,
Vtq; mihi mens hæc eadem ibi ſentiat unà,
O`mihi dilecta iungas connubia nata, — Alcinous Nauſicaam Vlyſſi ſponſam offert.
Et thalamo acceptes prolem, tædaq; iugali,
Atq; gener fias regi, nataq; potitus
Succedas regno, maneasq; hic magna nepotum
Spes inuenta mihi. ſedem, poſſeſſaq; rura,
Diuitiasq; darem, & dotalia caſtra regenda:

Si modò manſuro non ſordent tecta, domusq́;,
Atq; ultro noſtris placet his conſidere regnis.
Te inuitum haud ullus Phæax retinebit in urbe,
Hoſpitijq́; Ioui non eſt ea grata uoluntas,
Si nimium ut maneat diſcedens cogitur hoſpes
Craſtina cum primùm bigis aurora rubebit,
Ipſe tibi reditus meditabor, & æquore curſus.
Dum recubas molli præfractus membra ſopore,
Phæacesq́; mari flatus tranquillaq́; ponto
Seruabunt uigiles. ut fœlix dulcia rura,
Atq; lares patrios, & quicquid amaris in illis, Alcinous Vlyſſi auxiliũ pollicetur.
Contingas ſoſpes: uel ſi ultra Eubœa recedat
Arua procul ponto, quæ uidit nauita noſter,
Hincq́; procul longo teſtatur abeſſe remota
Per pelagus ſpacio: & populi Phæaces in undis
Vela dedere illuc: quando huc uexere carinis,
Horrendum uiſu matris telluris alumnum,
Flauentem uultu Rhadamanthum gurgite cano,
Terrigenam Tityum, nulloq́; labore remenſi
Vaſtum æquor pelagi duxerunt puppibus altis
Rurſus eum in patriam celeres notosq́; penates,
Illa luce quidem qua uela dedere per undas
Aduecti rurſus. noſtras mirabere naues,
Remigiumq́; meum, iuuenesq́; per æquora tonſas
Iactantes ſubitas. tum ſic gauiſus Vlyſſes,
Voce preces fudit: Precor ô nunc Iuppiter, inquit, Vlyſſis uotum.
O` utinam faciat, quæ dixit maximus alto
Alcinous regno, atq; illum pia fama ſequatur,
Et per frugiferas eat ingens gloria terras,
Atq; æternus honos maneat, laudesq́; per oras.

Contingamq́;

Contingamq́; ſolum patriæ, portusq́; carina.
Sic illi inter ſe uoces ſermone ferebant,
Cum regina iubet regale cubile puellas
Sternere porticibus, & ſtragula picta tapetis,
Et precioſa thoris uelamina ſubdere celſis.
Ex aula nymphæ properant, tædasq́; micantes
Geſtabant manibus. tum molle cubile thorumq́;
Strauerunt pariter, ſtratoq́; adducitur hoſpes.
Quem ſic affantur: Surge ô mitiſsime lecto,
Vt carpas ſomnos hoſpes, tibi molle cubile — Itur cubitum
Extructum eſt intus. ſic ille. At lætus Vlyſſes
Gaudet adire thoros, & condere lumina ſomno,
Vt ſub porticibus laxaret membra ſopore
Dulichius reſonis, quas aura excelſior ibat.
Eſt in ſeceſſu longo domus alta columnis,
Hic regina thoros regalibus ipſa tapetis
Ornarat nitidos, quibus unà adiunctus amore
Alcinous cubuit, nec non & regia coniunx,
Donec puniceis iterum ſe lutea bigis
Extulit eoa ueniens Pallantias ora.

ARGVMENTVM LIB. VIII.

Conueniunt regis paſsim Phæaces in aulam,
Inde reducendo uarius ſuper hoſpite ſermo
Et ſimul à Scherio deducunt littore nauim,
Quà liquidis Ithacus reuehatur ſoſpes in undis.
Tum quoq; Phæacum proceres epulantur in arce.
Mox agiles celebrant uario certamine ludos,
Dehinc certant diſco. ſed campo uictor Vlyſſes
Extitit, hinc menſa recinit, carmenq́; deorum

Demodocus recitat. ſed primùm Martis amores
Atq; thorum Veneris canit. hinc ut machina muros
Intrarit Phrygios Troiæ iam lignea tractu,
Et ſit ductus equus trabibus contextus in urbem.
Tunc Ithacum lacrymas inter conuiuia quærit
Stillantem, quis ſit, quibus aut ſit uectus ab oris,
Alcinous Scheriæ quondam rex clarus arenæ.

ODYSSEAE LIBER VIII.

Phæax inſigni certamine tentat Vlyſſem.

Roſcida puniceo Pallantias exit amictu,
Et croceis fulgens digitis Aurora reluxit.
Corripit è ſtratis corpus rex inclytus altis,
Et Troiæ celebris quondam expugnator Vlyſſes
Proſilit è lectis. anteibat clarus ab aula
Rex ad concilium, quod tum naualia iuxta
Phæacum fuerat. quò cum iam uenit Vlyſſes,
Alcinousq; ſimul parili ſub honore recepti,
Conſedere patres inter, quîs ſaxea ſedes.
Interea Pallas Phæacum acceßit ad urbem,
Præconi Alcinoi formam aßimulata, decusq;
Magnanimo, in patriam reditus meditatur Vlyßi,
Aßiſtensq; uiris fruitur ſermone Minerua.
Pallas præconi aſſimulata, Phæaces conuocat.
Currite Phæaces proceresq; ducesq; per urbem,
Ite ad concilium celeres, uideatis ut ipſum
Heroem: regis ſucceßit ſedibus hoſpes,
Nuper in undoſo uarijs erroribus actus
Aequore per fluctus, ſimilis qui corpore diuis
Fundit ab ore iubar, uultuq; auguſtior ardet.
Sic ait, & cunctos naues hortatur ad altas.

Olli

Olli conuenere, fluuntq́; ad littora plenis
Curua uijs, fora replentur, ſedesq́; politæ,
Denſanturq́; citò. multi admirantur Vlyſſem,
Obtutu hærentes nato Laertis honoro,
Atq; armis claro: Pallas affudit honores,
Et capiti atq; humeris: diuinæ gratia mentis
Fulſit. namq; illum forma maiore uideri,
Proceraq́; magis. cunctis Phæacibus ille
Gratior, & poſitis alijs præſtantior armis,
Vt grauis & cuncto ſplenderet honeſtior actu,
Et celebri uictor peragat certamina ludo
Multa: quibus fuerant illum Phæaces in armis
Experturi. ut iam fuerat bene concio denſa,
Alcinous ſceptris hic læta fronte profatur.
Audite ô proceres, quæcunq; in pectore uoluo
Phæacunq́; duces: huc nuper deuenit hoſpes,
Exactus pelago uagus & mea contigit arua,
Atq; domos celſas: quanquam mens inſcia noſtra
Quis fuerit, ſiue Eois hic hoſpes ab oris,
Seu uenit Heſperijs, aut qua de gente creatus
Ignoro: ille tamen reditus petit æquore certos,
Auxiliumq́; uiæ ponto, noſtrasq́; carinas.
Nos de more pio ſemper, uelut antè parare
In patriam reditus inſtemus, & æquore puppim
Ducere, quà reditus per cærula longa petatur.
Par eſt ut tanto triſtis diſcrimine caſus
Huic iungamus opem. namq; hic non hactenus ullus
Voce diu lugens manſit, petijtq́; carinam,
Subſidiumq́; uiæ, nec nauis defuit ulli.
Quare agite ô proceres ducamus in æquora nauim,

Alcinous Phæacas in cōcione hortatur ut Vlyſſem iuuent.

Quæ nunquam tetigit fluctus, pinusq; per alta
Prima mari uehitur, iuuenesq; ex ordine lecti
Quinquaginta intus, biniq; è plebe creati,
Quicunq; ante quidem celebres incumbere remis,
Aſcendant naues ſubitò, tranſtriſq; ſedendo
Aſtricti lentent remos. ea cura fatiget
Vos pueri, iubeo. mox & conuiuia menſis
Approperate citò: cunctis regaliter addam
Iubet parari conuiuium. *Aula epulum clara: proceresq; ducesq; per alta*
Limina congreſsi, noſtræ ſuccedite ſedi:
Hic pariter nobis exceptus ut hoſpes amanter
Aſsideat, nec ſit qui ſumma fortè negare
Audeat ipſe domo: quin & producere uatem
Inſignem cantu, & diuino carmine clarum,
Cui quondam doctæ dederant fœlicia Muſæ
Plectra, & poſſe ſimul uel delectare canendo,
Vel mouiſſe ſono, quoties iubet impetus illum,
Et canere hortantur deductæ uertice Muſæ.
Sic ait, & dicto uertit ueſtigia lætus.
Quem ſimul hinc reges proceresq; ſequuntur. at inde
Cantorem præco ſacrum feſtinat adire.
Sed quinquaginta iuuenes, biniq; miniſtri,
Electi pariter tendunt ad littora greſſus
Aequoris undoſi iuſsi in naualia ponti,
Cæruleamq; ratem ducunt in gurgitis undas.
Pandunt antennas, malumq;, & carbaſa puppi,
Expediuntq; uiri tonſas, loriſq; ligatos
Vndarum remos, corijq; è fune rudentes,
Impelluntq; altè puppim ſuper humida ponti
Aequora. mox tendunt curſus ad limina regis,

Alcinoiq;

Alcinoiq́; aulam: repletur curia, nec non
Porticus atq; ædes, & mœnia longa per arcem,
Conuentu crebro pariter iuuenumq́; ſenumq́;.
His rex Alcinous bis ſenas ſacra bidentes,
Octonosq́; ſues mactat, quibus ore micabant
Fulminei dentes: binosq́; in cornua tauros
Inflexos, curuosq́; pedes ſacrauit ad aras.
Tergora diripiunt coſtis, & uiſcera nudant,
Atq; epulas celebres & amœnis fercula menſis
Inſtituunt. Præco cantore ſuperuenit: illum
Dilexere nouem Muſæ, ſortemq́; dedere
Immitem atq; bonam, commixtaq́; fata ſorores
Conceſſere uiro: ſpoliarunt lumine uatem: Demodocus cãtor cæcus.
Pro quo ſuaue melos cantusq́; dedere ſonoros.
Pontonous uatem iuſsit releuare ſedili
Argento nitido corpus, longaq́; columna
Innixum medio procerum conuiuia menſis
Inter clara uirum: ſupra caput inde ſonoram
Suſpendit citharam, clauo & tractare iubebat,
Cum uellet Muſis exorſus carmina blanda:
Admouitq́; cibos iuxta, Cererisq́; caniſtrum,
Ac nitidam menſam dapibus, pateramq́; Lyæo,
Vt biberet uates meditatus carmina Muſis.
Inde manus epulis extendunt ritè Pelaſgi,
Appoſitasq́; ſibi carpebat quiſq; decorè
Ore dapes. poſtquam hic amor eſt compreſſus edendi,
Potandiq́; merum: Muſæ mouere ſorores
Cantorem, ut caneret clariſsima geſta uirorum,
Et laudem heroum. penetrabat gloria cœlum
Carminis, & factis claret ſuper æthera fama.

Græcorum ducum contentiones in conuiuio Demodocus canit.

Vtq; Ithacus quondam magno certauit Achille
Sæpius, ut dictis illi contendit Achilles:
Horrendum latices inter, menſasq; deorum,
Inter florentes epulas & ſacra Pelaſgûm.
Rexq; inter lites Agamemnon gaudet Achiuûm,
Dum uidet inſignes Graios uirtutibus ire
In ſæuas iras, litesq; & ad arma citari.
Vt quoq; ſit Pythijs oracla loquutus Apollo
Sacratis quondam, cum ſaxea limina Phœbus
Pythea perdomitæ ſerpentis nomine dicta
Ingreſſus, cecinit fatum. tum cladis iniquæ
Principium fuerat, triſtisq; exordia cædis
Troibus & Danais ſumpta. hæc Iouis alma uoluntas,
Sic fluere è fato, primaq; ab origine rerum.
Sic comes ore canit Muſarum candidus artes
Carmine Demodocus, tunicam tum mœſtus Vlyſſes
Purpuream admouit manibus. capitiq; reuoluit
Ingentem uultus circa, & ſibi condidit ora
Pulchra diu, lacrymas oculis ſtillabat obortas.
Phæaces ueritum coram pia fletibus ora
Humectare pudet, dum plectra ſonora cieret
Voce. ſed ut Troiæ diuinus carmine uates
Deſijt, abſtergens lacrymas uelamina dempſit,
Et tunicam à uultu: patera tum uina litabat
Circuitu inflexa. mox ut cantare ſonora
Voce iubent proceres, delectat carmine uates
Ad tenſam citharam: rurſus prætendit Vlyſſes
Velamen capiti, lacrymasq; refundit ab ore.
Verùm alios latuit madefactus fletibus: unus
Senſerat Alcinous, uicina ſede locatus,

Vlyſſi audienti bellum Troianum mouetur fletus.

Ducentemq;

Ducentemq́; imo gemitum & ſuſpiria corde
Audijt, ac ſolio fatur Phæacibus alto:
Vos mea Phæaces, iterum mea figite dicta.
En quoniam dapibus ſaturi, pinguiq́; ferina,
Iamq́; oblectati fidibus, cantuq́; ſuaui.
(Namq; comes cithara eſt inter conuiuia læta,
Florentesq́; epulas concordi interſonat actu)
Nunc aula tandem proceres exibimus unà
Experturi acres celebri certamina ludo
Diuerſa: utq; hoſpes memorat præclarus amicis
In patriam uectus, mirentur ſecla nepotum,
Nosq́; idem inſigni narret cum laude Pelaſgis,
Quantum nos ceſtu, luctaq́; & deniq; ſaltu,
Atq; pedum curſu reliquis mortalibus ipſi
Præſtamus, quantumq́; alios certaminis arte
Anteimus. fatus præceßit: cuncta ſequuta
Turba fuit tectis. citharam ſuſpendit ab alto
Ipſe petens clauo, uatemq́; eduxit ab aula
Præco manu tractum, callemq́; oſtendit eundo,
Quem reliqui proceres calcant Phæaces in armis
Præclari, ut uideant certamina tanta, petebant
Vrbe forum paßim. concurrunt undiq; læti:
Ingens turba uirum ſequitur, tum mille cateruæ,
Fœmineiq́; chori: iuuenes certare parati,
Mille quidem numero, qui clari & uiribus acres.
Quin auidum pugnas uiſendi uulgus inerme,
Fama uocat. cunctis adſunt è mœnibus unà
Exciti, Acroneus prior, Ocyalusq́; & Elatreus
Proſilit: hinc ſequitur Nauteus, ſed Eretmea greſſu
Anchialus pulſat, Prymneusq́; & Ponteus acris.

Alcinous hortatur Phæacas ad certamen.

Inde

Inde celer Proteus ſubit,& Neus inclytus unda.
Amphialusq; ſimul curſu,Polyneia proles
Tectonides,celebris,Martiq; æquandus in armis
Sanguineo,cædes miſcenti & funera bello:
Euryalus forma inſignis,uiridiq; iuuenta:
Naubolidesq; ſimul,quo non præſtantior artus
Corporis atq; decus membris,quo pulchrior alter
Non fuit,excepto præſtantis corpore longo
Laodamantis,& hic inter Phæacas & omnes
Alcinoi proceres longè fortiſsimus armis.
Alcinoi inſignes fuerant de ſemine nati,
Tres filii Alcinoi, curſores inſignes. *Tres adeò iuuenes,Haliusq;,& Martis amator*
Laodamas,diuisq; ſacer Clytoneus ad ara.
Hi certare pedum curſu cœpere,tumultu
Effuſi ſubito cuncti,pedibusq; ruentes
Puluerulenta uolant curſu per rura citati.
Corripuere leues emiſsi carcere campum,
Puluereq; obſcuri properant.Sed currere primus
Excellit pedibus uelox Clytoneus,in aruis
Primus abit,longeq; ante omnia corpora ſolus
Emicat ad turbam,ſuperatq; uolatilis omnes,
Atq; prior ſpacio fertur : tantumq; relinquit
Currentes alios,quantum inter aratra colonus
Dat ſpacium mulis,quantumq; intermicat illos
Campi,ſiue arui.finiti deniq; curſus:
Difficiles oleo exercent labente palæſtras
Exciti iuuenes:quos inter clarior omnes,
Quicunq; egregij fuerant,excelluit unus
Euryalus.ſaltu ſuperat quoq; promptior omnes
Inclytus Amphialus:ſed diſco uincit Elatreus,

Laoda-

Laodamaſq; pugil ceſtu,fortiſsima proles
Alcinoi regis.poſtquam bene pectora ludis
Atq; oblectarunt luctæ certamine mentes,
Sic tum Loadamas præclaro rege creatus
Alcinoo,orditur: Precor ò ſuccedite mecum
Phæaces,nobis pariter quæratur ut hoſpes,
An norit forſan gnauus certamina quædam,
Siue aliquos ludos celebres.namq; indole clarus
Cernitur egregia,atq; elucet corpore uirtus.
Vt femora,ut ſuras,utq; ambas ritè lacertis
Huic ſpectare manus licet, & ualidiſsima colla
Craſſæ ceruicis,roburq; immane per artus:
Perfectusq; annos,nec pubertatis egere
Ille tamen uiſus.quanquam præfractus & æger
Tot curis,pelagiq; minis crebrisq; periclis
Apparet feſſus,ponti fluctuq; ſalaci:
Vnda malum,quo non aliud crudelius ullum, **Mari maxime debilitari homines.**
Mortalem uitiat,perduntq; heroa ſalaces
Per pelagus latices,ut ſit fortiſsimus armis.
Audax Euryalus cui ſic eſt ore loquutus:
Regia progenies dictis hæc ritè profaris
Laodama,perge,atq; ipſum modò uoce laceſſe,
Atq; hortare uirum.paret tum regia proles:
In media,inq; iuit turbam,atq; audacter Vlyſſem
Affatur· Procede pater,certamina ludo **Laodamas Vlyſſem prouocat.**
Hic tentaturus,ſi pugnam expertus es acrem,
Ac didiciſti artem forſan: certare peritus,
Vt reor,es:ſtudijsq; faues,oleoq; palæſtræ. **Laus palæſtræ & curſus.**
Nulla uiro laus eſt,nec maior gloria famæ,
Præter quàm aſſequitur pedibus,ualidisq; lacertis,

Siue

Siue aliquid plantis ualeat, ſeu uindice dextra.
Experire hoſpes, & diſijce pectore curas,
Atq; animi luctus aufer. nam puppis in undas
Tracta natat, ſocijq; manent ſuper æquore iuſsi
Remigibus prompti, nec deerit pompa per undas,
Auxiliumq; uiæ. tum prudens infit Vlyſſes:

Vlyſſes Laodamanti.

Quid me Laodama miſerum ridetis, & ultro
Certatis laſſo non æqua illudere uoce?
Namq; mihi potius cordi mœſtiſsima clades,
Triſticiæq; feræ, quàm ſint ſpectacula ludis,
Certamenq; foro: qui iam iactatus in alto,
Multa quoq; & bello paſſus, terraq; mariq;,
Suſtinui infœlix duros adijſſe labores.
Iamq; foro ueſtro reditus in patria rura
Supplice uoce rogo, regemq; & uulgus in urbe
Atq; omnem populum, deducar ut æquore puppi.
Quem contrà Euryalus dictis affatur amaris:

Euryalus in Vlyſſem.

Non ego te experto ſimilem, fortiq; ſub armis,
Aut ludis celebri, aut agili certare palæſtra,
Qualia multa homines inter certamina ſplendent,
Confero: ſed nautæ potius, qui naue frequentat
Aequora, & in tranſtris reſidet dux cærulus altis
Nautarum pelago: aut qui ſe mercator in undis
Exercet, memor in patriam deducere merces,
Puppis onus: ſeu qui uigilat ſpeculator in alta
Atq; obſeruat opes naui, quæſtuſq; rapaces,
Siue actas prædas ponto. non fortis athletæ
Te ſtudijs aptum facio, aut certare peritum.
Cui ſic torua tuens cautus reſpondit Vlyſſes:

Succenſet Vlyſſes importuno Euryalo.

Quàm me prædoni confers, ô hoſpes inique:
Iniuſto

Iniuſto appares ſimilis, neq; cerneris eſſe
Integer & purus: teq; ipſa libido fatigat.
Haud omni eximias homini dant numina dotes " Dii hominib. dotes uarie diſtribuunt.
Eloquium, ingenium, pectusq;, atq; integra mentis "
Corda. alius forma, uultuq; abiectior oris: "
Sed uirtute dei decorat facundia corpus, "
Eloquioq; deus formam redimiuit amœno, "
Proq; illa ornatus linguæ & mulcentia dicta " Laus eloquẽtiæ.
Præſtitit. hunc populi mirantur, & ora loquentis, "
Suſpiciuntq; uirum. dum oratio picta figuris "
Profluit, atq; tenet ſuaui ſermone ruentes, "
Delectatq; uiros, ac liber fatur ab ore "
Magniloquo, & morum turba dulcedine pollet, "
Eloquioq; inter populos ſupereminet omnes, "
Agreſtesq; inter claret. Si quando per urbem "
Incedit, ciues ceu quoddam numen adorant, "
Suſpiciuntq; unum. ueluti deus ille uidetur. "
Aſt alius formaq; atq; ore decorus honoro, " Forma ſine eruditione.
Dijs ſimilis fertur, membrorumq; omnis aperta eſt "
Lætitia, at nitidis non eſt ſibi gratia uerbis: "
Nec fluit altiloquis oratio ſplendida dictis. "
Tu quoq; laude tuæ formæ præcellis & ore,
Et decore inſigni: quo nec præſtantius ullus
Adderet arte deus, melius'ue effingeret artus:
Cætera mentis inops, & inanis corpora ſplendor,
Esq; animo imprudens, & habendis futilis author
Conſilijs: quoniam mouiſti pectora uoce.
Haud equidem ignarus ludi, nec laude palæſtræ
Sum (ceu faris) iners. inter certamina primus
Glorior, & nulli uictorum laude ſecundus.

Atq;

Atq; inter primos palmam geſtabo palæſtræ,
Donec confiſus fuero iuuenilibus armis,
Aetatiq; meæ, manibusq; & fortibus auſis.
Quamlibet ærumnis premor, atq; laboribus actus
Nunc agitor triſtis, totiesq; per arma uirorum
Multa quidem paſſus bello, ſæuasq; per undas
Suſtinui infœlix, traieciq; æquora nando.
Sed tamen experiar forti certamina dextra.
» Excitat irarum motus & pectora mordet
» Lingua ferox, animum quoq; ſermo accendit amarus.
Mouiſti dictis nimium. ſic dixit, & acris
Impetibus ſurgit, ueſtemq; abiecit, & ingens
Vlyſſes diſco ludit, ac ſuperat. Accepit diſcum, cui non iaculabile dextræ
Pondus erat, ſolus liquidas librabat in auras
Maiorem longè & grauiori pondere maſſam,
Quàm quo Phæaces ſoliti ſunt ludere campis
Interſe iuuenes, ualida tum pondera dextra
Iam uerſata diu magno conamine iecit,
Fit ſonus, atq; lapis reſonat demerſus arena,
Fixaq; ſignatur tellus. Phæaces ad imam,
Inclinantur humum, pauitantes corda ſtupore,
Quanquam præclari ratibus, contisq; per undas.
Sed tamen attoniti ſpectant, taciti; laborem
Obſtupefacti ictu lapidis. Per inania ſaltu
Ille uolat, finesq; ſimul ſupereminet omnes,
Emiſſus manibus uelox currebat in arua.
Tum Pallas metam poſuit mentita uirile
Mortalis corpus, uerbisq; ingreſſa profatur:
Crede uel hoc cæco ſignum diſcernere promptum
Tractando metam, quæ longè excurrit, & inter

Haud miſcetur agro reliquas, tranſuecta quieuit
Meta prior curſu, longeq; remota notatur.
Tu confide hoſpes, nullus Phæacibus iſtam
Attinget, certans'ue manu ſuperabit arena.
Sic ait: aſt animis ingens exultat Vlyſſes,
Dum ſocium aſpexit medio in certamine fidum.
Tunc alacris magis hic clamans Phæacibus inquit:
Iam petite hanc metam, iuuenes mox altera uobis, — Vlyſſes uiciſsim Phæaces ad omnia certamina prouocat, excepto Laodamante.
Siue eadem, ſiue alterius repetenda manebit.
Namq; idem rurſus ſpero contingere ſignum,
Siue ultrà longè iaculari uiribus audax.
Vos igitur, quemcunq; mouet ſub pectore uirtus,
Iraq; mota ciet, ueniat, tentetq; quid audax
Hic poßit: dare tot iuuenum de millibus unum
Huc (ait) atq; utinam nullus certamine uitet.
Huc agite ô iuuenes: quoniam irritaſtis arena,
Meq; incendiſtis, ſiue hic certare palæſtra,
Seu ceſtu, pedibusq; uelit contendere curſu,
Siue pugil pugnis, cuiq; eſt in pectore uirtus
Inter Phæaces cunctos accedite campo.
Haud equidem inuideo, nec cuiquam pacta recuſo
Phæacum. Excipio tamen hic mihi Laodamanta:
Hoſpes enim noſter. quis enim certarit amico? ""
Vanus erit certè, ſana quoq; mente carebit, ""
Qui ferus hoſpitium danti certamina profert, ""
Et parili inſiſtens audet contendere dextra ""
Præcipuè exilio triſti, & peregrinus in ora ""
Alterius gentis, turbat ſua cuncta peroſus, ""
Miſcet & infœlix, temerando expellitur aruis. ""
Aſt alios, quicunq; uelit contendere mecum,

Haud ſugio,nec quæ pepigi modò dicta retracto.
Nec reprobo pugnas,ſed contrà tendere conor,
Experiarq; audax.neq; enim eſt ignota palæſtra,
Et didici celebris quondam certamina ludi.
Ergo quiq; pedum curſu,& qui uiribus audax,
Aut iaculo incedit melior leuibus'ue ſagittis,
Seu crudo fidit pugnam committere ceſtu,
Cuncti adſint fortes inter certare paratos.
Noui equidem celeres arcu torquere ſagittas,
Primus enim turma iaculis inuectus in hoſtes
Arte ferire uiros, ſubitisq; inceſſere telis.
Solus apud Troas iaculis me uicit in aruis

Philoctetes ſolus bello Troiano Vlyſſem ſagittandi arte uincebat.

Ipſe Philoctetes,quando certamina Graij
Arte ſagittandi Troiæ ſub mœnibus altis
Ponebamus agris. alijs præſtantior unus
Omnibus ipſe fui, quicunq; abſumere fruges
Nunc homines ſueti terris,& ubiq; locorum.
At non & priſcis certare heroibus ipſe,
Qui uixere prius,auſim,& contendere pugna.
Hercule quis magno telis ſe opponat & arte

Eurytus cum Apolline arte ſagittandi cō tendere auſus,ab eo interfectus eſt.

Euryto,& occurrat,quem quondam candida bello
Oechalia enutrijt,qui uel contendere diuis
Arcubus & telis poterant,celeriq; ſagitta.
Mox ergo oppetijt iaculis hinc Eurytus ingens,
Nec patrijs tectis hic contigit ipſe ſenectam.
Namq; illum occidit quondam Ioue natus Apollo,
Dum telis audax uocat in certamina Phœbum.
Quin facili iaculor tam longè haſtilia dextra,
Quàm longè poterit nemo torquere ſagittas
Arcubus. At pedibus metuo ne uincar arena,

Phæacumq;

Phæacumq; aliquis curſu preteruolet acri,
Meq; relinquat agris ſpacio procul ille. marinis
Fluctibus afflictus, domitusq; per æquora ponti, — Vlyſſis induſtria in certamine.
Langueo. nam fruges totum mea puppis in annum
Non unquam uexit. defecerat æquoris undis
Eſca mihi, infractæ uires & crura tumeſcunt,
Ac genua ægra labant, reſolutaq; frigore coxa.
Sic ait. attoniti tenuere ſilentia linguis.
Alcinous ſolus ſic eſt affatus Vlyſſem:
Haud equidem ô hoſpes tuus his ingratus ad aures — Alcinous Vlyſsi.
Peruenit ſermo. uirtutem oſtendere factis
Niteris ipſe tuam, & uires præferre ſuperbas.
Conſequitur ſemper bene uirtus inclyta pugnas.
Dum te hic ſuſtinuit ſic uoce laceſſere dura,
Teq; unà obiurgans uerbis inuectus amaris
In certamen agit: nemo contendere tecum,
Et tentare tuam uirtutem audebit arena,
Quicunq; eſt ſapiens, atq; æquo pectore uoces
Rumpit: nimirum foret hic infeſta renitens
Paſſurus. Sed nunc hoſpes mea figito dicta,
Hæc alio heroi quondam meminiſſe iuuabit,
Et narraſſe olim patrijs epulatus in aulis
Inter coniugium ſobolemq; & pignora lecti
Ipſe memor noſtræ poteris uirtutis honeſtè,
Quis nos præcipuè maiores uincere rebus,
Præclaris'ue operum ſtudijs conceſſerit altus
Iuppiter. haud adeò pugiles & uincere pugnis
Egregij ſumus, aut acri certare palæſtra:
At pedibus ualidis longis nos currimus aruis — Phæacum ſtudia.
Præceleres, agile eſt ſtudium, & tenuiſsima uirtus,

 Puppibus

Puppibus æquoreis etiam præſtamus, & undis
Lentantes remos: nauali excellimus arte,
Suntq; dapes cordi ſemper, citharæq;, choriq;,
Atq; epulæ largæ, & poſitis conuiuia menſis:
Alternæ ueſtes, tepidoq; lauacra liquore,
Et molles lecti. Iam uos Phæaces adeſte
Ante alios apti ueteres plauſiſſe choreas:
Ludite, ut hic hoſpes poßit meminiſſe reuerſus
In patriam, proceres inter, quanta arte regendi
Remiuagas puppes, pedibusq; & curſibus acres,
Et ſaltare choris gentes euincimus omnes,
Et cantu & citharæ ſuauis modulamine muſæ.
Iamq; aliquis properet dulcem laturus ab aula
Demodoco citharam: patet hæc ſuſpenſa columna.
Sic ait Alcinous, cui par fuit ore deorum
Forma nitens. præco celerat laturus ab arce
Iucundam muſis citharam: tunc ordine lecti
Ritè nouem populo celebri decorantur honore,
Præfecti ludi iuuenes, certamen ut omnes,
Diſponantq; choros, ſerie & diducere longa
Suſtineant ludos, aptentq; in carmina ſaltus.
Inde ferens citharam iam præco ſuperuenit aula,
Demodocoq; dedit. medium proceßit in agmen,
Saltatio Phæacum. *Muſicus, & circum iuuenes ſaltare periti,*
Quorum ætas primis uiridis pubeſcit ab annis
Effuſi ſtudio, lætantur carmine muſæ.
Hic plauſere choros pedibus diuinitus arte:
Ipſe pedum ſonitus, & crura micantia ſaltu,
Mollitiemq; artus, uarioſq; in carmina motus
Attonitus ſpectans alacris miratur Vlyſſes.

Interea cantu muſarum nobile mulcens
Concilium, citharæq́; manus inſertus ad ictus
Pulchra ciens ſonitu repetit primordia plectris. Adulterium Martis & Veneris.
Martis & adiunctæ Veneris cantabat amores,
Mulciberisq́; domo mixtos iniiſſe cubile,
Concubitusq́; thoris primos & gaudia mille.
Vtq́; Venus dederit Marti perſæpe cubili
Amplexus tacitos,ſerto redimita recenti,
Vtq́; illam pudeat thalami,triſtisq́; cubilis,
Vulcani regis thalamumq́; infecerit illa.
Tum canit,ut Phœbus celeri bene nuncius aura
Crimina detulerit, cum iunctos uidit amore.
Mulciber ut triſtes percepit uoce querelas,
Angentesq́; ſonos animum ,turbatus & æger
Pectore multa diu meditatus,tendit ad artes.
Ferratamq́; intrat ſedem,atq́; imponit ad artem
Immanem incudem trunco.tunc uincula ferro
Infracta,& nunquam manibus ſoluenda per æuum
Fabricat,ut firmis Venerem Martemq́; cathenis
Vinciret.tandem ſæua iam fraude peracta
Indignans Marti, thalamos acceßit amantum,
Hic ubi amatricis tam blanda cubilia nymphæ,
Ac circa ſpondas diffuderat arte cathenas,
Vndiq; complexus lectum,trabibusq́; ſub altis:
Qualis cum tenues detexit aranea telas. Vulcani opus admirabile.
Has ne immortales poterant diſcernere diui.
Sicq́; dolis ſtructis, circumq́; cubilia Nymphæ
Diſpoſitis,Lemnum petijt,quæ mœnia celſa
Inſignemq́; urbem iactat.chariſsima tellus
Lemnia Vulcano,terris magis omnibus unam

Hanc coluiſſe ferunt.hic eſt Vulcania ſedes.
At non hoc cæcus,uigili ſed lumine uidit,
Auratis ſubito uectus Gradiuus habenis,
Nobilis artificis ſedes intrauit apertas.
Vt ſenſit clarum properaſſe à limine fabrum,
Et procul iſſe uias,Veneris correptus amore
Ingreditur ſedem.nuper Venus aurea limen
A` Ioue iam ueniens intrarat, & alta ſedebat
Intus: ut acceſſit intra penetralia Mauors,
Accepitq; manu,dextramq; amplexus inhæſit:
Huc ades ô dilecta mihi: aſcendiſſe cubile
Nunc oro placeat,lectisq; fruamur amore
Sopiti pariter.neq; enim Vulcanus in alta
Sede manet,non in populo uerſatur: at ipſe
Lemnum conceſſit,petiturus Sintias acres,
Agreſtesq; homines uocem.ſic ille loquutus.
Res fuit hæc Veneri longè gratiſſima,lectis
Commiſcere femur,dulciq; accumbere totam
Amplexu Martis.petiere cubilia amantes,
Sopitiq; thoris,fecerunt gaudia mille,
Mars & Venus cathenis a Vulcano irretiti. Mulciberis ſubitò capiuntur ab arte cathenis.
Nam circum corpus Vulcania uincula nexa,
Nec poterant capti iam membra mouere cathena,
Aut releuare manus,atq; artus tollere in altum.
Senſeruntq; dolos & ineuitabile damnum,
Inſidiasq; fabri.Tum mox pede claudus utroq;
Mulciber acceſſit,prius ipſe reuerſus in arcem
Cœlicolûm,quàm Lemniacas tetigiſſet arenas.
Detulit indicium Phœbus,ſpeculatus ab alto
Culmine. Vulcanus Veneris celerauit ad ædes.

Triſtitia

Triſtitia afflictus curarum fluctuat æſtu:
Veſtibuloq́; ſtetit, crudeliq́; æſtuat ira.
Horrendum clamans, cunctos uocat æthere diuos:
O pater altitonans, aliĳq́; ô numina cœli,
Aerĳ diui, quorumq́; æterna poteſtas,
Fœlicesq́; dei, precor huc huc currite greſſu.
Ridicula hæc quanquam, ſed non toleranda maritis
Aſpicite, ut claudum miſerè me tractet amantem
Nata Iouis Cypris: quæ me contemnit, amatq́;
Peſtiferum Martem, quòd iactet robora membris,
Integer et pedidus ualeat, formaq́; nitenti:
Quòd ſim claudus ego, & pedibus ſim debilis ægris.
Sed tamen hoc ambo mihi cauſa fuere parentes.
Atq́; utinam nunquam liquidas me in luminis auras
Me talem pedibus generaſſent ætheris arce.
Aſpicite ut iaceant mixti ſub amoribus unà:
Proh ſcelus, hi ne auſi noſtrum tetigiſſe cubile:
Langueo conſpiciens. en Cypris adultera lecto.
Sed tamen haud longum ſpero lætentur amore,
Nec dulces ſtratis ſomnos captetis amantes,
Detis & amplexus: ſubitoq́; pigebit amorum,
Et captare thoro hoc ſomnos horrebit uterq́;,
Marsq́; Venusq́; dolis capti, uinclisq́; ligati
Sede tenebuntur, donec dotalia cuncta
Ipſe pater reddet, quæcunq́; infauſtus ob iſtam
Pollicitus nympham, cui non uerecundia uirtus
Eſt comes, impura eſt, nimiaq́; libidine flagrat:
Dum mihi formoſam, ſed non pater ipſe pudicam
Connubio iunxit natam. Sic dixit, & omnes
Acceſſere, dei ſubeuntes ærea tecta.

Valcanus uxoris adulterĳ prodit.

Pulchritudo abſq; pudicitia minime laudabilis.

Venit & amplexus gelidas Neptunus arenas,
Cui datur ambitæ circundare littora terræ.
Venit Atlantiades legatis utilis author,
Quiq; procul mißis telis iaculatur Apollo.
Sed manſere deæ molles, nec uiſere tecta,
Auſæ Mulciberis, rubuerunt crimine diuæ.
Veſtibulum ante ipſum ſteterant, qui dotibus ornant
Mortales Diui. Tum clara uoce cachinnus
Tollitur, & toto notißima fabula cœlo
Dijs fuit, excultas fabri ſpectantibus artes.
Vulcani ingenium uarium mirantur, & aſtus.
Sic ubi neſcio quis mixta de gente deorum
Rettulit, atq; alium reſpexit, facta nefanda
Tardus celerem aſſequi-quitur, Prouerb. *Haud placitura manent: celerem ſic tardus eundo*
Aſſequitur. ceu nunc tardus Vulcanus, & arte
Inſignis, Martem, qui uelocißimus inter
Curſibus ire deos, quis arce habitatur olympus:
Sit pedibus claudus, tamen aſtu & fraude ferocem
Curſoremq; agilem tenuit. nunc præmia debet
Captus adulterio, redimatur ut inde cathenis
Gradiuus mœchus. tali ſermone ferebant
Dicta dei. Arcadium cum ſic affatur alumnum
Alma Iouis proles Phœbus, rex inclytus arcu:
Apollo Mercurio. *Chara Iouis ſoboles, qui nuncia dicta deorum*
Defers, atq; boni dator es: recubare cubili
Auratam Venerem iuxta, uincliſq; ligatus,
Et firmis preſſus dulci ſub amore cathenis
Amplexus uelles Veneris ſubijſſe beatus?
Mercurius Apollini. *Alloquitur referens iterum Cyllenius ales:*
O utinam precor ô rex, ô iaculator Apollo,

Hæc

Hæc mihi contingant, & ter quoq; uincula nexa
Me teneant arctè atq; immani mole cathenæ:
Dijq; Deæq; omnes iunctos ſpectetis amantes,
Dum recubem auratæ Veneris reſolutus amore.
Sic ait, & riſus Dijs immortalibus ortus.
At non Neptunus riſit: ſed uoce manuq;
Mulciberem orabat ſupplex, ut ſolueret acrem
Gradiuum uinclis, ac talia fundit ab ore.
O deus, ô operum faber inclyte, ſolue cathenis Neptunus Vulcano.
Belligerum Martem: certè promitto daturum,
Omnia quæ iuſtè poſces, ego debita ſoluam
Dijs coram teſtis: Martem dimitte roganti.
Tum pede Vulcanus reſpondit claudus utroq;, Vulcanus Neptuno.
Arte tamen clarus: Ne me Neptune iubeto:
Tu quanquam ambitæ circundas littora terræ,
Non tamen hic coges. miſerorum incerta uidetur "
Ipſa fides, miſera eſt miſerorum ſponſio pactis. "
Denego facturum: uel ſi promittis, & omnes,
Qui tamen expoſcam, referas, iam teq; deosq;?
Cum Mars exierit uitans hæc uincula nexu,
Tum quoq; quæ debet uitabit præmia fraude.
Cui Neptunus ait: Si carcere fugerit ille, Neptunus Vulcano.
Quodq; daturus erat fugiens euaſerit aurum,
Ipſe ego perſoluam, & culpam præſtabo receptam.
Certè equidem, ille refert, quoniam promiſſa negare
Iſta tibi nequeo, nec talia pacta recuſo,
Nec licet, hunc ſoluam: ſubitoq; ligamina dempſit. Vulcanus uincula ſoluit.
Hæc ubi dicta dedit, reſolutæ fraude cathenæ
Infractæ, ſubitoq; migrarunt carcere amantes.
Thracen ille petit, Hæmiq; cacumina curſu.

Ipſa Cyprum ridens auecta eſt aurea diua,
Atq; Paphum ſublimis abit, ſedesq; reuiſit
Læta ſuas, ubi templum illi, ſacræq; Sabæo
Thure calent aræ, uarij & ſpirantur odores.
Hic illam Charites tepidis lauere ſub undis,
Ambroſioq; oleo, quali quoq; turba deorum
Vtitur, unxerunt, uiſu mirabile, ueſtes
Inijciunt nitidas Veneri. Sic ore canebat
Muſicus inſignis, carmenq; oblectat Vlyſſem,
Dum bibit aure ſonos. nec non Phæaces ab ore
Pendebant uatis, quorum ſuper æquora fama
Puppe uehi, longisq; ratis percurrere remis.
Tum ſolos ſaltare iubet, tolliq; choreis,
Alcinous Salium, necnon & Laodamanta,
Vt nemo eſt illis auſus contendere ſaltu.
Purpuream ergo pilam manibus cepere decoram.
Belliger hanc Polybus miranda fecerat arte.
Hanc alter ſurſum rotat, atq; in nubila condit
Terga retro flexus, umbroſasq; aere nubes
Contigit: alter humo facilem ſe tollit ad ictum,
Et ſublime petens in terram compulit ire.
Saltatio, & pilæ ludus. *Vtq; pila luſere ſatis, ſaltare frequenter*
Incepere choris, pedibusq; alterna mouentes
Per terram tollunt leuiter ueſtigia plantis.
Tunc iuuenes alij poſiti in certamine iuxta
Cantabant pariter mulcentes carmine plebem.
Fit ſonus inde pedum ſaltu, ſtrepitusq; choreis
Exoritur lætis. cum ſic diuinus Vlyſſes
Vlyſſes Alcinoo. *Alcinoum alloquitur: Rex ô clariſſime regum,*
Qui cunctas inter gentes ſplendeſcis, ut ipſe

Iactabas

Iactabas pridem, ſaltando uincere poſſe
Phæaces, alios populos, lætisq; choreis:
Succeßit promptè, pectusq; ſtupore uidentis
Admiror captus, iuuenum dum ſpecto choreas.
Sic ait, Alcinoi pertentant gaudia corda.
Hinc ad Phæaces uerſus ſic incipit ore
Sceptriger Alcinous, ſolio connixus in alto:
Percipite hæc animis proceresq; ducesq; piorum
Phæacum: hic hoſpes ſapienti prouidus aſtu,
Sic uigor ingenio eſt, tanta experientia cordi.
Ergo illi, ut par eſt, cumulemus munus honore.
Eximij è populo lecti proceresq; ducesq;
Adſint bis ſeni, quorum præclara per oras
Fama uiget, regnatq; ſuis opulentia tectis.
Tertius & decimus ſequar ipſe, ut dona feramus,
Quiſq; dabit tunicas nitidas, & murice lænas
Ardentes Tyrio (decet hoc) auriq; talenta
Eximij. hæc pariter coniuncta addemus, ut ille
Gaudeat acceptis donis, cœnaq; fruatur
Exhilaratus opum decore. At placare dolentem
Euryalus iuſſus, donum huic memorabile tradat,
Dum non ritè uirum affatus, temerarius egit
Inſipidè Euryalus. dicentem talia laudant
Phæaces, pariterq; iubent ut munera iuſſu
Quiſq; ferat regis miſſo præcone. ſed ipſe
Euryalus regi fatur. Clariſſime regum
Alcinoe, & populos inter celeberrime Graios,
A me, ceu mandas, iuſtè placabitur hoſpes.
Aureus hic illi ſplendens donabitur enſis,
Argento capulus ſolido, uaginaq; clara

Alcinous donis honorare Vlyſſem mandat.

Euryalus aureo enſe Vlyſſem donat.

Ex ebore albenti fulget, ſectoq; elephanto.
Hocq; recens adeò, penſandumq; urbe decora
Munus ait. gladiumq; dedit præfatus Vlyßi,
Argento huic claui circum ſplendere uidentur:
Salue ô chare pater, ſalue hoſpes maxime, dictis
Si quid fortè fuit ſæuum, precor ipſe procellæ
Id rapiant ſecum. dij dent tibi, poſſe penates,
Vxoremq; tuam, patriamq; uidere relictam,
Qui iam multa diu pateris diſiunctus amicis.

Vlyſſes Euryalo.

Tu quoq; ſalue (inquit donis lætatus Vlyſſes)
O` dilecte mihi, dij dent fœlicia curſu
Tempora, dent & opes lætas, rebusq; ſecundis
Fata precor, nec quem gladium mihi ferre dediſti,
Vt decus ipſe tuum tenearis mollior huius
Iam deſiderio. Lætus namq; ire iubebas

Vlyſsi a Phæacenſibus dona afferuntur, & xenia.

Enſem dona mihi, ut fierem placabilis iſto.
Sic ait, atq; humeris enſem ſuſpendit eburnum,
Qui clauos circum argento renitebat amœnè.
Sol ruit interea, & ſplendentia munera regum
Adfuerant pariter, quæ tum præconibus altam
Alcinoi in ſedem claris portantur. at ipſi
Alcinoi nati capientes ſplendida dona,
Ad matrem poſuere manu, celſoq; ſedere
Inde throno, regem præeuntem fortè ſequuti.
Hic rex Arete fatur: Regina, iubente
Me, propera, atq; arcam defer feſtina decoram,
Quæ longè ante alias niteat, tunicasq; togasq;,
Ac nitidas lænas illa ſeruato. ſub ignes,
Vos aliæ celeres, undantia ahena locate,
Ac feruere ſimul ſinite, ut bene lotus in unda

Aſpiciat,

Aſpiciat, ſibi quæ Phæaces munera clari
Contulerint, inter poſitis conuiuia menſis
Lætior aure bibens cantus, citharamq; ſonoram,
Hic oblectatus ſibi gaudia ſumat ut hoſpes.
Hanc illi pateram, fuluo quæ ſplendet in auro,
Dona dabo, ut noſtri longo non immemor æuo
Sede Ioui patria, & reliquis libamina diuis
Fundat: ait. teneris ſubitò regina puellis
Imperat ire gradu, atq; immania ahena locare
Ad flammas ignis, tripodemq; lauacra daturum,
Amplexum tepidas undas, ignesq; nitentes
Adijciunt coſtis, laticesq; infundere certant,
Lignaq; crebra addunt, faciuntq; incendia circum.
Tum tripodos uentrem circum ſe flamma ſtrebat,
Lambebatq; ignis, ſtrueſcit & unda lebete,
Dum regina arcam thalamo properauit Vlyßi
Ferre duci, & ueſtes, pulcherrima dona: recondit
Veſtem aurumq; ingens, Phæacum munera regum.
Hac nitidam lænam, tunicamq; reponit amœnam.
Tum breuiter dictis regina affatur Vlyſſem.
Nunc hoſpes ciſtæ uigili tu tegmina cura
Reſpice, ut adijcias firmißima uincula prudens,
Ne quis ſurripiat, dum ſuaui lumina ſomno
In puppi tribuis feſſus. Percepit Vlyßes
Reginæ iuſſus, tegmenq; aptauit ad arcam:
Ac uinclum immiſit, docuit quod candida Circe
Dulichium quondam, uariaq; inſtruxerat arte.
Mox nymphe iußit celeri iam balnea greſſu
Intraret: poſtquam uidiſſet ab igne lauacra
Feruere, inceßit gaudens tum nudus Vlyſſes.

Regina Vlyſsi.

Circes uinculum.

Lauat Vlyſſes ante cœnam.

Namq;

Namq; ut deſeruit teneræ ſpelæa Calypſus,
Non unquam tepida lauit, ſuper æquora uectus:
Sed dum manſit, erat Diuæ cultiſsima cura,
Poſtquam hunc unxerunt oleo labente miniſtræ,
Laueruntq; undis tepidis per corpora denſa,
Inſignem induitur lænam, tunicamq; per artus,
Egreſſusq; iterum feruentia balnea lætus
Potores repetit bacchi. formoſa puella
Conſtitit, expectans ad limen ſedis amœnæ,
Nauſicaa, ore ſuo contendere digna Deabus,
Nympharum nitidam formæ ſortita figuram:
Inſpiciensq; oculis alacrem miratur Vlyſſem,
Obſtupefacta uiro. breuiterq; ita fatur ob ore:

Nauſicaa Vlyſſi.

Salue hoſpes: patrias ſi quando acceſſeris oras,
Non te Nauſicaæ meminiſſe pigebit amantis,
Cui debes reducis meritò iam præmia uitæ.
Excipit effatus dictis ſic cautus Vlyſſes:

Vlyſſes Nauſicaæ.

Nauſicaa, Alcinoi proles nitidiſsima regis
Magnanimi, ô utinam faciat ſic regia Iuno,
Et pater altitonans, patrias ut ſoſpes in oras
Perueniam, atq; dies optanti illuceat illa,
Vt uideam dulces ſedes, notoſq; penates.
Hic tibi ſemper ego perſoluam uota puella,
Vtq; Deæ incolumis ſemper tibi ſacra litabo.
Namq; eris ipſa mihi ſemper dea, cuius & aram
Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus
Victima: uota tibi faciam, atq; uocabere uotis:
Ipſa mihi uitam rurſus regina dediſti.
Sic ait, & iuxta regem conſedit Vlyſſes.
Diſtribuuntq; epulas hilares, & uina miniſtri

Imponunt

Imponunt menſis, & cuilibet arte ſecabant.
Quinetiam præco cantorem duxit amœnum,
Cantorem comitem Muſis, populiſq; uerendum,
Demodocum inſignem: ſtatuit quem deinde columna Demodocus cantor conuiuio adhibitus.
Erectum longa, conuiuas inter edaces.
Tum ſic affatur præconem dius Vlyſſes: Vlyſſes præconi.
Perpetui tergo ſuis & luſtralibus extis
Deme precor carnes, partemq; recide benignè,
Et ſpumantis apri dorſo proſcinde decore:
Multum adipis circa, & pinguedo uiuida pendet:
Demodocoq; feras carnes ô præco canenti,
Vt ueſcatur. ego hunc magno complector amore,
Quanquam ærumnoſus: tamen eſt mihi nobile carmē.
Namq; homines inter fas eſt honorare poetas, "
Cantoreſq; unà, & ſemper reuerenter haberi: " Poetæ & cantores in precio habendi.
Ante alios ſiquidem clareſcunt arte decori. "
Quin illos ſuaues docuerunt carmina Muſæ: "
Muſæ ſemper amant cantores atq; poetas. "
Hæc ubi dicta dedit, præco bene detulit ipſi
Demodoco heroi. manibuſq; recepit amanter
Muſicus allatas carnes, & gaudia pectus
Exultans animo fecit. poſitiſq; ſedentes
Admouere manus poculis proceresq; duceſq;,
Atq; dapes coram poſitas ſibi quiſq; decorè Vlyſſes a Muſico petit ut bellum Troianum proſequatur, deq; equo ligneo canat quo Troia fuit capta per inſidias.
Sumebat ueſcens. amor utq; exemptus edendi,
Siccandiq; merum, cantorem affatur Vlyſſes
Demodocum prudens: Laudo te, maxime Muſis
Demodoce, ante alios homines, ueneror q; canentem:
Seu te Pierides Muſæ, Iouis inclyta proles,
Te docuere ſonos, docuit ſeu clarus Apollo.

Nobilè

Nobilè Muſarum cantu tu fata Pelaſgûm,
Et fletus lacrymaſq; uirûm, ſorteſq; malorum
Concinis, & Parcas, cumulataq; funera Graijs,
Et quæcunq; ſua geſſerunt prælia dextra.
Quantaq; Graiugenæ & quæcunq; pericula paßi,
Ritè etiam exhauſtos bello canis ipſe labores:
Siue olim pariter præſens in clade fuiſti,
Seu fortè ex alijs audiſti uoce relata,
Excinis egregiè. Sed iam deſcende canoris
Progrediens modulis, ingentis ab ordine belli
Lætus equum ligno ſtructum, trabibuſq; refixum,
Quem quondam eximius cum Pallade fecit Epœus.
Equus Troianus. *Inſtar montis equum, diuina Palladis arte*
Struxerat ille manu, ſectaq; huic abiete coſtas
Texuerat: mox inde dolum prouexit Vlyſſes
Intra arcem, latebras armato milite complens.
Corpora lecta uirûm concluſit mole ſub alta,
Qui ferro Iliacæ populati mœnia Troiæ
Euertere ſolo. Quæ ſi modò ritè canendo
Narraris uates, cunctis mortalibus ipſe
Ingenijq; decus, & tantæ laudis honores
Euehere inde tuos, famamq; efferre ſub aſtra,
Vtq; tibi Muſæ Parnaßi uertice cantus
Diuinoſq; ſonos dederint, arteſq; ſonoras,
Aggrediar. dixit. commotus laude poeta,
Inuocat incipiens doctas ante omnia Muſas.
Demodoci cantus. *Orditur cantus hinc læta exordia ſumens:*
Vt Graij curuas conſcendant æquore puppes,
Vtq; abeant pelago, coniectis ignibus altis
Caſtris, & flagrent rutilis tentoria flammis.

Aſt

Aſt alij heroes incluſi mole ſedebant
Inſtar montis equi, Troiæ ſub mœnibus altis,
Inq́; ſoro Troum poſita eſt ea machina belli,
Occultiq́; ſilent Graij. dux clarus Vlyſſes
Intus erat, ſed equum traxerunt Troes in arcem:
Hic dum ſtaret equus, circa diuerſa ferebant
Inter ſe fati. triplex ſententia conſtat,
Scinditur incertum ſtudia in contraria uulgus:
Aut reſecare cauum lignum, ferroq́; cauernas
Fœdare: aut arcis ſumma de rupe caducum
Præcipitare iugis: aut ſacra piacula diuûm
Linquere, ut hæc moueant ſimulacra, ut uictima, diuã.
Quod potius fuerant facturi, Troes in armis
Vt pereant, inſtat fatum: poſtquam ardua bello
Machina Dardania tota eſt nunc urbe recepta,
Qua fuerant clauſi præſtantes corpore Graij,
Et delecta uirûm pugna generoſa caterua,
Troibus heu cædem & mortem latura per urbem.
Hinc canit, ut Danai linquentes pinea furtim
Clauſtra, ab equo ſummo fluitent, cæciſq́; cauernis
Diffuſi inſidijs populentur mœnia Troiæ:
Atq́; alios aliò ueloci tendere curſu,
Ac miſcere urbem celſam clamore furentes.
Hinc ad Deiphobi ſedem ruere agmina Graiûm,
Dulichiumq́; unà Menelao, prælia marte
Feciſſe egregio, pugnamq́; ibi cæde ferocem
Atq́; ingens bellum, longeq́; aſperrima Martis
Hic iniſſe uiris Troum certamina, donec
Vicerit auxilio ſubeunti Pallade forti.
Sic clarus blando hæc intercinit ore poeta,

Virgil. hæc fere ad uerbum tranſtulit li. 2. Aen.

Vbertimq́; oculis lacrymas effundit Vlyſſes,
Humectatq́; genas, fletuq́; & flumine largo.
Comparatio Ceu forte exanimem & dulcem complexa maritum,
Mœſta ruens circum deflet pia funera coniunx,
Ante urbem lapſum, populumq́; in cæde madenti,
Dum ſic pro patria & natis ac mœnibus urbis
Ille ſuæ pugnat, ſtragemq́; auertit in armis.
Vt fato coniunx morientem cernit acerbo,
Et trepidare uidet, iam circumfuſa marito
Lamentatur inops, querulis loca queſtibus implet:
Hoſtes à tergo ſcapulasq́; humerosq́; feroces
Iniectis quatiunt haſtis, capiuntq́;, feruntq́;,
Ireq́; ſeruitum cogunt, durosq́; labores,
Aerumnasq́; graues toleratum hoſtilibus aruis.
Huicq́; genæ lacrymis teneræ fœdantur amoris,
Oraq́; iam miſeræ flatu uitiantur amaro,
Circa oculos triſti nimium lacerata dolore:
Moxq́; uidetur anus, quondam formoſa puella.
Sic quoq; de miſeris oculis ſtillabat Vlyſſes
Vbertim lacrymas. alios celauit: at unus
Vlyſſes lacrymans ſoli Alcinoo obſeruatus. Aduertit fletus toties, dum proximus illi
Aßidet, Alcinous triſti, grauiterq́; gementem
Audierat ſubitò, Phæacibus inquit in aula:
Audite ô proceres, uosq́; ô Phæaces: amœnus
Demodocus cithara iam deſinat ipſe ſonora:
Haud etenim cunctis canit hæc nunc grata poeta.
Vt cœna allata eſt regali ſplendida luxu,
Excitusq́; ſuis cepit modulamina Muſis
Vates, haud unquam ceſſauit flere dolore
Luctifico hic hoſpes, circum præcordia dirus

Eſt dolor

Eſt dolor illius, planctuſq́; è pectore rumpunt.
Deſinat ergo lyra. nos ad leuiora reuerſi,
Qui damus hoſpitium, nec non & gratior hoſpes,
Delectemur, & hinc quædam ſolatia mentis
Inſtituamus: ait. mouet & reuerentia cultu
Hoſpitis inſignis, rediruſq́; & munera grata
Huic dedimus, magno commoti pectus amore.
Supplex atq; hoſpes ceu duro tempore fratres "
Auxilio ueniunt homini, quicunq; uel aſtu, "
Vel ualet ingenio, nec deeſt prudentia rerum. "
At tu nunc hoſpes precor ô, ne mentis ab aſtu
Inſignis celes, ediſſere uera roganti.
Præſtat enim longè, manifeſtè uera fateri. "
Dic nomen tibi quod materq́; paterq́; dedere,
Hic ubi notus eras, quo te quoq; turba per urbem
Finitimiq́; illi populi genteſq́; uocarunt.
Mortales inter nullus ſine nomine uiuit: "
Ex quo natus erit primùm, prauuſq́; bonuſq́;, "
Omnibus ut geniti fuerint fecere parentes "
Nomina. quin etiam terramq́;, urbemq́;, domumq́;
Dic, ut te referant noſtræ ſuper æquora naues.
Phæacæ nullos rectores puppibus altis,
Nullos temones, aliæ ceu gurgite naues
Prætendunt: ipſæ, mentes nouere, carinæ,
Atq; uirûm ſenſus, nec non urbeſq́; ſituſq́;,
Atq; hominum pingues agros & culta per oras,
Traijciuntq́; undas, uelociq́; æquora curſu,
Aereq́; & nebulis tectæ, nec naufraga damna,
Nec metuunt fluctus, mergi 'ue ſub æquor amarum
Eſt timor ullus aquis. memini tamen ipſe referre

Alcinous ex Vlyſſe quærit omnem eius conditionem & fortunam.

Naues Phæacum, ſenſus hominum intelligentes, ſine rectore natabant, nouerantq; omnes regiones. Alludit ad geographos peregrinantes, & negotiatores. Neptunus Phæacibus minatus ſe uerſurum nauem in montem.

Nauſithoum patrem, ſæpe inuidiſſe ſub undis
Neptunum nobis, quòd nos ſuper æquore celſo
Mortales cunctos comites deducere naui
Nil pigeat. nobis igitur quandoq; minatum,
Merſurum ſeſe Phæacum gurgite puppim,
Vndoſo quondam redeuntem marmore ductu,
Vaſtata & naui poſiturum mœnia circa
Immanem montem, & dempturum lumina mole.
Sic olim genitor, memini, narrabat. At ipſe
Siue deus faciat, quæ ſit tum uoce minatus:
Siue relinquat acri uelut imperfecta tridente,
Vt lubet: ipſe tamen referas mihi gratior hoſpes,
Quó nam ſis toties uarijs erroribus actus,
Quasq; hominum terras, quas naui acceſſeris oras,
An ne urbes habitent & mœnia culta, domosq;:
An ſint crudeles & agreſtes moribus, an ne
Iniuſti: an potius mites, atq; hoſpita tecta
Sede colant placidi, an uenerentur numina corde.
Dic mihi, cur lacrymas fundis, triſtesq; querelas,
Quid'ue geris mœſtos tacito ſub pectore luctus,
Cum bibis aure pius cantantem funera Troiæ,
Et Danaûm caſus, & prælia Pergama circum
Geſta diu Argolicis, & cladem crimine notam.
Hanc peperere dei, ſortiti funera fuſis,
Parcarumq; colo. cædes mortalibus acres
Voluerunt fatis memoranda nepotibus arma,
Damnaq; maiorum cantanda minoribus olim:
Vtq; illis cladem, ſic carmina nota futuris,
Et cantus tantum. Nunquid tibi cæde peremptus
Affinis fuerit Troiæ ſub mœnibus altis,

Ilium

Ilium ad excelſum? charuſq́; generq́;, ſocerq́;
Occubuit' ne tibi? namq; eſt ea proxima nexu
Inter amicitias ſeries, digniſſima cultu, "
Quam Veneres iunxere thoris, & amore cupido, "
Poſt conſanguineos, poſt & genus omne parentum. "
Vtilis an' ne tibi ferro eſt extinctus amicus?
Non equidem inferior tibi fratre putetur amicus, "
Qui te cunq; colit ſincero pectore prudens. "

ARGVMENTVM LIB. IX.

Principiò Ciconas facundus narrat Vlyſſes,
Bellaq́; geſta illis, donec ſe Phœbus in undas
Mergeret occiduas. immania prælia gentis
Iſmariæ, hinc ſocijs delatum ad littora claſſe,
Lotophagûm populos uidiſſe, & frondea rura:
Lotophagumq́; ſuos captos dulcedine fructus,
Vix traxiſſe uiros naui. Aetnæosq́; Cyclopas
Acceſſiſſe refert, gelido Polyphemon in antro
Sex rapuiſſe ſibi ſocios, uentriq́; dediſſe
Crudeles eſcas, & membra fluentia tabo
Dilaniaſſe genis. & pœnam criminis addit,
Immanemq́; ſpecu ſomno uinoq́; ſepultum
Se domuiſſe manu, terebraſſeq́; lumina frontis.

ODYSSEAE LIBER IX.

Lotophagos, Aphros, Ciconas, Cyclopea ſaxa.

TVm pater, Alcinoi ſolio, ſic infit Vlyſſes:
A'cinoe, Argolicûm princeps clariſſime regũ,
Maxima cui floret per cunctas gloria gentes,
Dulce audire pias recinentes carmina Muſas,

Vlyſſes apud Alcinoum errores ſuos narrat, ut Aeneas Virgilii apud Didonem.

Demodocumq; lyra, qui Dijs æquandus ab ore,
Voceq; blandiſonos fundit modulamine cantus,
Aureaq; in cithara ciet hic bene plectra ſonora.
Hic equidem fretus doctas anteire canendo
Aonias poterat, blando par carmine Muſis.
Muſicæ commendatio. Nil ſanè fateor citharaq; & cantibus æquis
Gratius ad menſas, populo cum plauditur omni,
Lætitiamq; capit per ſedes turba patentes,
Claraq; iam totam peraguntur feſta per aulam,
Atq; uiros hilaris retinet cum uoce uoluptas,
Ordineq; aure bibunt modulantis carmina uatis,
Cantoriſq; ſonos conuiuæ ſede ſtupeſcunt,
Atq; dapes carpunt, celebriq; epulantur in arce,
Dum famuli replent menſas epuliſq; meroq;,
Et cererem cumulant, feſtaſq; ex ordine carnes,
Vitiferumq; dei laticem cratere refuſam
Fert pincerna ſacro commiſcens pocula Baccho.
Hæc mihi res adeò longè gratiſsima menſis.
At quanquam uobis erit hæc audire uoluptas,
Heu tamen infandos cogis renouare dolores.
Sed ſi tantus amor noſtros audire labores,
Vt magis hinc moueam triſti ſuſpiria corde,
Et breuiter pelago noſtros cognoſcere caſus,
Et lacrymoſa mari toties diſcrimina ſæuo,
Quanquam animus meminiſſe horret, luctuq; refugit,
Incipiam, dum te ſic impetus urget amore.
Quæ prius hic, ſeu poſterius, narranda reſumam?
Siue quid è multis referam? nam plurima diui
Heu patienda mihi non mitia fata dederunt.
Diſce meos gemitus: ſed primùm nobile uoce

Nomen

Nomen ego pandam, mox curſus æquore ponti.
Hoſpes ego uobis adſum, fugiq́; per undas Narratio.
Funera, & heu fati luctus, triſtesq́; ruinas:
Sed ſpacio procul hinc habitantur mœnia longo.
Sum Laertiades Troiæ bene notus Vlyſſes,
Inſidijsq́; ſagax, contendere fraude peritus,
Inuictusq́; dolis, cunctis celebratus in orbe:
Hinc mea ſidereum iam pulſat gloria cœlum.
Ipſe domos Ithacas habito, Laertia regna.
Finitimosq́; illa princeps ego clarus in urbe:
Aequoreasq́; Ithacæ terras agrosq́; guberno,
Quos auſter perflat, & amœna per arua ſuſurrat. Ithacæ ſitus
Huic mons incumbit præclarus Neritus urbi, Neritus
Neritus excelſas qui lambit uertice nubes, mons.
Fertilitate mihi florens, intonſaq́; ſyluis
Pulcher habet capita, & mixto iuga frondea rure.
Hunc lenes perflant auræ, quiq́; arbore denſa
Conſitus, in nebulas umbroſa cacumina iactat,
Pinifer, & gelidas præbet mihi dulciter umbras.
Hunc circa uariæ habitantur in æquore terræ,
Et ſibi uicinæ Graio ſtant nomine circum,
Dulichiumq́;, Sameq́; mari, & nemoroſa Zacynthos. Vlyſſis regnũ
Illa humilis iacet excelſo ſuper æquore terra,
Occaſum ſpectans, fuſcasq́; accedit ad umbras.
Hæc ſecreta mari, quà ſeſe aurora quadrigis,
Et matutinis reuehit ſe Phœbus ab undis,
Eſt tenuis, fortes tamen educat, aſpera cultu:
At nihil hiſce oculis mihi dulcius ipſe uidere, Patriæ amor
Vt reor, hac potero terra & natalibus oris.
Quanquam me ambiuit diuarum fama Calypſo,

Vlyſſis amatrices deæ. Inq́; cauis antris petijt connubia noſtra:
Quamuis me Circe coluit, clariſſima ſede
Aeæa nymphe, quæ fraude doloq́; per urbes,
Gramineq́; inſignis, uoluit mihi nubere quondam:
At nunquam potuit noſtros hæc flectere ſenſus:
Me natale ſolum tanta dulcedine duxit,
Immemoremq́; ſui nunquam me ſiuerat eſſe.
" Nam patria eſt homini terra nil dulcius uſquam,
" Nec quicquam laribus gratisq́; parentibus unquam
" Charius eſt: quanquam diues colit arua beata,
" Atq; domos habitat pingues, ſedesq́; nitentes
" Iam, procul à patria, atq; alia tellure diremptus,
" Qui genuere olim caret ille parentibus, ille
" Dicitur infœlix. Reditus, noſtrosq́; labores,
Erroresq́; mari triſtes, curſusq; docebo,
Quod dedit à Troiæ ſoluenti littore claſſem
Errores Vlyſſis. Iuppiter. Vt Phrygio diſceſſi puppibus aruo,
Iliacumq́; ſolum liqui, & fumantia ſaxa,
Me rapuit uentus. Ciconumq́; ad littora uectum
Appulit Iſmarijs domibus, terræq́; feroci.
Expugnatio Iſmari Ciconum urbis. Iſmaron ingreſſus, diſieci mœnia bello,
Occidiq́; uiros, puerosq́; ſenesq́; recuruos,
Vxoresq́; ſimul raptas ex urbe puellis
Traximus armati, res & ſpolia ampla ferentes,
Diuitiasq́; & opes partiti ſorte, nec inde
Quiſquam expers prædæ mihi non donatus abiuit.
Corripere inde fugam iuſſi, celeriq́; regreſſu
Tendere iter ferro. ſed nos ſic fata ferebant.
Heu ſocij dictis ſtupidi parêre recuſant:
Per naues poti ſtabant, madidiq́; Lyæo.

Ingens

Ingens hic bacchuſq́; & dulcia pocula uini
Exiccata illis fuerant, & littore crebrum
Mactauere pecus, balanteſq́; ore bidentes,
Atq́; boues camuras: donec ueſtigia ſæui
Approperant Cicones, cædemq́; in littore factam
Enarrant alijs, pluſquam uicina petentes
Arua, uiroſq́; uocant, qui tum regionibus illis
Finitimi fuerant plures, belloq́; feroces.
Thraces arant agris, habitantq́; per arua recurua,
Qui pugnare ab equis celeres, hoſtemq́; periti
Proſtrauiſſe: idem pedites obijſſe relapſi,
Et pugnare manu, ualidiſq́; occurrere in armis
Improuiſo adſunt, quot rure recentia ramis
Vere nouo folia, & flores naſcuntur agreſtes:
Inuadunt numero totidem, quot frugifer annus
Mille refert herbas, & gramina mille per arua.
Aſpera fata Iouis, perituros Martis in armis
Nos urgent grauiter, uarioſq́; adijſſe labores,
Et triſtes caſus cogit ſors uerſa malorum.
Circumſtant igitur Cicones, pugnaſq́; ferentes
Ad celeres naues, uibrant haſtilia ferro,
Inijciuntq́; haſtas horrentes Martis utrinq́;,
Seq́; petunt ferro, piloq́; minante uiciſsim.
Donec ab aurora lux aucta recurrit ad axem,
Auxilium contrà ferimus, duramus in armis:
Hic uix hoſtiles arcemus ſanguine turmas.
Quanquã pugnabant numeroq́; atq́; agmine plures,
Attamen occurſu plures remoramur atroces.
Vt uerò Heſperias acceßit Phœbus arenas,
Tranſabijtq́; polum Titan, & ueſper Olympo

Infœlix prælium cum Ciconibus ab ortu uſq; in ſolem occidentem.

Extulit os ſacrum ueniens, tenebraſq; reduxit,
Præcipites dira Cicones incurrere pugna
Vndiq; cœperunt aruis, haſtaſq; reclinant,
Victoreſq; agitant Graios ſub cæde domantes.
Qualibet hic ſeni ſocij de puppe perempti
Occubuere ſolo. Hinc alij ſuper æquora uecti
Fugimus has cædes, celeres & fata per undas,
Soluimus & læti celerato littore claſſem:
Læti, quòd licuit fata euaſiſſe ſuperba:
Sed quòd in Aemonio ſocios, heu funera, campo
Perdidimus, triſtes. neq; enim confidere fatis
Hic fuerat tutum. Quanquam nec littore naues
Inde prius poterant remis contendere curſus,
Quàm nos amiſſos ſocios ter uoce ciemus,
Qui Ciconum campis deſerta rapina cruentis
Oppetiere armis. mox uentos puppibus acres
Iuppiter emiſit boreæ ſpirantis in æquor,
Euertitq; ſalum flatu, uaſtiſq; procellis,
Imbribus exundans largis, & nubibus atris,
Heu ferus obtexit terramq; undamq; per æquor,
Crebra procella rates ferijt. nox humida cœlo
Præcipitat, triſti totum coit aere cœlum
In cæcas nebulas, & inhorruit unda tenebris.
Iamq; obliqua natant naues, fluctuq; feruntur,
Terq; quaterq; auræ feriunt crepitantibus alis.
Vela ratis raptæ paßim diſiecta feroces,
In uarias partes & fruſta natantia ponto.
At nos hæc trepidi, nam intentant omnia mortem,
Condimus in naues, Parcas fatumq; trementes.
Tum contrà ualidis certatim incumbere remis

Tempeſtatis deſcriptio.

Vlyſſis claſſis tempeſtate diſiecta.

Aggreßi,

Aggreßi, ſubitò deduximus æquore fractas
In terram puppes, quaſſasq; aquilone carinas.
Hicq; duas tum duramus noctesq; diesq;
Continuò triſtes, & nudo in littore ſtrati
Deflemus caſus mœſti, preßiq; dolore.
Tertia cum lucem roſeis Aurora capillis
Attulit, & croceo uenit Pallantias ortu
Culta caput flauum, crinesq; per ardua colla:
Pandimus antennas, malumq; ereximus altum.
Quiq; uocant naues, tenduntur carbaſa uentis.
Iamq; ſedemus, aquis decurrit claßis, & aura
Iam flabat, uentusq; gubernatorq; regebant:
Hei mihi, tum patriæ tetigiſſem littora terræ
Incolumis, ſi non aquilo fluctusq; feroces,
Aequoreæq; undæ, Maleæ ſub curua ſequacis
Saxa retorſiſſent, triſtiq; errore Cithera.
Lucibus inde nouem uarijs freta concita uentis
Ipſe lego, curſu piſcoſa per æquora uectus.
Lotophagûm decima tetigi ſub luce carina Vlyſſes ad Lotophagos.
Proſper humum, uirides qui carpunt frondibus eſcas
Florigeris alacres, terramq; intramus ab undis.
Mox haurimus aquas gelidas prædulcis arenæ,
Corpora curamus lauta conuiuia cœna,
Curuas aggreßi ad naues, fuſiq; per herbam
Implemur ueteris bacchi, pinguisq; ferinæ.
Poſtquàm exempta fames epulis, potuq; Lyæo,
Exploraturos mitto, quos ſorte receptos
Elegi: comes his quoq; præco tertius ibat,
Quem dederam ſocium: qua ſim regione locorum,
Qui'ue homines eſſent terræ ſub finibus illis,

An frumen-

An frumenta metant. digreſsi longa per arua
Lotophagûm populis ſe immiſcent undiq; læti.
Hos non fatifero conſpectos enſe trucidant,
Loti eſus. Nec funus meditantur: at his dant mellea loti
Dulcis poma cibos, & præbent arbore fructus.
Quicunq; ex illa tum ueſcitur arbore dulci
Fruge, ſibi ſubitò priſcarum obliuia rerum
Captus edit, nec iam curat mihi nuncia ferre,
Nec rediſſe domum, aut patrios repetiſſe penates
Optat. at hic lotis ueſci prædulcibus aruo,
Lotophagosq; inter ſemper remanere, piſq;
Hic obliuiſci reditus, patriæq; remotæ.
Hinc igitur ſocios uix ipſe ad littora duxi,
Inq; rates egi ui tota margine flentes,
Suppoſuiq; iugo, uinclisq; arcere coegi.
Nec mora, tum reliquos ſubitò conſcendere iuſsi
Aligeras naues ſocios, tranſtrisq; ſedere,
Ne quiſquam loti guſtaret ab arbore fructus
Decerptos uetui, reditusq; negaret in arua,
Neritiasq; domos, patriasq; requirere terras.
Oblitus' ue uelit, Libycis hic uiuere lotis.
Ergo ſedent, feriuntq; citis freta ſpumea remis,
Concutiuntq; undas, & uerrunt æquora cana.
Prouehimur pelago confecti corda dolore,
Cærula ſub tonſis ſpumabat gurgite Doris.
Cyclopum regio, & mores. Vlterius uecti Cyclopum allabimur oris.
Vidimus hic altos Aetna ſurgente Gigantes,
Immanes ſine lege uiros, ſine more ſuperbos.
Confidunt ſoli dijs immortalibus illi.
Non mandant factis agreſtia ſemina ſulcis,

Non

Non illis ualido glebæ uertuntur aratro:
Nec figunt manibus plantas, ramosq́; uirentes.
Sponte ſeges creſcens, inaratis naſcitur aruis,
Nec ſata, fert pinguis per ſe tamen omnia tellus.
Triticeæ hic meſſes, hic flauent ordea ſpicis,
Hic tumidæ pendent ſoliatis uitibus uuæ,
Hic uineta ferunt fructus, hic uinea lætum
Grandibus ex uuis, generoſo & palmite bacchum,
Imbribus aucta Iouis uarijs, pluuijsq́; caducis.
Hic multis lacubus ſpumant quoq; dulcia muſta.
His nec iura fori, nec leges, ſcriptaq́; patrum:
Nulla ſtatuta colunt urbis, nec ſceptra uerentur.
Aſt habitant denſas umbroſa cacumina ſyluas,
Excelſosq́; iugis montes, atrisq́; cauernis.
Quiſq; ſibi dicit ius, & ſine lege feroces
Inſtantesq́; ſimul, nullo & diſcrimine nymphas
Vxoresq́; tenent quiſquis ſecurus amorum.
Hæc facilis cultu, nemoroſaq́; frondibus altis,
Curuatoq́; ſimul prætenditur inſula portu,
Cyclopum ſedes, & inhoſpita terra Gigantum.
Vtq; propinqua minus, ſic non eſt orbe remota.
Sylueſtres capreæ naſcuntur rupibus altis
Innumeræ, quas nulla hominum uia trita coercet,
Nec prohibent calles ſyluis, nec odora canum uis.
Nec uenatores quærunt ueſtigia ſaxis,
Venantur' ue iugis, qui denſis plurima ſyluis
Sæpe pericla adeunt, montisq́; cacumina celſi
Sectantur. non illa greges, non tentat aratrum.
Non unquam ſeritur, nec aratur uomere duro:
Sed uidua eſt ſemper placidis cultoribus illa.

Attamen

Capreę in Sicilia plurimę

Attamen & capreas nutrit par paſcua ſyluis,
Quarum uoce ſonant nemorum ſpineta uirentum.
Nullæ ſunt roſtro puppes Cyclopibus acres,
Nec minio tinctæ naues, nec finibus illis
Extant artifices, qui firmo robore texant
Iuncturas ratium, tabulasq; in puppibus altis.
Quîs urbes hominum, quîs quærant mœnia celſa,
Singulaq; exquirant, mercesq; per æquora portent,
Qualia multa mari nautæ rimantur in alto,
Tranſmittuntq; cauis uento freta concita cymbis:
Nautica quîs ducant liquido commercia ponto,
Mutuo ſeq; adeant. At non hæc cura Gigantum,
Vt teneant urbes, & terræ culta uirentis
Arua, locosq; uijs, habitataq; mœnia tectis.
Nec mala terra tamen. campis fert omnia ſponte,

Siciliæ fertilitas.

Et matura quidem: ſylueſtres tempore fructus
Quiq; ſuo creſcunt: quin & prope littora Ponti
Cærulei, & iuxta ripas ſunt mollia prata:
Hic arua irrigua, hic & aquoſo rura liquore.
Hic quoq; uitiferi campi, palmesq; perennis,
Vineaq; æternùm florens, uitisq; benigna
Terra iugis, facilisq; nouis ut aretur aratris:
Et ſeges enaſcens grauida flaueſcit ariſta,
Se pingui ſpicis deflectunt ſemina fundo.
Eſt facilis portus, fluctu ſecretus ab omni.
Cumq; procelloſo tunduntur littora ab æſtu,
Non opus appulſas uinclis affigere claſſes,
Aut uiridi naues religare rudentibus aruo.
Nulla procella iubet poſuiſſe cubilia portu,
Hic per ſe tuto deductæ littore puppes,

Ad tempus

Ad tempus remanent. donec ſe nautica turba
Excitat, inq; altum curſu iubet ire carinas,
Aſpirantq; leues flatus, & carbaſa tendit
Aura: ſed ad portus caput exit lucidus humor, Portus Siciliæ.
Fonsq; ſpecu ſubter gelidis hic murmurat undis,
Perſpicuoq; loquax decurrit rupe liquore.
Naſcuntur circà proceræ frondibus alni.
Huc nos appulimus claſſem. ſic fata ferebant,
Ducebatq; deus nigræ caligine noctis.
Namq; ſub obſcuris tenebris fuit illa per æquor.
Non hic cernere erat quicquam. namq; aere cæco
Condenſæ nebulæ ſtabant, tenebriſq; profundis
Affuſis ratibus. nulla hic quoq; cornua Phœbes
De ſummo radijs ſpargebant lumina cœlo,
Nubibus inq; atris triſtis præcluſa latebat.
Inſula nulla quidem nobis hic cernitur undis,
Nec prius hic puppes pellentes æquore fluctus
Longos ad terram, ſequitur quos orbita ponto,
Vidimus æquoreo ſteterint quàm littore naues.
Vela legunt ſocij deductis puppibus ora.
Vadimus in littus pelagi, & telluris arenis
Sternimur, atq; graues potu requieſcimus herba,
Auroræq; ſacram lucem expectamus Eoæ.
Vt uerò micuit roſeo Pallantias ortu
Matutina polo, croceaſq; nitore per altum
Extulit illa manus, tendens moderamen equorum,
Miramur terram, & circum ueſtigia latè
Torquemus dubij. aſt agreſtia numina nymphæ,
Dura Iouis ſoboles, glomerantur Oreades altæ,
Montanas capras per deuia ſaxa repellunt,

Quæ ſolæ degunt præruptis rupe cauernis.
Exciuere iugis nymphæ per ſaxea rura,
Vt ſocij ſtruerent ortæ conuiuia cœnæ,
Extructosq; focos oneraret ut acta rapina.
Puppibus incuruos arcus celeresq; ſagittas,
Et iacula, & nitido caprarum ſpicula ferro
Extulimus, ſubitò aggreßi, prædasq; ſequuti
Venatio Vlyſſis in Sicilia. Dirigimus ternas acies, iaculisq;, leuiq;
Ex arcu in capreas curſura ad ſaxa ſagitta,
Præcipites agimus montoſa rupe caprarum
Vſq; greges denſos. deus & fortuna ſequacem
Dulcis uenatum prædæ dedit ipſa rapinis,
Optataq; nemus ſyluis indagine cinxit.
Cumq; duodenæ ſequerentur in æquore naues,
Sorte nouem cuiuis capreæ ceſſere carinæ.
Noſtra decem nauis capreas eſt ſola ſequuta.
Sternimur ad littus, dapibusq; epulamur opimis,
Baccho replemur ueteri, pinguiq; ferina,
Viſcereq; innumero fundentes dulcia uina.
Tota dies abijt, donec ſe Phœbus in undas
Occiduas merſit, curruſq; ſubegit Ibero.
Nec dum uaſa mero fuerant ſiccata rubenti:
At ſatis extabat. namq; ingens copia bacchi
Hauſta fuit nobis, atq; amphora crebra repleta
Atq; onerata mero. cum diruta mœnia Graij
Iſmaron ingreßi, Ciconum uaſtauimus urbem,
Mox & uicinæ Cyclopum allabimur oræ,
Alter ut illuxit rutilanti lampade Titan.
Vidimus hic antro celſum conſurgere fumum,
Balatusq; ouium & caprarum uenit ad aures.

Vt Phœ-

Vt Phœbus ſubijt, tenebriſq; crepuſcula ſera
Succeſſere, ſolo laxamus membra ſopore
Carpentes ſomnos curuo ſub littore ponti.
Luteaq; interea croceis Aurora capillis
Fulſit, ego ſocijs cunctis ſic uoce loquutus:
Vos alij precor, ô blandiſsima turba, gementes Vlyſſes ſociis.
Hoc remanete loco tuti, prope littoris undas
Cuſtodire rates iuſsi. nam puppe uiriſq;
Progrediar paucis, qui nam regione locorum
Has teneant ſyluis oras, homines' ue feræ' ne,
Exploraturus ſoluam de littore nauim,
An graſſentur agris, & agreſtes undiq; prædas
Iniuſtiq; ferant, an & hoſpita tecta frequentent,
Hoſpitijq; colant leges & numina diuûm.
Sic fatus, puppi conſcendi primus in æquor,
Ac ſocios hortor ſubitò conſidere tranſtris,
Soluere tum nauem, terraq; abrumpere funem.
Illi parebant celeres, tranſtriſq; locantur,
Cæruláq; excutiunt uerrentes æquora remis.
Vt loca contigimus ponto uicina Cyclopum,
Hic ſpecus adiunctum iuxta æquora uidimus alta, Antrum Polyphemi.
Excelſum lauris antro facientibus umbram:
Lanigeræ ſtabulantur oues, capræq; per herbam,
Et pecora innumera hic requieſcunt gramine denſo.
Hic aula extructa eſt cœlo ſublimis aperto,
Et ſaxis terra defoſsis horrida ſqualet,
Ac longæ pinus circum, quercuſq; comantes,
Excelſæq; patent, & ſpargunt frondibus umbras.
Monſtrum horrendũ, ingens, clauſo pernoctat in antro, Polyphemi deſcriptio.
Vir ſæuus membris, qui tangit uertice nubes:

Lanigeras paſcebat oues,atq; auia ſola
Quærit,iners pecorum cuſtos,immanior omne
Ius ſpernit,legesq; ſimul,ſcelerumq; repertor
Non alios inter tacitis inglorius agris,
Secretusq; habitat,nemorumq; per inuia luſtra,
Ingens atq; artus,uiſu mirabile monſtrum.
Prodigioſa uiri celſis miracula ſyluis.
Non ulli facie ſimilis,qui ueſcitur agri
Fructibus, & uultu ſæuo mortalibus impar.
Vertice montoſis æquare cacumina lucis,
Excelſosq; iugis montes,cum ſolus in alto
Apparet nemorum ſaltu,& deſerta peragrat
Seiunctus, dicas. duodenos marte feroces
Inſigni ſocios diſcernens agmine toto,
Vt nauim ſeruent alijs ad littora mando,
Et puppi maneant,puppisq; per arma reſidant.
Progredior lectis pariter comitatus ad arma,
Bis ſenis ſocijs, caprinumq; adfero uino
Vtrem nigranti, noſtri ſolatia curſus,
Prædulcis laticis: quem quondam munera uates
Ipſe Maron dederat lætus,Phœbiq; ſacerdos, *Maron uates Maroneum uinum.*
Qui colit Iſmarias ſedes,urbemq; uetuſtam,
Euanthei proles: quem nos,ut uenimus illuc,
Amplexi,pariter ueneramur coniuge chara,
Proleq; ſuſcepta.ſolus nemoroſa colebat
Templa dei,& ſyluas habitabat Apollinis altas,
Candida,præbuerat hoſpes mihi dona ſacerdos,
Facta auri pondus uarij ſeptena talenta,&
Argento ſolido magnum cratera Lyæi.
Bis ſenos dedit ille cados,bacchoq; refertos

Prædulci,atq; mero,quod ſacrum uincere nectar,
Dicas. pene fuit potus uelut ille deorum.
Non hoc ancillæ norant,non fida miniſtri
Turba merum: latuit cellis. ſed coniuge ſola,
Quæq; merum ſeruat,nympha uix conſcius una
Condidit ipſe ſibi: quod ſuaui melle fluebat,
Sed rubeo liquidum cernas ſpumare liquore.
Illud cum cum biberet,gelido de flumine lymphæ
Ipſe quater quinas ad ſingula pocula bacchi
Menſuras implens,fundebat mellea uina.
Hinc cratere merum ſuaues mittebat odores:
Halans ambroſiam diuorum nectaris auram:
Vt queat hoc nullus bacchi abſtinuiſſe liquore.
Tali ego magnum utrem capræ prius impleo uino,
Atq; cibos pera ſumptos,eſcaſq; ferebam:
Ardeſcitq; animus, geſtitq; cupidine motus,
Corpore procero Cyclopa uidere potentem,
Qui immenſas atrox ſpirabat robore uires,
Qui leges temnit,uiolat qui iura,fidemq;,
Iuſtitiamq; negat,iuſtumq; abrumpit agreſtis.
Inde gradum ad ſæuum celeri peruenimus antrum. Vlyſſes cum 12. ſociis antrum Cyclopis ingreſſus.
At non ſpeluncis Cyclopem inuenimus atris:
Balantes ducebat oues per paſcua læta,
Et peragrabat agros gregibus.Spelæa ſubimus,
Singula mirantes: nam preſſi copia lactis,
Plenaq; caſeolis crebris fiſcella per antrum,
Atq; graues maſſa calathi de uimine texti:
Agnorumq; gregi mandras,hœdiſq; paratas
Artis haras miræ.iunxitq; caprilia ualuis,
Singula muniuit Cyclops,ſtabula alta ſeorſum

Diſtinguens,hic maiores,natuq; priores,
Hic mediæ ætatis,agnosq; hœdosq; ſalaces.
Nuper at in lucem genitos bene cratibus illic
Arcebat,lactis mulctralia plena fluebant.
Hœdorumq; greges uidi,& ſpumantia mulctra.
Hic quoq; ſub prelo fluitantia uaſa liquore.
Hic uidi ſitulasq;,ſcyphosq;,ſcaphasq; capaces,
In quas expreſsi mulgebat ab ubere lactis
Humores niueos. ſocijq; urgere precantes,
Vt preſsi maſſas lactis raperemus ouantes,
Hœdorumq; gregem, tractosq; ab ouilibus agnos
Ad celeres naues ſubitò ferremus,& æquor
Sulcantes ſalſum,fugeremus gurgitis unda.
Hei miſero,auerti ſociorum uota,precesq;:
Nec parère illis uolui.mea commoda triſti
Neglexi fato, ut ſæuum Cyclopa uiderem,
Vtq; mihi lactis præberet munera paſtor,
Quanquam crudelis ſocijsq; mihiq; futurus.
Hic ignes igitur flammasq; incendimus antro,
Et preſsi maſſas lactis raptauimus ipſis
Fiſcellis calamo textis,& uimine molli,
Duramusq; foco ueſcentes lacte caprino:
Dum redit à paſtu notum Polyphemus in antrum,
Pondera magna ferens,arentes arbore ſyluas,
Et grauidos ligni faſces, incendia cœnæ
Larga paraturus caueis,extraq; ſonantem
Polyphemi in antrum reditus.
Ipſe ſpecum iecit,nemoroſo faſce leuatus.
Clamorem horrendum tollit,trepidosq; tumultus:
Horror membra quatit metuentũ,& dira trementũ.
In tenebras fugimus celeres,antriq; receſſus,

Vltima

Vltima ſaxoſæ penetralia prendimus aulæ,
Vitamusq́; procul monſtroſi membra gigantis.
Tunc & oues pingues claudit, caprasq́; ſalaces
Impulſas intra latæ ſpelæa cauernæ.
Mox ſtabulis cunctas mulget: ſed detinet extrà
Terrificas caulas agnosq́;, hircosq́; petulcos,
Lanigerosq́; mares. tum tollit in aera poſtes.
Trudit & inde gemens immanem ad limina ualuam,
Saxum ingens, grauido quod pondere ſubleuat altè,
Quale bis undeni currus crepitante ſub axe
Vix ab humo ueherent bis bina mole, rotarum:
Vſq; adeò admouit celſam pro cardine rupem.
Dehinc reſidens, & oues blandas, caprasq́; cientes
Balatum mulget, preſſabat & ubera palmis
Ordine tracta ſuo: fœtus poſt mulctra capellæ
Quæq; ſuos repetunt, calathisq́; è uimine textis
Dimidium niuei fundit per uimina lactis
Concretæ ſeruans ad plena coagula maſſæ,
Per quæ rara ſero ſtillat uia facta liquores.
Altera pars illi uaſis retinetur amœnis,
Quam bibiturus erat reparans conuiuia cœnæ.
Tunc flammam incendit. cunctis ſic rite peractis,
Nos adeò primùm tenebroſo aſpexit in antro,
Sub ſaxo trepidos, uerbis ſic quærit amaris:
Vnde peregrinis ſulcatis nauibus æquor, Polyphemus aduenas Ithacos alloquitur.
Perq́; uias liquidas, & cærula concita uentis?
Qui uos eſtis? ait. cur huc uos, hoſpita turba,
Puppibus aduecti? num merces æquore fertis,
Per uada ſalſa maris iactati fluctibus atris,
Traieciſſe iuuat propter commercia pontum?

An peraratis aquas pelago, fruſtraq́; meantes
Erratis, ueluti prædones gurgite cano,
Piratæq́; rates armis ſuper æquore celſo
Lentatis, poſita triſti in diſcrimine uita
Per uarios caſus, turba exitioſa per undas,
His qui cana legunt externi marmora claſſe,
Ac miſerorum hominum merces inhiatis acerbi?
Sic ait. at nobis gelida formidine pectus
Frangitur, hic clamorq́; & corpus terruit ingens,
Terrificosq́; ſonos, monſtrumq́; tremiſcimus atrox.
Impleuit clamore locum. uix pauca furenti
Subijcio, & raris turbatus uocibus hiſco:

Vlyſſes Cyclopi.

Pellimur à Troia magnis erroribus acti
Graiugenæ infauſti, quos fudit Achaica tellus.
Huc nos Auſter aquis egit, ſæuæq́; procellæ
Ventorum, & uaſti rapuere per æquora fluctus,
Dum cupimus patrios uelis repetiſſe penates.
Iſſe uias alias, aliudq́; iter æquore celſo
Compulit infelix caſus. Sic Iuppiter altus
Nos aliò miſeros uoluit dare lintea uentis,
Atridæ regis populos, Agamemnonis alti,
Cuius in immenſum contendit gloria cœlum,
Qui tantæ excidit mauortia mœnia Troiæ,
Qui tot deleuit populos ſub Marte feroci?
Ad tua nunc fugimus genua, oramusq́; profecti
Littus ad hoc ueſtrum: miſeris ſuccurre, leuisq́;
Hoſpitijq́; pius fer dona precantibus ipſe:
Siue aliud munus quod te modò cunq; decebit,
Hoſpitibusq́; datur: neu deſpice uota precesq́;,
Sed reuerere deos, precor ô pater optime Cyclops.

Turba

Turba ſumus ſupplex, miſerere benignior hoſpes
Hic, Iouis exemplo, qui ſupplicibusq́; boniſq́;
Auxilium hoſpitibus præbet, uindexq́; tuetur
Hoſpitij fautorq́;, ultorq́;, comesq́; piorum,
Iuppiter accedit peregrinos ſæpe ſequendo.
Hæc ego cum dixi ſupplex, exarſit in iras,
Truxq́; minas affert, & uerba atrocia fundit: Polyphemus Vlyſſi.

Haud ſapis ô hoſpes, quicunq́; adueneris unda
Huc procul ad littus, longinquis uectus ab oris,
Qui curare deos, aut numina celſa uereri,
Seu uitare iubes, profugus qui littora calcas.
Crede Iouem nulli metuunt Cyclopes in antris. Cyclopes deorum contemptores.
Non tonitru curant, non ægide fulmina quaſſa,
Fœlices'ue deos. maiorq́; potentia noſtra eſt.
Poſſumus & dextra, uolumus ſi, uincere diuos.
Non odium, non ira Iouis, non fulgura terrent,
Vt tibi cum ſocijs parcam. ſi deniq; mente
Non mihi concepi, paſces mea uiſcera præda.
Dic mihi, qua regione rates religaueris altas
Concitus huc undis, an ſint propè, ſiue rudentes
Extremo teneant feſſas in littore naues.
Hæc ita fatus erat, quo me tentaret in antro.
At non me latuit, fœcundum pectus habentem.
Callidus ergo illi ficto ſic corde loquebar:

Ipſe mihi fregit nauem Neptunus in undis, Vlyſſes Polyphemo.
Concutiens terram, ſcopuliſq́; affixit acutis,
Colliſaſq́; rates ſaxo prope littora ueſtræ
Diſiecit terræ, quà rupes ardua tendit.
Namq; procelloſus detorſit ab æquore uentus,
His ſolus ſocijs fugi uix ipſe ferocem

Perniciem undarum ponto, pelagiq; ruinas.
Ille nihil,rabiem truculentior ore fatigans,
Inſurgensq; ſimul,rapuit duo corpora noſtra,
Corpora prenſa uirûm,ſcopuloq; illiſa cruento
Tundit humi,ueluti catulos,& ab ubere raptos
Matris ouis fœtus,cerebrumq; cruore fluebat,
Guttatimq; ſolum rubeſcit ſanguine ſparſo,
Humectabat humum tabo,cerebriq; liquore,
Truncatimq; uirum per partes corpora cæſa
Apponens cœnam crudelior arte parabat:
Ceu leo montanus, rabies quem uertice rupis
Exacuit,prædam uorat incitus ore cruentam.
Sic quoq; direptos rabidam coniecit in aluum.
Non carnes ullas,tepidis non oſſa medullis,
Ilia nulla ſolo liquit, uorat omnia dirus.
Horror habet mentes,intentant omnia mortem.
Tendimus heu flentes trepidas ad ſidera palmas,
Vota Ioui facimus,crudelia facta tuentes.
Vt uerò humano repleuit uiſcere uentrem,
Atq; hominum carnes uaſtam congeßit in aluum,
Inſuper epotat tetro mulctralia lacte,
Ac ueteri pecorum concreta coagula ſucco.
Mox grauior ſtabulis inter pecora ipſe receßit,
Et tepido ſtratus iacuit reſupinus in antro.
Sæpe quidem libuit ferro,dum ſterteret ille
Deſtruxiſſe iecur,uulnusq; infligere corde.
Sic mihi ſæpe quidem lateris,quo munior, enſem
Stringere ſuadebant fortißima pectora marte,
In pectusq; illi ruere hic per uulnera mille,
Quà iecur aduerſa dirimunt præcordia ſæpe:

Cyclops duos Vlyſſis ſocios deuorat

Aſt

Aſt alio caſu mutat ſententia pectus.
Hic iacuiſſemus mœſta tum funera morte,
Inq; ferum exitium ceßiſſent fata Gigantis.
Haud equidem nixi prægrandem uoluere rupem
Poſtibus excelſis poteramus uiribus ullis,
Qua prius ipſe fores rigidæ muniuerat aulæ.
Hic igitur triſtes, donec ſe Aurora quadrigis
Protulit exortis, tetro durauimus antro.
Vt matutinis diſperſit lutea bigis
Lumina per terras crocei Pallantias ortus,
Tunc igni accenſo pecora ordine mulget. at illa
Vbere preſſato, replent balatibus aulam,
Ac repetunt fœtus. poſtquam ſibi ritè peregit
Paſtor opus pecudum, rurſus tum bina meorum
Corpora diſcerpſit, dapibusq; infanda parauit Rurſus duos e ſociis deuorat.
Fercula, & obſcuris epulatur dirus in antris.
Tunc pecora è ſpecubus in florida paſcua miſit,
Poſtibus ablato nullo conamine ſaxo.
Quod tamen admouit rurſus, ſed cardine poſtes
Horrendum ſtrident: quanquam ſine uiribus ullis
Ingenti ſonitu, & magno ſtridore ſonantem
Impoſuit rupem: ueluti uenator in altis
Montibus, ad pharetram coniungit tegmen habendũ.
Ad iuga dura pecus, montisq; cacumina uertit
Montiuagus Cyclops humano ſanguine paſtus.
Mœſtus ego interea, curuo deſertus in antro
Dira animo uoluens, Polyphemum ulciſcier altum
Ipſe ſpecu clauſo meditor. uictricia Pallas
O' daret arma mihi, & factis decus adderet unum.
Talia dum uario, melior ſententia uiſa eſt.

Forte erat ad mandras prægrandi robore claua
Ingens ac uiridis, cæſisq; oleagina nodis,
Integer emiſſo frondebat germine fuſtis,
Quem procul Aetnæis Cyclops præciderat aruis,
Vt ſecum ferret ſiccatum lumine flammæ,
Seruaratq;, ipſis paulatim areſceret antris.
Hunc nos aſpicimus, quantum patet arbor in altum
Cæruleæ nauis, quæ portat ab æquore merces,
Et freta magna ſecat ponti, fluctusq; profundos,
Quam uiceni agitant ſpumoſo gurgite remi.
Denſa adeò fuerat, proceraq; ſtipite claua.
Vix ulnæ ſpacium, aut cubita ære quaterna recidi
Syluoſa immanis Cyclopis ab arbore fuſtem,
Hunc acuant iubeo ſocijs, properentq; ſecando.
Tela parata illi faciebant læuia cultris.
Ipſe ſudis atrox acuebam extrema præuſtæ.
Namq; aciem flamma fuſtis crepitante præuſsi,
Prudenterq; fimo caulæ bene callidus alto
Occului, & leuiter uolui lætamine denſo.
Nam iacuit magno fimus hic aggeſtus aceruo.
Sorte uiros legi, quorum ſpectata periclis
Extiterat uirtus, qui mecum trudere fuſtem
Auderent oculo, palumq; affigere fronti,
Dum dulci Cyclops declinet lumina ſomno.
Quattuor exurgunt, quos ſors eduxerat unà,
Quosq; ego ſponte uiros tali diſcrimine ſolos
Sumpſiſſem mecum, ſi quæ ſors dura uocaſſet.
Quintus ego accedo ſocios, pars una laborum.
Sérus oues campis agitabat uellere denſas,
Heſperus ut micuit ſaxoſo uertice montis,

Cum

Cum redit à paſtu uilloſo cum grege Cyclops,
Pinniferæ ſubit antra domus, caprasq; gregalesq;
Egit oues pingues intra ſpelæa recurua.
Ante fores antri pecoris pars nulla remanſit,
Seu prudens uidit, ſeu quis deus illa uolebat,
Aut ſua fata illum damno ſic fortè trahebant.
Voluit, & inde fremens montoſam ad limina rupem
In ſublime leuans ſurgit, crepitantibus auris.
Vt conſueuit, oues mulget, caprasq; ſalaces,
Balatuq; crebras? expreſſaq; lactea palmis
Vbera, paßim implent dulci mulctralia ſucco,
Mox clamore capræ repetebant uberis hœdos
Exhauſti. ut pecoris curas exegit in antro,
Tum duo corripuit proh diræ corpora cœnæ,
Crudelisq; epulas reparat ſibi ſerò nefandas:
Hic ego progreſſus Cyclopa affabar, & illi
Mox pateram Iſmario nigrantem porrigo baccho, Vlyſſes Polyphemo uinum Maroneum offert.
Quam teneo manibus, circum pallente corymbis
Exculptis hedera nitidam. Cape maxime Cyclops,
Hocq; merum pota demerſo uiſcere in aluum,
Carnibus humanis epulans ferus ore cruento,
Vt cernas quæ uina ratis per cærula uecta
Noſtra tibi condat, quin en libamina fundam,
Vtq; deo tibi ſacra feram, ſi mitior omnes
Siueris ad patrios miſeratus abire penates.
Inſanis equidem, dum non tolerabilis ulli
Ora cruenta geris, dum corpora fundis in aluum.
Quis porrò infœlix poſthac tua littora tangat?
Crede mihi, nullæ uenient ad limina gentes,
Dum cæſorum hominum crudelis uiſcera mandis,

Et crudele nefas peragis. Sic fatus: at ille
Spumantem rapuit pateram, mox aridus hauſit,
Epotatq́; merum, demulcens nectare pectus.
Polyphemus Vlyſſi. Iamq́; grauis dulci potu petit ille Lyæum:
Vota precesq́; iterans, da ſuauia pocula Bacchi,
Quodq́; tibi nomen ediſſere uera roganti,
Officio præſtem qua parte mereris, ut hoſpes
Hoſpite dona feras antri oblectamina noſtri.
Fertilis hic quanquam floret Cyclopibus ora,
Expreſſumq́; merum generoſi palmitis uua,
Imbriferisq́; Iouis guttis, pluuiaq́; madenti
Naſcitur exauctum per culta uirentia campis:
Suauior ambroſia tamen hic & nectare Iacchus,
Prædulci potus deductus origine diûm.
Sic ait. aſt illi flammantem præbeo bacchum:
Terq́; dedi, fateor, terq́; impiger hauſit in antro
Feruentem pateram, et ſe pleno proluit ore.
Vſq; adeò fatis dementia ceperat illum.
Vt Cyclopis iners circa præcordia uinum
Irruit, & fallax pectus deuicit acerbum,
Alloquor his uerbis Cyclopem mollibus uſus:
Me quoniam ipſe rogas Cyclops quo nomine dicar,
En tibi uera loquar, pandam memorabile nomen.
Tu quoq; dona tamen profer nunc hoſpitis hoſpes,
Et promiſſa modò tandem mihi munera præbe,
Vlyſſes ſe Vtim, hoc eſt, Neminē uocari ait. Quæ monumenta mei pius hoſpitis hoſpes habebo.
Sum pius Vtis ego, ſic dicor uoce Pelaſga:
Hoc mihi, ſi neſcis, nomen poſuere parentes:
Sic me cognati, materq́; paterq́; uocabant.
Sic ego. ſic eſt me reſequutus uoce loquutum,

Truxq́;

Truxq; animo fatur· Poſtremus inuieris aluum, — Cyclopis munus.
Vtin ego extremum crudeli fauce uorabo,
Poſt ſocios Vtin, poſt funera rapta ſuorum
Poſtremò abſorptum,ſocios laniabo priores
Puppibus aduectos.hæc ſum monumenta daturus:
Talia dona tui referes hinc hoſpitis hoſpes.
Sic ait,& baccho domitus,reſupinus in antro
Se extendens,corpus longum librauit arena.
Ceruicem immanem poſuit,iacuitq; tremendus.
Cunctorum domitor feſſos ſopor irrigat artus,
Commixtumq; cibis eructat gutture bacchum, — Virgilius hunc totũ locum fere ad uerbũ tranſtulit lib. 3. Æn.
Humanæq; ruunt carnes & fruſtra cruenta
Ore uorata,imo uoluuntur gurgite uentris,
Viſceraq; ipſe grauis uino reuomebat atroci.
Tumq; ſudem flammæ iuxta ipſa incendia uolui,
Et cinerem indenſum demergo,ignesq; reduco,
Donec flagranti feruens canderet ab igni.
Intrepidè ut ſurgant,cunctos hortabar amicos,
Ne mihi quis timidus forſan iam dicta retractet.
Vtq; ſudes ignis crepitanti oleagina flamma
Accendi uiſa eſt,uiridis licet illa,cremari
Ignita incepit,grauiterq; excanduit igni,
Ocyus è flamma rapui cum ſtipite fumum.
Stabant,fortitiq; uices unà undiq; circum
Funduntur ſocij: fortiſſima pectora fecit,
Audacesq; deus uires in facta miniſtrat.
Namq; uiri raptum fixere in lumina fuſtem
Prima acie,quà ſeſe oculus ſub fronte ſupremus
Arcebat.quin ipſe ſuper me tollo renixus
Voluendo,ut melius uallus penetraret acutus,

Comparatio

Ceu ſi quando faber terebrat naualia ligna.
Infrà alij aggreßi torquent utrinq; lacertis,
Atq; rotant loro terebram: uolat illa rotata.
Sic ignitum oculi fuſtem conuertimus orbe.
Inde calens ſanguis frontis fluit undiq; toruæ,
Palpebraſq; uapor iam cunctas undiq; flagrans,
Et cilia exurens pupilla ardente cremauit,
Radiceſq; igni raucæ crepitante ſonabant,
Excandens igni gelidis ceu ſtridet in undis,
Seu ligo ſplendeſcens flamma, ſiue igne ſecuris,
Quam faber immerſit,reſonatq; lacuna uapore.
Sic ferri uis eſt,oleæ ſic fuſte crepabat
Feruefcens oculus magno ſtridore Gigantis.
Horrendum exclamat,reſonent ut ſaxa repulſa.
Nos retro fugimus,ſpecubuſq; receßimus altis,
Saxea nigrantes petimuſq; per antra receſſus.
Eruit ille fremens multo cum ſanguine contum,
Ac craſſo ſparſum proiecit in antra cruore,
Aegrior auulſa manibus cum carne cruenta
Stirpe.ferus uocat horrendo clamore Cyclopas.
Qui ſpecubus circum uentoſa cacumina paßim,
Et nemorum ſyluas habitabant montibus altis,
Clamore exciti concurrunt undiq; cliuis,
Hinc illinc crebri uaſta cum mole Gigantes,
Circunſtantq; ſpecum, quem ſylua pinus obumbrat.
Quid Polypheme tonas? quis te perturbat in antro?
Quid'ue intempeſta tollis ſub nocte tumultus?
Ac nos inſomnes reddis, tolliſq; ſoporem
Vociferans adeò?an pecudes tibi traxit ad æquor,
Et prædatur oues,uiolento an funere prædo?

Oculum Cyclopis effodiunt dormentis.

Polyphemus Cyclopas ad uocat.

Aut

Aut quis fraude atrox media te mactat in aula?
Ipſe ſuo rurſus toruus Polyphemus ab antro:
Me necat Vtis, ait, non ui, ſed fraude maligna.
Aſt illi breuiter rumpunt ſic pectore uocem:
Quòd ſi te Nemo uiolat, uix numinis iram,
Atq; Iouis magni morbum uitaueris acrem.
Aethereo Iouis hæc labes tibi uenit olympo:
Fatorum ærumnas nulli euaſiſſe licebit. ❛❛
Concipe uota patri Neptuno, & numen adora,
Qui regit æquoreas undas, & Nerea uertit.
Ergo abeunt illi. ridebant pectore dulci,
Ridentiſq; mihi pertentant gaudia corda,
Conſilio atq; aſtu & deceptum nomine ficto.
Cyclops terribiles uoluit ſub pectore motus,
Et gemitus ducens fert altum corde dolorem.
Demouet à foribus celſum conamine ſaxum
Innixus, paſſiſq; reſedit limine palmis.
Hicq; ſuam firmat crudeli corpore molem,
In uariaſq; uices expandit brachia dextris:
Nempe foras ſi quem comprenderet ille meantem
Inter oues, mixtum & pecora inter inertia greſſu.
Sic Ithacum Cyclops dementem pectora retur.
Multa ego conſulto uarians, quæq; optima quæro,
Quò fugiam ſocijs lethumq; atq; aſpera fata,
Meq; meoſq; ſimul crudeli funere demam,
Conſilijſq; dolos uarios, fraudeſq; ſalute
Proq; anima uerſo. namq; hic nos clade manebat
Pernicies. ingens potior ſententia uiſa eſt:
Lanigeriq; mares fuerant Cyclopis in antro,
Sed bene nutriti paſtuq; herbaq; uirenti

Vlyſſis mira aſtutia & prõptitudo in periculis.

ingentes,

Ingentes,nitidi,& uilloſo uellere denſi,
Purpureiſq; graues uelantes corpora lanis,
Ac uiola pingunt alacres & murice uellus.
Socii ſub uentre ouiũ ligantur.
Hos ego flexilibus iungo de uimine nodis,
Quiq; aries medius ſocium ſub uentre ferebat,
Quiq; latus membris iunctis claudebat utrinq;,
Corpus uterq; gerit: ſic terni corpora trina
Geſtabant,tergo reſtis contecta latebat.
Inter oues aries fuerat pulcherrimus unus,
Corpore longè alios ſuperans reſtabat in antro.
Hunc tacitè arripio,uentriq; accommodor, arctè
Lanigeroq; utero ſtringor: palpante Cyclope,
Sed per terga manus latuerunt uellere denſo.
Sic contortus ego iacui ſub pectore fortis,
Cum gemituq; graui roſeos duramus ad ortus.
Vt matutinis ueniens Aurora quadrigis
Extendit roſeos digitos,croceoſq; colores,
Tum pecorumq; mares ex antro in paſcua larga
Mittit,oues intus ſtabulum balatibus implent.
Nec dum mulctrali Cyclops emulxerat illas,
Vbera plena ſibi liquido præ lacte ſtrepebant.
Namq; intus diris contectus pectora curis
Lanigeras pecudes palmis pertentat euntes,
Terga premens digitis pecoris per uellera denſa.
Demens,qui nunquam uilloſo tergore uinctos
Nouerit: heu miſerum,dum nos ſub pectore denſo
Lanaris taciti tegimur gregis antra per alta.
Iamq; mares ouium penetrabant pondere limen:
Sed mihi uilloſus aries poſtremus in arua
Cornibus exibat curuis,& uellere multo

Atq; onere arctatus, ſic mira prouidus arte
Decepi uictor, multum ſub corde uolutans
Effror. hinc aries grauidus procedit: at illum
Iam tenet attrectans dirus Polyphemus, & inquit:
O' mihi chare aries, poſtremus de grege greſſus
Ipſe ſpecu tendis, quæ cauſa indigna retardat?
Non equidem à tergo prius ipſe relictus abibas,
Sed longè egrediens antro prior iſſe ſolebas.
Tu procul hinc erras trans herbida paſcua primus,
Tuq; prior longè teneras depaſceris herbas,
Et uirides carpis flores per longa uireta,
Primus & ad fontes, & primus fluminis undas
Decurſusq; petis riui, primusq; reuerti
Expetis ad caulas, cum claudit ueſper olympum
Serus, ades primus. quæ cauſa odioſa coëgit,
Vt mihi poſtremus iam tendas triſtior antro.
Infœlix'ne tui defles heu lumina regis,
Et luges domini crudelia uulnera frontis?
Tu deſiderio noſtri quoq; tangeris ipſe,
Heu terebrati oculi condentis ſtipite flammæ.
Heu me priuauit ſceleratus lumine Graius
Cum ſocijs ſæuis, dulci me uicit Iaccho,
Indomitumq; mero domuit mihi pectus acerbus
Excæcans Vtis. ſed non & fata ſuprema,
Interitumq; uafer noſtro uitabit in antro,
Sentiet ultrices in lurida funera dextras.
Si tamen hoc ſentis mecum, & ſi luctibus inſtas.
Quàm uellem ô aries, utinam uocalior eſſes,
Vtq; loqui poſſes, atq; edere gutture uocem,
Quò fugit ille meas uires, atrumq; furorem.

Polyphemus arieti, ſub cuius uentre Vlyſſes geſtabatur.

O' utinam huc illuc cerebrum ſparſiſſet ab ictu
Occiſus noſtro,ſanieſq; illiſa cruenta
Manaret terra,& pectus recrearet amarum,
Interituq; ſuo curas mihi demeret iſtas,
Quas mihi fecit iners Vtis.ſic dixit,& antro
Miſit in arua marem,mœſtuſq; remiſit iturum.
Progredimurq; parum caulaq; antroq; : reſoluor,
Et dirimo ſocios,pecudeſq; ad littora multas,
Lanigeros,pingueſq; greges per rura trahentes,
E` paſtuq; retro raptos,quà nauis ad æquor
Stabat,ubi grati ſocijs adiungimur unà.
Hic gemitus flentes ducunt, mœſtiſq; querelis
Sollicitant alios,qui mecum fata ſuperba
Euaſere antro,mortemq; atq; ora Gigantum.
Aſt ego ploratus fletumq; arcere iubebam,
Ipſe ſupercilio ſignans auferre querelas,
Lanigeras pecudes & pulchro uellere naui
Tot prædas inferre, & ſalſas æquoris undas
Sulcare.aſt illi conſcendunt undiq; puppim,
Et feriunt ductis certatim marmora remis.
Vt ſpacio euaſi tanto,ut clamantis in æquor
Vox aures feriat, ſonituſq; impulſus in auras
Non procul,ut ſaltem uoces haurire loquentis
Hic queat,inceſſi uerbis accenſus amaris
Cyclopem,& fudi tumidæ conuicia linguæ:
Infœlix Cyclops,uentriſq; immane barathrum,
Cur audes atrox tetro lacerare ſub antro
Hoſpitis imbellis ſocios,& ſupplicis ora
Auertiſſe ſpecu ? quò ſe uiolentia mentis
Et rabies uertit ? lanias ſuper æquora uectos,

Vlyſſes cum paucis ſuper ſtitibus ſociis euadit.

Vlyſſes liberatus Cyclopi inſultat.

Fœdas

Fœdas hoſpitium ſcelerato ſanguine. uerùm
Aequum erat, infauſtum premerent te facta nefanda,
Obrueretq; ſcelus meritò crudelis in antro,
Dum ſæua mactas uenientes clade per æquor,
Dum ſpernis faſtu peregrinos perfide Cyclops,
Nec lacerare times. ergo te Iuppiter altus,
Cœlicolæq; alij pœnas cum ſanguine poſcunt
Humanæ cædis. ſic fabar ab æquore cano.
His magis ille animis ſæuas prorumpit in iras,
Sæuit, & impatiens effracta cacumina montis
Eripuit, molemq; grauem proiecit in æquor,
Quæ cadit ante ratem ſub fluctus æquoris alti,
Summaq; temonis madefecerat unda remiſſa.
Vix tetigit rupes ictu ſub gurgite merſa,
Reſtagnantq; ſinus labente ſub æquora ſaxo.
Retro mare undabat totum, marmorq; recurrens,
Liuida uoluebat uaſtos ad littora fluctus,
Exundansq; liquor ponto ſuper ipſa fluebat
Littora, & intrabat uiolentior humor arenas
Irruiturus humum, pelago furit æſtus arenis.
Tunc ego correpto manantes gurgite conto
Detorſi fluctus naui, ſociosq; uiciſſim
Adhortor, ponto ualidis incumbere remis.
Cæſariem excutiens toto capite, innuo fortis,
Aetnæam celeri fugiamus gurgite peſtem.
Certatim ſocij feriunt mare, & æquora uerrunt,
Bis tantum pelagi ſpumoſa puppe ſecantes.
Tunc ego uociferans Cyclopa affabar ab alto:
Vt taceam, ſocij currunt, atq; undiq; fuſi
Me ſtudio retinent, certantq; auertere blandis

Cyclops rupem in pelagus iacit.

Vocibus: Infœlix,quid agreſtem crimine peſtem,
Immanemq́; uirum rurſus de naue laceſſis?
Qui ueluti iaculum proiecit in æquora rupem,
Detorſitq́; ratem terræ,ne gurgite uaſto
Submergat nauim,cunctos palleſcere cernis.
Si te iam liquidis clamantem audiuerit undis,
Verbaq́; iactantem,collidet marmore duro
In pelagus miſſo,& ſubmerſas obruet alto
Diſijcietq́; rates: tantum ualet ille per æquor
Immanes rupes, iaculando fragmina montis.
At non his terrent mihi fortia pectora dictis.
Cyclopemq́; animo rurſus reclamo minaci:

Vlyſſes Cyclopi.

Si quis mortalis rogitet te perfide Cyclops,
Quis te excæcauit,quis nam tibi dirus ademit
Fronte decus clarum,& terebrauit lumina ſæuus?
Ipſe Laertiades cæcum me fecit Vlyſſes,
Dicito,qui Phrygias populauit mœnia ſedes,
Qui ſaxoſam Ithacen tenet, & qui Neriton altum
Incolit,& pelago Cephalenia tecta frequentat.
Sic ego uociferor.tum Cyclops pectore ab imo
Ingemit,& tales uoces mihi ſpargit in auras:

Cyclopi edita iam olim oracula.

Heu iam nacta fidem patuere oracula priſca,
Nunc antiqua adſunt, nunc nunc reſponſa relata.
Iam repeto capiti portendere debita noſtro.
Hæc me nunc tangunt,quæ quondam dixerat ille
Hic ingens uates, famaq́; inſignis in æthra,
Augurijsq́; fidem nactus.reſponſa Gigantum
Ille dabat turbæ,ſeniumq́; Cyclopibus egit

Telemus Cyclopũ uates.

Telemus Eurymedes,cecinitq́; hæc omnia uera,
Hei mihi uera nimis,lapſoq́; futura ſub æuo.

Heu

Heu me amiſſurum ſub torua lumina fronte,
Rapta manu ſæua Troia *redeuntis* Vlyſsis.
Dum miſer expecto uenturum heroa per æquor,
Viribus inſignem, & præſtanti corpore & armis,
Orbor, ego infœlix euictus inertis ab ictu,
Exiguoq́; miſer pereo excæcatus Vlyße,
Cui ſunt imbelles uires, effractaq́; membra.
Nec uirtute tamen domuit, ſed cepit Iaccho.
Huc ades, ut capias quod dem tibi munus Vlyſſes
Hoſpitis. ipſe patrem, tibi det per cærula uentos,
Fœlicesq́; mari curſus reditumq́; per undas
Neptunum *poſcam? qui* Nerea *ſtagna tridente,*
Et qui quaſſat humum pater eſt Neptunus *in undis*
Rex pelagi, hoc dicor celebris genitore creatus,
Qui te deducet reducem ſuper æquora ſolus.
Si uolet eſt illi (ſi neſcis) ſola poteſtas.
Nec iam mortalis poterit te, ſiue deorum
Ad patrios quiſquam ratibus miſiſſe penates,
Præter Neptunum, *qui torquet cærula ſceptro.*
O' *utinam, clamo, potuiſſem effundere dextra*
Iſtam animam, & uitam triſtes Acherontis *ad undas,*
Pallentesq́; Erebi *ſedes* Plutonia *regna.*
Aſt oculum effoſſum poterit non ipſe tridenti
Rex pelagi, Cyclops, *tibi reſtauraſſe feroci,*
Hic qui quaſſat humum media Neptunus *in unda.*
Sic ego. tum deinceps paſſas ad lucida palmas
Sidera tendebat, ſupplexq́; ibi numen adorat
Neptuni *regis pelagi:* Pater *óptime regum,* Cyclops Neptuno.
O' *quaſſator aquæ, & terreſtris motor arenæ,*
Caeruleasq́; comas, rex ô pulcherrime ponti,

O Neptune pater. tua ſi uerißima proles
Dicor, & infœlix peperit me nympha Thooſa:
Si pater es, audi: bene ſi quoq; glorior illo,
Da precor ut nunquam patrios repetiſſe penates
Ille Laertiades ſcelerumq; repertor Vlyſſes
Poßit Dulichij atq; Ithacæ regnator arenæ.
Si tamen ipſa ſinant fata, & ſors atra deorum
Poſſe uidere domos, & iuncto ſanguine notos,
Ac tetigiſſe ſolum patriæ natalis arenæ,
Vt ſerò redeat ſaltem, ſed naufragus erret,
Et lacer amißis ſocijs, fractaq; carina,
Submerſisq; ſuis peregrino littore rebus,
Serò ſuam tandem ueniat, ſed ſolus, in arcem
Inueniatq; illic, mediaq; miſerrima ſede.
Audijt orantem celſa Neptunus arena,
Hic tum maiorem furioſo pectore rupem
In mare proiecit, molemq; rotauit in auras,
Per ſpacium immenſum & producto iugera curſu,
Decidit ante ratem ſaxum, & madeſcit amara
Summa gubernacli lympha. tunc excitus æſtus
Exundat pelago labenti rupe per altum.
Impulit unda ratem, curuæq; ad littora terræ
Detulit impactam. tum nos ſuper æquora uecti,
Contigimus terram, ſociosq; in littore ſtantes,
Hic ubi erant reliquæ ſubductæ gurgite puppes,
Et ſocij triſtes luctu nos uſq; manebant.
Certatim in ſiccam nauis defertur arenam,
Egreßi optatæ gremio telluris ad undas
Sternimur, & pecudes Cyclopis puppe receptas
Lanigeras alta, ſocios partimur in omnes,

Imprecatur Vlyſſi Polyphemus.

Ne quis

Ne quis ſorte ſua fraudatus, triſtis oberret.
Portioq́; æqua datur iuſſu diuiſaq́; præda.
Soli aries mihi ſpontè datur, ceu munus amoris
Excellens ſocijs, quorum ſpectata per æquor
Iam fuerat uirtus, quem macto in littore curuo
Sacra Ioui ſummo, qui denſat in aere nubes,
Qui regit imperio ſuper æthere cuncta, ferebam,
Thuricremas femora hic & crura cremantur ad aras,
Aſt illum auerſum non ulla hic uictima placat,
Non aras curat: uerſat crudelia mente,
Vt naues pelago mergat, ſociosq́; carinis
Heu dulces ſocios, comitesq́; per omnia fata.
Proiecti terra, paſsimq́; in littore ſicco
Corpora curamus, dapibusq́; epulamur ouantes.
Diſcubuere thoris proceres, & corpora toſta
Carne replent multa, dulciq́; implentur Iaccho.
Donec in Heſperias fuerat ſol aureus undas
Merſurus currus, alijs rediturus ab undis.
Vt ſubijt Titan, ut ſera crepuſcula noctem
Attulerant, tacito ſopiti littore ponti
Artus laxamus ſomno. dum lutea bigas
Aurora extulerat, radijsq́; retexerat orbem.
Tum uerò exhortor ſocios conſcendere naues,
Iamq́; rubeſcebat ſtellis Pallantias actis.
Cum iubeo eductum ſocios de littore funem
Diripere, excuſſosq́; ſimul laxare rudentes.
Illi parentes aſcendunt undiq; puppes,
Conſiduntq́; ſuis tranſtris, mox ordine cana
Aequora tum feriunt remis, & cærula uerrunt.
Prouehimur pelago confecti pectora curis

Epulum Vlyſſis raptis ouibus Polyphemi.

Nauigat Vlyſſes ex inſula Cyclopum.

Ob ſocios raptos, & triſtia fata uirorum.
Vela tamen læti facimus, quòd inhoſpita tecta
Et mortem Aetnæo crudelem euaſimus antro.

ARGVMENTVM LIBRI X.

Aeolon inde refert Thuſco regnare profundo,
Aeolon Hippotaden, cohibentem carcere uentos:
Quos bouis incluſos tergo, memorabile munus,
Se ſumpſiße deo Zephyro, flatuq; ſecundo
Emiſſo Hippotade, rabidos ſpiramine uentos
Vtribus iniectos, Zephyro perflante carinas
Lucibus iſſe nouem, & terram aſpexiſſe petitam.
Proxima poſt nonam cum ſeſe aurora moueret,
Inuidia ſocios, prædæq; cupidine captos,
Eſſe ratos aurum, dempſiſſe ligamina uentis:
Cum quibus iſſe retro, per quas non uenerat undas,
Aeolijq; ratem portus repetiſſe Tyranni.
Vtq; ſit Hippotadæ depulſus ab arce minacis.
Vtq; Lami ueteris Læſtrygonis actus in urbem
Venerit, Antiphates terra ut regnaret in illa.
Miſſus ad hunc ſocius numero comitante duorum,
Vixq; fuga quæſita ſalus: & ut arce tyranni
Tertius ex illis Læſtrygonis impia tabo
Tinxerit ora ſuo. fugientibus inſtet, & agmen
Concitet Antiphates, coeant ut ſaxa, trabesq;
Conijciant, mergantq; uiros, mergantq; carinas,
Vndenasq; ſibi ſubuertant littore puppes.
Vna tamen, quæ ſe ſociosq; uehebat Vlyßis,
Fugerit, & Circes acceſſerit æquore ſedes,
Aeææq; ſolum, & claros medicamine portus.

Bisq;

Biſq́; nouem ſocios Circea ad mœnia miſſos,
Voce rogaturos, qua ſint regione, locoq́;,
Cepiſſe ora ſuum, & mutatas carmine formas.
Solus ut Eurylochus *crudelis nuncius artis*
Fugerit: utq́; ſibi dederit Cyllenius *herbam*
Moly, deûm munus, tutusq́; intrauerit arces.
Vt ſocijs ueteres formas priſcasq́; figuras
Reddiderit Circe*: cumq́; annua tempore longo*
Iam mora Circeo *tenuiſſet littore nauim,*
Ac Circe *monitos ſulcaſſe* Acherontis *ad undas*
Puppe maris fluctus, atq; æquora cana ſecantes.

ODYSSEAE LIBER X.

Aeolus, Antiphates, mutataq́; corpora Circe.

AEoliam undoſo peruenimus æquore claſſe: Ouid. li. 14. Metam.
Aeolia in fluctu celebris iacet inſula celſo.
Hic habitare deus, ſummaq́; hic rector in arce Æolus in Tuſco mari, rex uentorũ.
Aeolus Hippotades, Thuſco regnare profundo
Dicitur, & regno diuis gratiſſimus acri,
Qui rabidos cæco cohibebat carcere uentos:
Inſula, in Aeolio ratibus placidiſſima ponto.
Ferreus hanc murus liquidas circundat ad undas,
Et totam infractis ambibat mœnibus oram,
Vi munita ſua, & nunquam expugnabilis armis.
Hanc ingens circum claudebat ab æquore rupes: Æoliæ deſcriptio.
Aeolus hanc habitat, duodena prole beatus.
Huius ſex iuuenes, ſex natas arce puellas,
Florentes teneris cernas pubeſcere ab annis.
Purpureas natis hic fecit nubere Nymphas,
Connubio iungens ſtabili, propriasq́; dicauit,

Legitimisq́; thoris ſemper genitricis in arce
Luxuriare dedit. celebrant conuiuia læta
Semper apud matrem ueneratam, & ſede parentem
Regali nixum. menſis plus fercula mille,
Mille epulæ, bacchusq́;, & rerum copia diues,
Aula die tota placidos ſpirabat odores,
Nidorem exhalans, ſtrepitumq́; ibi uictima flammis
Edebat crebrum. Cum ſera crepuſcula noctem
Adducunt, gaudent iuuenes concumbere nymphis
Purpureis lectis, ſtratiq́; tapetibus altis.
Horum nos uentis urbemq́; & candida tecta
Contigimus. magno eſt complexus amore receptum
Aeolus, officiumq́; exceptis præſtat amanter.
Meq́; in honore colit, dum quærit prælia Troiæ, &
Ilion atq́; rates & Achaica caſtra ferebam,
Graiugenumq́; mari reditus ſparſasq́; carinas,
Dum totum Phœbes percurreret orbita menſem.
Et iam certus iter poſcebam, naue per æquor
Deduci in patriam, reditus rex inclytus ornat.
Æolus Vlyſſi uĕtos utre incluſos præter Zephyrum tradit. Ergo bouis tergo uentos, memorabile munus,
Incluſos præbet, quorum ſpiramina ſæua
Vtribus arcentur, nec iter datur inde procellis.
Vtribus e corio tauri, quem uiderat æſtas
Paſcentem uiridis terna trieteride campis,
Contrahit, & frenat, rapidasq́; ita temperat iras.
Hunc regem uentis, tempeſtatumq́; potentem
Iuppiter impoſuit, ſciret dare iuſſus habenas,
Seu mulcere uelit flatus, ſeu tollere uentos.
Alligat hos puppi, tumidisq́; ligamina uentis
Struxerat argento nitido, ne flatus in auras
Exiret

Exiret tenues. Zephyri ſpiramine miſſo,
Flatibus ut naues ſociosq́; per æquora ferret.
Sed caruere tamen zephyri ſucceßibus ipſi,
Stultitiaq́; ſua tandem periere ſub undis.
Lucibus inde nouem uaſtum trabe currimus æquor,
Nocte dieq́; ſimul remos lentamus in undis.
Proxima poſt nonam cum ſeſe aurora moueret,
Tum procul è fluctu patriæ mihi cernitur ora,
Atq; Ithacæ decima ſe tollunt littora terræ,
Nosq́; mari propius celeramus, ubi igne coruſcant
Tollentes Ithaci currentibus æquore flammas
Signa quidem nobis: quanquam aſpera fata reſiſtunt.
Nam mihi grata quies deſeſſos occupat artus.
Semper enim remos clauumq́; affixus & hærens,
Nuſquam amittebam, nulli temone carinæ
Conceſſo, præceps agitabam gurgite tonſas,
Vt citius curſu patrias contingeret oras
Puppis aqua. ſocij, dum uincit lumina ſomnus,
Membraq́; ſuccumbunt dulci mea feſſa ſopore,
Inter ſe ſocias uoces ſermone ſerentes,
Me ingens argentumq́; aurumq́; inferre putarunt,
Hippotadæ munus patriæ memorabile regis.
Sic aliquis ſocijs iunctus non triſtibus, inquit:
Dij, quàm ſublimis, quàm charus hic omnibus unus,
Ad quaſcunq; ſuas urbesq́; orasq́; carinas
Applicat. Iliaca præda ſpolia ampla reuexit,
Quodq́; ferus Troia uictor non extulit aurum?
Nos uacuis manibus patriæ remeamus in arua,
Qui pariter Troiæ tot prælia Pergama circum
Fecimus, atq; uias longas ſimul iuimus undis.

Vlyſſes temoni aſſidens obdormit.

Aeolus

Aeolus en etiam ſolum ueneratus amore
Contulit hæc illi. nos illa uidebimus, inquit.
Quare agite ô citius ſpectemus, & utre ſoluto
Vlyſſis ſocii utre ſoluto ignari uentos emittunt *Quantum auri argentiq; iacet, quæ dona reportat*
Ithacus Hippotadæ. ſic mutua dicta ſerebant.
Sic peior uicit ſocios ſententia. uicti,
Vtres inuidia, prædæq; cupidine ſoluunt:
Eſſe rati argentum, dempſere ligamina uentis.
Erumpunt corio flatus ſpiramina laxo,
Atq; ruêre unà cuncti ſuper æquora uenti.
Cum quibus iſſe retro, per quas non uenerat undas
Suſtinuit claßis, ſociosq; per alta procella
A patria terra ſubitò rapit incita fluctu,
Atq; retro uexit flentes, patriamq; furentes
Ex oculis tollunt, littusq; & mœnia flatus.
Erigor è ſomno, uariat ſententia mentem.
Multa animo uoluo, an memet ſub marmora cana
Præcipitem dare ſuſtineam, lapſusq; carina
Sub ponto peream, medijsq; extinguar in undis:
An magis ærumnas tolerem, patiarq; quietus,
Et ſuperis uescar auris pars una per oras
Aeuo uiuentum. potior meditatio uiſa eſt,
Suſtineo fortis, tectusq; ego puppe iacebam
Membra ſopore iterum laxans. ſed turbine naues
Raptantur pelago, currebant uela procellis.
Rurſus in Aeoliam deuenimus æquore terram,
Aeolijq; rates portus petiere tyranni.
At gemitu ſocij plangebant pectora mœſti,
Vlyſſes cum claſſe in Æo- *Triſtia ducentes imo ſuſpira corde.*
Hic tandem Aeolijs uentorum allabimur oris.

Obuer-

Obuertunt pelago proras,& littora curuæ liam reuerſus.
Prætexunt puppes.humorem haurimus aquarum,
Et dulces undas gelidis è fontibus oræ.
Tum iuxta naues reparant conuiuia cœna,
Ac cererem ſocij,paßimq; in littore ſicco
Corpora curamus fuſi per gramina menſis.
Poſtquam exempta fames epulis,potuq; Lyæi,
Præconem,& ſocium lateris mihi iungo,uiæq;
Electos comites,repetoq; his clara tyranni
Hippotadæ tecta,& uentorum culmina regis.
Quem nos excelſa carpentem inuenimus arce,
Ore cibos iunctum domina,natisq;,thorosq;
Inſtratos: ſed nos iuxta atria ſedimus alta,
Ante fores regis ſaxo ſolimine turris.
Obſtupuere illi,reditus mox quærere cauſas
Suſtinuere mei: Quæ te fortuna fatigat? Æolides
Cur ades? aut quis te deus acrior urget Vlyſſes: Vlyſsi.
Quæ'ue indignà tibi fatum ſors uertit,& undis
Te perimit pelagi? Nam te dimiſimus inde
Fœlicem, Aeolio ſoluentem littore claſſem.
Auxiliumq; tibi dedimus quoq; flamina noſtra,
Vt patriæ littus peteres,& tecta parentis,
Atq; lares Ithacæ notos,ſeu quicquid ubiq;
Dulce tibi fuerat. illi ſic ore loquuntur.
Tunc ego turbatus,triſti cum corde loquutus:
Me miſerum,exclamo,ſomnus me peſtifer alto, Vlyſſes Æolo.
Et ſocij infauſti,prædæq; cupidine capti,
Heu me læſerunt: ſed uos ô numina ſacra,
Ferte (poteſtis) opem,& miſeris medicamina rebus,
Iteq; ſuppetias lapſo.ſic mollibus ipſe

Voci-

Vocibus orabam. cunctæ tacuere ſorores
Cum genitrice, uiriſq; ſimul. pater ora reſoluit:
I ualeas, ratibus odioſe Pelaſge per undas
Aeolia excedas, terraq; neſande meorum
Te referas citius, qui uiuos peßimus inter
Mortales degis. neq; enim hoſpitioq; domoq;
Acceptare mihi fas eſt, ſeu ducere ponto
Inuiſos ſuperis æterna ſede beatis;
Quos odere dei: regno ſcelerate recedas;
Aeoliaq; mea fugias, qui littora noſtra
Attigeris, rurſuſq; meas remearis in oras;
Heu dijs inuiſus. ſic triſtem pellit ab arce,
Pectore lugentem, gemituſq; in corde prementem.
Prouehimur pelago, confecti pectora curis:
Tædia iamq; maris ſociorum corda fatigant.
Remigio triſti tenuabant corpora curæ
Stultitiâ afflictis propria, quæ cauſa dolores
Et gemitus auget. ſulcamus gurgite fluctus.
Lucibus hinc ſenis facimus ſic uela per undas;
Nocte dieq; ſimul perarantes puppibus æquor.
Septima lux Læſtrygoniam nos ſiſtit ad urbem;
Telepylon celſam, longißima mœnia portis,
Rege Lamo quondam ueterum regnata uetuſto
Læſtrygonum. Antiphates terra regnabat in illa,
Hic ubi paſtores ſonitus uoceſq; frequentant,
Clamoreſq; cient campis, armentaq; paſcunt:
Paſtoremq; ciet paſtor, pecudeſq; bubulcus.
Hic uocat adducens armenta, ille arduus urget,
E` ſtabulis abigens in paſcua larga per herbas.
Hic uariuſq; ſonus, clamorq; exultat in auras,

Æolus Vlyſſem indignabundus expellit.

Læſtrygonum regio.

Hic inſomnis agro duplici mercede bubulcus
Augetur, tauros noctu, ſed luce bidentes
Herbiferi ducens in florida paſcua campi.
Hanc capit ille, boues paſcat per rura boantes:
Illam, ut ſeruet oues candenti uellere denſas.
Nocte dieq; uiæ ducunt ad pabula læta,
Hic armenta boum. ſunt parua crepuſcula noctis.
Huc ubi delati, portus intramus amœnos.
Celſa erat ad portum rupes, quæ cinxerat illum,
In ſublime mari ſeſe tollebat utrinq;,
In cœlumq; minans ſcopulo ſe tendit in auras,
Structa manu ſurſum ridet ſublata procellas,
Nec metuit pontum: ſed circum littora curua
Oppoſita excurrunt. ſe porrigit arctus arenis
Ingreſſus medio. namq; altis prominet undis
Littus ibi curuum: quà tranſitus extat, in arctum
Se tendit portus. hac cuncti pellere remis
Inſtabant ſocij naues, tractasq; ligarunt
Inter ſe propius intra curuamina portus.
Nulla quidem hic fluctu crebreſcit amarior unda,
Sed tranquilla quies portu, ſtatioq; quieta.
Ipſe extra portum tenui ſuper æquore puppim,
Affixiq; ratem, quà ſeſe extrema ferebat
Ad pelagus rupes, hic ſolus necto rudentem.
Conſcendo ſcopulum, qui ſeſe hic aſper in auras
Tollebat. ſteteram perluſtrans undiq; campos.
Non iſthinc ullos hominumq; boumq; labores
Proſpexi. at tenuem uideo ſe uoluere fumum,
Surgentem terra. ſocium de littore mitto,
Voce rogaturum numero comitante duorum:

Tertius

Tertius ipſe fuit præco, ſed ſorte receptus:
Qui teneant homines, qua ſim terraq; locoq;,
Fruge fruantur agri, an ſegetis ſit meßis in illa.
Ingreßiq; uiam ſocij, quà montibus altis
Axe uehunt magno pinus & robora in urbem,
Obuia fit ſocijs natarum maxima regis
Antiphatæ, hauſura hic ante urbis mœnia lymphas.
Artaciæ fons Venit ad Artaciæ fontem, qui purus amœnis
Promanabat aquis: hinc ipſa ferebat in urbem
Læſtrygonum latices. circumſtant undiq; Graij,
Quærentes, quiſnam regnaret littoris ora,
Quos regeret populos, quis rex foret illa per arua
Nata citò oſtendit ſublimia tecta parentis.
Protinus ingreßi portas & limina regis,
Aſpiciunt ipſam reginam corporis altis
Membris, & tanta dirè ſe mole mouentem,
Vt celſos cliuos, & ſumma cacumina montis
Aequiparare queat. gelida formidine capti
Horreſcunt, odioq; retro ceſſere trementes.
Illa foro Antiphaten clarum uocat incita regem,
Antiphatæ immanitas. Coniugium horrendum. ſocijs hic funera mœſta
Intulit. ex numero raptum ui corripit unum,
Dilanitatq; genis, lacerato corpore cœnam
Præparat infandam. reliqui uix triſtia Parcæ
Effugere duo, greſſusq; in littore ſtantes
Ad naues retulere citos: totamq; per urbem
Clamorem immenſum, uocesq; ad ſidera iactat
Antiphates. alti Læſtrygones undiq; currunt,
Innumeriq; uiri decies plus mille ſub urbem
Conſtiterant pugna, ſimilesq; Gigantibus altis.

Vſq;

Vſq; adeò immanes incedunt corpore longo,
Saxaq; uibrabant de celſis rupibus acta,
Et magnos ſcopulos alto de littore uoluunt.
Fit fragor hic inter naues, ſonituſq; per undas,
Et reſonant latè puppes in gurgite portus
Colliſæ ſaxis paßim, gemituſq; cadentum,
Fractarumq; ſonus ratium, claßiſq; frementis.
Inſequitur clamorq; uirûm, ſtridorq; rudentum.
Turba cruenta uiris fugientibus inſtat, & agmen
Concitat Antiphates, coeunt, & ſaxa trabeſq;
Coniiciunt, merguntq; uiros, merguntq; carinas.
Heu ſocios raptant, ueluti de littore piſces
Ad ſua captiuos conuiuia dira Pelaſgos,
Quos piſcator aquis dempſit. tunc feruidus enſe,
Dum ſocios mactant intra curuamina portus
Vndis excelſi, ſcindo retinacula nauis
Ancipiti, hærebat lateri qui fortiter, acri
Ab femore extracto, ſocioſq; incumbere remis
Hortor, ut horrendam fugiamus gurgite cladem.
Aſt illi cuncti certatim cærula uerrunt,
Remigioq; inſtant, crudelia fata timentes.
Sed leue ueloci curſu mea puppis in æquor
Effugit lapides, uibrataq; ſaxa lacertis,
Alta procul ponto: reliquæ periere profundo
Sub portu naues, ſociorum heu dira meorum
Supplicia. amiſſa comitum ſic claſſe dolentes,
Multaq; conqueſti, triſtes hinc lintea uentis
Pandimus, atq; alacres quòd fugimus aſpera fata,
Venimus Aeæam per cærula concita terram,
Inſula ubi Circes. habitabat littora Circe

Læſtrygonũ pugna cum Vlyſſis claſſe in portu Formiano Italiæ.

Ouidius hunc totum tranſtulit locum in Metamorph.

Vlyſſes una tantũ naui ſuperſtite ad Circes inſulã delatus.

Ambitæ terræ. Circe dea flaua capillos,
Carmine ſæua tamen, celebris quoq; gramine Circe,
Aeetæ regis ſoror infœlicis. at ambos
Sol, qui terrarum flammis illuſtrat arenas,
Et lucem reuehit roſeam mortalibus ægris,
Ex Perſa, Oceani nata ſuſcepit amari.
Hanc habitaſſe oram medijs narratur in undis
Titanis Circe. has terras adnauimus alto.
Vadimus in littus puppi, taciteq; carinam
Ducimus in portum: dixiſſes numina ponti
Admouiſſe rates terræ. nam tutus ab omni
Portus erat fluctu. religata in margine pinu,
Huc nos egreßi binas in littore luces,
Et totidem noctes languentia membra dolore
Defeßi triſti, confectaq; corda iacemus.
Protulit ut rſoeos ternas Aurora capillos
Luce dies rutilans, gladiumq; haſtamq; coruſcam
Ipſe meam capio, ſolusq; à littore greſſus
Contendo, & ſpeculam campo quæ fortè iacebat,
Acceßi ſubitò, ſcopulumq; ſub aſtra minantem
Conſcendi, ut luſtrem per agros & rura labores
Fructiferos hominum, uocemq; per arua frementum
Percipiam, utq; diu ſaxoſa rupe reſiſto.
Tum uideo è lata fumum ſe tollere terra,
Hic inter ſyluas, nemora inter frondea, ſaltus,
Sublimemq; rapi ſuper ardua culmina Circes.
Vt uidi nigro ſurgentem ſede uapore
Circea fumum, ſtatui procedere campis,
Auribus haurirem, ſocijsq; exacta referrem.
Talia uerſanti potior ſententia uiſa eſt,

Aæa inſula Circes ad Circeum mõtem, ubi hodie Tarracina urbs, ſiue Auxur.

Explo-

Exploraturis Ithacis ad littus arena,
Atq; ratem iuxta reparem conuiuia menſis,
Quæſitumq; locos mittam, portusq; recuruos.
Remiuagamq; ratem repeto, ſic corde uolutans:
Dumq; pedem moueo ſenſim, miſeratus euntem
Neſcio, ſed pacidus quiſquis fuit ille deorum,
Aut deus, aut caſus, ſolum reſpexit in aruis:
Cornibus excelſis ceruum capita alta ferentem
Ante uias miſit redeunti ad littora nauis.
Iuerat è paſtu ſyluarum pabula linquens,
Vt fluuium peteret reſonantis murmure lymphæ,
Arceretq; ſitim. Flagranti Hyperionis æſtu
Ille fatigatus fuerat, Titaniaq; aſtra
Ilia ſiccarant radijs Phaetontis amari.
Hunc nemore egreſſum lethalis arundinis ictu — Ceruus ab Vlyſſe captus.
Trans ſpinam fixi, media inter terga coruſca
Tranſierat ferro coſtas bene miſſilis haſta.
Sternitur hic ceruus, nigroq; in puluere corpus
Verſat, & horrendo repleuit murmure ſaltus:
Purpuream uomit ille animam, mortemq; petiuit.
Ipſe feram aggreſſus tepido de uulnere ferrum
Extraxi, inq; ſolo liqui de cæde cruentum.
Acceſſi inde uirens ab humo conuellere uimen,
Et uirgulta manu ualida, cubitoq; retortas
Flexibiles texo reſtes, funesq; reuoluo
Vimineos aptè, quantum circundatur ulna.
Conſtringoq; pedes immanis corpore cerui:
Innixusq; haſta, capulisq; per ardua colla
Ingentem prædam iunctis ad littora traxi.
Namq; ſubire humeris, dextraq; tenere receptum

Haud licuit: fuerat mirando pondere ceruus,
Atq; immane feræ corpus prope littora ieci
Ante ratem. ſocios placido ſermone cohortans
Erigo, & his fabar blandè ſic uocibus uſus,
Mollibus & quemuis uerbis accedo benignus.
Vlyſſes ſociis. O' ſocij, quanquam grauior fortuna fatigat,
Et premit afflictos: nunquam Plutonis ad oras
Antè ſumus deſcenſuri, quàm fata ſuprema
Adueniant, fatiq; dies, atq; ultima meta.
Ergo agite acceptas epulas reparate refecti,
Et memores agitate iterum conuiuia menſis.
Nempe dapes, potuſq; bonus, bacchuſq; ſuperſunt
Puppibus. ergo fame conſumi corpora noſtra
Indignum fuerit. Dicenti talia, parent:
Egreßiq; ratem calcarunt littora ponti,
Quo non ulla quidem pendet uindemia fructu,
Nulla uiret uitis, nuſquam rubet uua racemis,
Sed fluitat Nereus. immania corpora cerui
Mirantur ſocij. patuit fera maxima, robur
Immenſum, portu. poſtquam iam lumina præda
Oblectare ſua, lauerunt flumine dextras,
Candidaq; extructis conuiuia littore menſis
Exornant alacres, dapibuſq; epulamur opimis.
Compoſitiq; thoris, carnes & dulcia uina
Sumimus, & tota celebramus prandia luce,
Donec ad Heſperias Phœbus decurreret undas.
Vt uerò occiduas ſubijt Phaetontis arenas
Sol roſeus curru, reuehuntq; crepuſcula noctem,
Et tenebras ſpargunt: ſomnos in littore ponti
Ducimus, & toto labuntur ſidera cœlo.

Aureaq;

Aureaq́; ut fulſit roſeis Aurora capillis
Iam manifeſta manus croceas, & roſcida curru
Vix bene prolato cum rore madeſceret aruum,
Et matutino ueniens apparuit orbe,
Sic iterum ſocios affatus talia fundo:
O' ſocij, ô pubes grauiora pericula paſſa, Vlyſſes rurſum ſocius.
Ductaq́; per caſus, per tot diſcrimina rerum,
Hæc memores iterum ſocij mea figite dicta.
En ſumus ignari, quà ſeſe occaſus & Eos
Obuertant cœlo, quà ſe caligine ueſper
Noctis protendat, quà ſeſe Aurora quadriga
In roſea referat, uel quà mortalibus ortus
Lumina reſtituat Phœbus rediturus ab undis
Eois ſurgens, nec quà petiturus arenas
Heſperias mergat currus ſub margine terræ.
Conſulite in medium, ſi quæ eſt uia nota ſalutis,
Conſilium' ue patet: neque enim reor eſſe, quod opto.
Certè ego conſcendi ſpeculam, quæ maxima ſaxis
Tendebat cœlo, terram quam gurgite pontus
Ingens ambibat curuo de littore uidi.
Atq; humilis campis procul hinc depreßa iacebat
Sedes, & media ſurgebat fumus ab arce.
Vidi oculis ſcopulo nemora inter frondea, & inter
Syluarum ſaltus, denſißima luſtra ferarum.
Talia uoce dedi, gelido cum frigore membra
Soluuntur ſocijs, franguntur corda dolore,
Antiphatæ memores cædis crudelis ad undas,
Et Læſtrygoniæ ſtragis, Cyclopis in antro
Vis ſubit immanis, dira & uiolentia tabo
Et rabies inſana uiri, morteſq́; neceſq́;

Fauce cruentatos homines atq; ore uorantis
Horrendi monſtri,& ſociorum triſtia fata.
Implebantq; ſinus fletu,lacrymasq; ciebant
Vbertim guttis:quanquam nec fletibus illis
Conſilium fuerat,nec luctus facta ſequuntur.
Ire recuſabant,& tecta ignota ſubire.
Tunc ego præſtantes ſocios,& ad arma feroces
Sortiuntur inter ſe Vlyſsis focii. *In binos dirimo numeros,partesq; diremptas:*
Huic ego præponor,illi formoſior ore
Eurylochus.galea ſortes uibrantur ahena.
Exijt Eurylochi ſubitò ſors inuida fortis.
Sorte igitur lectus,numero comitante uirorum
Bis denûm: bisq; duos ſors inſuper excita iunxit.
Exibant flentes,religata in littore pinu
Circeo.dudum nos luctu pectora mœſtos
Deſeruere rates iuxta,curuasq; carinas.
Inuenere procul curuis ſub uallibus arces,
Circes regia. *Circeasq; domos,ſaxisq; extructa politis*
Tecta loco illuſtri,quem paßim lucidus aer
Perflat.ad hæc properãt,ſteterantq; in limine primo
Monticolæq; lupi circum,denſiq; leones.
Fecerat hos mites ualidis medicatibus herbas
Aſpergens Circe,nec erant crudeliter uſi
Morſibus occurſu, nec ſæua fauce minaces,
Nullum equidem fuerant facturi in corpore uulnus.
Quinetiam longas mouere per aera caudas,
Ac leuiter ſurgunt,caudisq; iocantur,& inſtant
Blandiri geſtu,tacitoq; accedere greßu,
Preſſaq; adulantes comitant ueſtigia paſſu.
Non aliter quàm cum menſis èpuloq; moloßi

Surgentem

Surgentem repetunt circum,caudáq; iocoſi
Circunſtant regem blanda,aſſultantq; ferenti
Quæ mulcent animum. ſic circa hos turba luporum,
Quorum ungues ualidi pedibus,fuluiq; leones
Oris adulantes rictu prope limina ſurgunt.
Horruerant illi crudelia monſtra ferarum,
Ante fores ſteterant pulchræ iuxta hoſtia Circes, Virgilius li. 7. hunc locū tranſtulit. & Ouidius lib. Metam. 14.
Quæ croceo capitis flauebat crine ſuperba:
Hanc ut fœminea modulantem carmina uoce
Dulcia percipiunt,cantu & fallente laborem
Ingentes ſacro texentem ſtamine telas,
Pectineq; urgentem fila immortalia Nympham:
Qualia ſunt gracili ſubtegmine clara dearum
Stamina,& ad radios lucentia fila remiſſos:
Gratiáq; exornat texturas,ſtamen arundo.
Hic tunc effari ſic incipit ore Polites
Laude uirûm primus,alios præſtantior inter,
Qui fuit in ſocijs fama clariſſimus alta,
Ingenioq; ualens, alijsq; aſtutior unus:
O ſocij, eſt intus,quæ ſuaui carmina uoce Polites ſociis
Cantat, & immenſo crepitantem ſtamine telam
Pectine percurrit. reſonantia tecta reſultant,
Atq; pauimentum ſonituq; & uoce remugit,
Seu dea,ſeu mulier, citiusq; ad limina (dixit)
Clamemus. cunctiq; ſimul clamore uocarunt.
Exijt illa citò, portisq; patentibus ipſos
Aduocat. intrarunt, perq; atria ſplendida Circes
Ducuntur ſtupidi, quorum dementia mentes Vlyſſis ſocii in porcos a Circe conuerſi.
Ceperat. Eurylochus ſolus tamen ipſe rependens
Subſtitit, & fraudes metuit. menſisq; locatis

Atq; thronis circum iußit diſcumbere Circe,
Ingreſſos pariter. toſti mox ordea grani,
Melq; fauo uiridi ponit, mixtaſq; farinas,
Pramniumq; merum, & cum lacte coagula paſſo.
Quiq; ſub hac lateant furtim dulcedine ſuccos
Adijcit; & miſcet cereris medicamina fruge
Horrida, ut hinc patriæ ueniant obliuia terræ:
Porrigit illa ſacra ſocijs data pocula dextra,
Quæ ſimul hauſerunt ſitientes ore bibaci.
Percuſit hinc ſummos uirga dea dira capillos,
Claudit hara immunda mutatæ corpora formæ.
Heu pudet, erectis cœpere horreſcere ſetis,
Nec iam poſſe queri, pro uerbis edere raucum
Murmur, & in terram toto procumbere uultu,
Os ſenſere ſuum pando occalleſcere roſtro,
Colla tumere thoris. porcorum membra gerebant,
Ora caputq; ſuum, uocemq; & corpus habebant,
Et ſetas tergo: ſtabilis tamen ipſa remanſit
Mens illis: quanquam mutata eſt forma per artus.
Hos ſub antra ſuum flentes dea ſæua coercet,
Iliceas ſpargit glandes, lapidoſaq; corna,
Et quernos fœtus, & quos fert arbore cornus,
Hei miſeris ſylua delatas proijcit eſcas.
Quales eſſe ſolent porcæ, quæ ſtercora uoluunt,
Setigeriq; ſues toto procumbere uultu
In terram ſueti, terraq; iacere lutoſa.
Eurylochus ſolus Circes data pocula fugit.
Quæ niſi uitaſſet, pecoris pars una maneret
Nunc quoq; ſetoſi. celeris peruenit ad æquor,
Et nauem, curſu ſociorum nuncia portans,

Eurylochus ſolus uitato Circes poculo, ad naues redit, ſociorum cladis nuncius.

Fataq;

Fataq; Circea reparata ſub arte nefanda.
Verba tamen narrare nequit, licet illa referre
Terq; quaterq; cupit, mediaq; in uoce reſiſtit:
Sic tremit attonitus fatis, ſic horridus illum
Inceßit timor, & iaculatus pectora luctus
Cor premit ingenti nimium iam molle dolore,
Implebatq; oculos fletu, lacrymasq; reſorbens
Imo crudelem uoluebat pectore luctum.
Singula nos illum ſtupefacti quærimus uſq;.
Tunc ſic incepit ſociorum fata profari,
Interitusq; uirûm: Fama clariſsime Vlyſſes, Eurylochus Vlyſſi.
Per ſyluas nemorum, ſaltusq; & frondea rura
Iuimus, ut dixti. procul in conuallibus arces
Aſpicimus nitidas, & candida tecta politis
E ſaxis, ſedesq; ſacras, quas aura recurrens
Conſpicuo campo mulcebat flamine crebro.
Hic dea, ſeu mulier, texebat ſtamine telam
Immenſam radijs, cantu fallente laborem,
Cantabat dulci modulans ſua carmina uoce.
Hanc clamore uocant, perq; atria longa uocata
Egreditur Nymphe, portisq; patentibus omnes
Aduocat. ingreßi, ueſtigia preſſa ſequuntur,
Heu ſtupidi fatis, quos iam dementia cepit.
Subſtiteram ſolus, ueritus fraudemq; dolumq;.
Vtq; intrata domus, turba hic euanuit omnis,
Nec quiſquam illorum poſthac apparuit uſquam.
Ipſe diu ſedi expectans in limine primo,
Obſeruoq; diu quæ ſit fortuna uirorum.
Sic ait illacrymans, ſocios miſeratus ademptos.
Tunc ego fatiferum ſurgens interritus enſem,

Quem nitidi argento claui ſplendente coercent,
Aereq; fulgenti mucro longißimus ardet,
Suſpendo ex humeris, arcumq; citasq; ſagittas
Aſſumpſi, mecumq; uias intrare receptas
Eurylochum iußi, metisq; inſiſtere eiſdem.
Tunc genua amplexus, manibus contingit utriſq;
Eurylochus, fuditq; preces, multumq; precatus

Eurylochus redire ad Circes domum recuſat.

Cum lacrymis fatur· Ne me fortißime Vlyſſes
Inuitum ad ſedes, in tanta pericla reducas.
Hic me linque precor. neq; enim es rediturus Vlyſſes,
Nec ſocios Ithacæ per cærula cana reduces.
At fugiamus aqua ponti, comitantibus iſtis,
Dum licet & fas eſt, pelagoq; euadere peſtem
Iam datur, & mortem et crudelia monſtra per undas.
Sic ait. aſt illi refero· Naualia iuxta,

Vlyſſes Eurylocho.

Tranſtraq; permaneas, quid inertia pectora tentem?
Pocula ſume manu, dapibusq; epulare relictus,
Curuæ ſub tecto nauis prope littus arenæ.
Quà monſtratur iter, per ſyluas ibo ſonantes.
„ *Inuia uirtuti nulla eſt uia: magna prementis*
„ *Sortis ineſt forti uis. Hæc ſic ore loquutus,*
Puppiq; armatus, curuoq; à littore ponti
Ipſe ego demum alacris deſcendens, æquora liqui:
Perq; nemus denſum & conuallem gramine ſacram,
Inde uias ſolus nullo comitante legebam,
Et Circea deæ Titanidos arua premebam.
Iamq; domum propius Circes, atq; atria magnæ,
Quæq; uenena colit campis armatus adibam.
Cum mihi Mercurius iuxta arcem occurrit eunti:
Aurea uirga manu fuerat, iuuenilibus annis,

Forma

Forma uiro ſimilis,cui primùm intonſa rubeſcunt
Ora genis,cuius ætas pergrata iuuentæ.
Porrigit ille mihi dextram,dehinc talia fatur:
Quò miſer hac ſolus tendis per frondea rura,
Inter conualles,montisq́; cacumina celſa,
Ignarusq́; loci relegis ueſtigia ſyluæ,
Perq́; iugum Circes nullo comitante pererras?
Antra ſues claudunt ſocios, latebrisq́; tenentur
Setigeri ut porci Circea per atria Nymphæ.
An'ne uenis,miſeros Aeæo gramine captos
Vt ſoluas ſocios? nunquam rediturus adibis,
Vt reor,utq́; alij ſub eadem ſorte manebis.
Interiere uiri,ſimili quoq; labe peribis:
Et niſi deſiſtes,pecoris pars una manebis.
Quare age pareto,uarijs exercite fatis:
Teq́; malis demam,ſaluumq́; ad littora mittam.
Hæc cape quæ trado ualidi medicamina floris,
Tutus eo, monitisq́; ſimul cœleſtibus intra
Tecta deæ Circes. hic dira uenena repellit,
Et capiti labem: mentemq́; atq; omnia Circes
Pharmaca narrabo, & crudelia facta. parabit
Peſtiferos potus, epulisq́; uenena receptis,
Et cereri triſtes miſcebit lurida ſuccos.
Nec tamen his poterit tibi ſæua nocere uenenis,
Et mulcere tibi mutatæ corpora formæ.
Nec ſinet hoc ſuccos uires medicamen habere,
Quod tibi trado manu. iterumq́; iterumq́; monebo,
Cum te prælongæ Titanis arundine uirgæ
Percutiet,gladium ſubitò tu ſtringe micantem
Ab latere extractum, uaginaq́; eripe ferrum,

Inq́;

Mercurii remedium contra pharmaca Circes.

Circes ueneficia cuiuſmodi.

Inq́; illam ruito uelut occiſurus, & enſem
Ipſe rota circum minitatus uulnera mortis.
Illa metu trepido tum te laſciua reducet
In thalamum, blando teq́; inuitabit amore.
Ipſe deæ caueas prudens fugiſſe cubile,
Concubitusq́;. tuos ſocios ut gramine ſoluat,
Reſtituatq́; tibi, teq́; ipſum curet amore.
Exige, ne fraudes alias, ne' ue aſtruat artes,
Ne' ue malum reparet: Stygias iurare paludes,
Fœlicesq́; deos iubeas, & pacta repoſcas:
Ne te nudatum dempto uelamine uertat,
Neu mollem reddat, neu ſæua effœminet arte,
Naturamq́; uiri demat, reddatq́; puellam.
Dixit, et è uiridi terra decerpſerat herbam
Victor quondam Argi, & Stygiæ medicamina peſtis
Tradidit, ac uires naturæ oſtendit in illa.
Moly herbę deſcriptio. De hac Plin. lib. 4. cap. 10. & 25. 4.
Flos erat huic albus, nigra radice tenetur:
Flos ſimilis lacti, lactisq́; æquanda colori
Herba. ſed hæc ægrè foditur mortalibus aruo,
Moly uocant ſuperi, raroq́; uidetur in agris.
Huius ſed facilis tamen eſt data copia diuis:
Omnia dij poſſunt. Sic dixit Maïa proles,
Inq́; altum aligeris pedibus ſe tollit Olympum
Supra tecta domus, ſyluoſaq́; culmina ſaltus,
Aequoreumq́; ſolum. Circes ego uiſa ſequutus
Atria, conſtiteram ſaxoſo limine ſolus:
Multaq́; dum uado ſtupefacta cogito mente.
Vtq́; uoco, ſubitò Circe eſt egreſſa uocantis
Ad uocem, portasq́; aperit cum uoce nitentes,
Meq́; uocat. Circen triſtis ſequor ipſe uocantem.

Meq́;

Meq́; throno, argento nitido, dea dira locauit:
Qualem Cretæa uix unquam Dædalus arte
Struxerat, hinc illinc candentis clauus obibat
Argenti. atq; pedes ſubmiſſa ſedilia feſſos
Suſtentant. mihi tunc auro ſplendentia Circe
Inſidioſa manu miſcet dea pocula ſæua,
Inſidiata mihi, & uarijs medicatibus herbas,
Pharmaca dira mero fundit, potusq́; miniſtrat,
Mellaq́; uimq́; meri, atq; Aeæo gramine ſuccos
Hei mihi peſtiferos, ſitienti fauce bibenti.
Vtq́; bibi intrepidus ſiccans data pocula Circes,
Non tamen auſa fuit uirga mulcere capillos
Percutiens Circe, ſed uerba uenefica dixit:
Tu quoq; porcorum pete luridus antra recluſa,
Vt ſociûm recubes pecoris pars una tuorum.
Hic illam aggredior, pauidamq́; interritus enſe,
Triſte minans fatum, ſurgoq́; elatus in arma,
Ceu ſuſurus eam uici, trepideq́; repulſam
Terrueram. illa genu amplectens accurrit amanter,
Et me uociferans orat, luctumq́; fatetur:

Vlyſſes ad Circen ingreditur, tutus Moly herba.

Qualis es ô hoſpes? ſeu qua regione profectus
Huc ades? unde uenis? qui te genuere parentes?
Quæ patria, aut urbes? ſtupeo dum pharmaca noſtra
Ebibis, & nulla mutaris corpora parte.
Nullus enim priſco potuit remanere uigore,
Nec mihi ſuſtinuit quiſquam medicata uenena,
Nec quiſquam uicit noſtræ medicamina dextræ,
Hæc qui lethiferis ſiccauit pocula ſuccis.
Pectoribus immota manet tibi uiuida uirtus,
Intemerata tuæ uis eſt fortiſſime mentis.

Circe Vlyſſi.

Es ne

Es'ne Lertiades, toties quem Maïa proles
Pacifer aurata uirga Cyllenius Argi
Vltor, uenturum peregrina puppe per æquor
A' Troia Iliaca dixit? tu'ne ille diſertus,
Qui mores hominum uarios cognouit Vlyſſes,
Laudeq; ab ingenio celebris, præclarus & aſtu?
Conde precor gladium, uaginaq; occule ferrum.
Ibimus in lectos, atq; antra Cupidinis alta,
Vt nos concubitus mixto oblectemus amore,
Inq; thoro Veneris faciamus gaudia mille.
Sitq; fides, & amor fidus, nos inter amantes.
Sic dea. ſic contrà pariter reſponſa ferebam:

Vlyſſes ad Circen.

O' Circe, haud æquè leges ordiris amantum.
Me'ne iubes blandos nutrire Cupidinis ignes?
Quæ ſocios porcos feciſti dura per arcem,
Inſidiansq; tuum petis aſcendiſſe cubile
Experiar, thalamiq; tuo confundar amore,
Vt mihi nudato, poſito uelamine ſæua
Eſſe uirum demas, effractaq; corpora reddas.
Non antè ingrediar lectos, quàm numina iures,
Atq; deos teſtes iurando diua fatiges,
Ne nocitura mihi pergas, neu dira requiras.
Teſtatur ſuperos Circe, iuratq; uiciſsim.
Conſcendo eximium Circes, & molle cubile,
Inde fides dextræq; datæ, thalamoq; receptus
Coniugij dotem ſociorum corpora poſco.
Quattuor interea peragunt bene fida miniſtræ

Circes famulæ nymphæ.

Nymphæ operas intus, nemoroſa ſede nitentes,
In dominæ nutus turba officioſa, ſagaxq;
Cura domus, ſemperq; operoſa. à fontibus ibant,

Atq;

Atq; aliæ é ſyluis, nemorumq́; ex arce dearum,
Aſt aliæ à fluuijs,qui currunt gurgite in æquor,
Appoſitosq́; thronos decorant, quos ſedula Nympha
Tum ſuperiniecit textum, nitidosq́; tapetas,
Pictaq́; tela manu:quin purpura deſuper alta
Contegit,aſt infra ſubiecit lintea Nympha.
Argentoq́; leues exornans altera menſas,
Ante thronos onerat nitidos,has lancibus auro
Perfectis,ponitq́; means aurata caniſtra.
Tertia crateris fundebat dulcia uina
Argento ſolidis,ſpumabat melle Lyæum:
Aureaq́; exponit menſarum pocula uirgo.
Quarta manu properans fontemq́; ignemq́; ferebat,
Suggerit & coſtis flammas undantis aheni.
Sub tripode ardeſcunt ignes,furit intus aquai
Humor.at ut ſtridens ſpumis bulliuerat unda,
Purpureoq́; ſonans efferbuit illa lebete,
Intulit ablatos in balnea Nympha liquores.
Tunc aqua canenti fumans effunditur urna,
Temperat,& gelido commiſcet fonte lauacra.
Tum tripode ex magno fundens capitiq́; humerisq́;
Humentes undas,purgat mea membra liquore,
Vt reparet feſſas laſſato corpore uires, Vlyſſes blande a Circe acceptus.
Eximat & fractis ex artubus ipſa laborem.
Me quoq; purgatum,oleo labente perunxit.
Induor hinc tunica,atq; ardente murice læna.
Arce thronus fuerat,quem paßim argenteus arcet
Hinc illinc clauus,uariaq́; ex arte nitebat,
Splendoremq́; dabat, paruumq́; ſedile iacebat
Sub pedibus,ſedeo huc ductus,quà iuſſerat illa.

Dant

Dant famulæ manibus lymphas, gutturnia clara
Ex auro effundunt, laticesq; nitente lebete
Argento lapſi guttis, ſonituq; reſultant.
Tum menſas onerant nitidas, cereremq; caniſtris
Expediunt nymphæ, quis ora rubentia rident:
Imponuntq; dapes largas, & fumida menſis
Fercula geſtantes. nec deſit copia rerum:
Carpe cibos digitis, Circe pulcherrima dixit.
At mihi nulla placet quamuis feſtiuior eſca,
Verùm aliud ſedeo triſtis ſub pectore uoluens:
Neſcio prætereà quid nam præſaga mali mens.
Vt uerò Circe mœſto me corde ſedentem,
Et luctu affectum, nullasq; attingere duro
Ore dapes uidit, breuiter ſic ore profatur:

Circe Vlyſſem ſolatur.

Quid tacitus reſides? quid te nũc torquet Vlyſſes?
Nulla tibi uox eſt, muto par eſſe uideris:
Proq; cibo triſtis rodis præcordia curis.
Non epulas tangis, non dulcia uina Lyæi.
An' ne dolos cenſes alios reſtare, uel artes?
Parce metu. neq; enim tibi iam locus eſſe timori
Cernitur, & nulla te nunc palleſcere fraude
Fas eſt, aut ſuccis horrere uenena paratis.
Sacra fides fuerit iuranti teſtis, & illa
Fœdera non frangam iuris, pacto' ue recedam.
Cui contrà refero: Precor ô Phœbeïa Circe:
Ecquis erit, modò iuſtus erit qui pocula curet,

Vlyſſes ſocios repoſcit.

Siue dapes, ſaturoq; queat depaſcere uentre
Antè epulas menſa, ſocios quàm ſolueris arte,
Adducasq; illos cernendos corpore priſco?
Si uis me ueſci, ſiccareq; pocula Bacchi,

Redde

Redde mihi ſocios, reſolutaq́; membra figuris,
Vt uideam comitum tam pectora grata meorum.
Sic ego fatus eram. cum Circe ex arce recedit
Progrediens uirga tenui, ſtabuloq́; recluſo
Ordine deducit ſocios: qui corpore porcis
Setigeris, quos nona ſuis enutrijt herbis Vlyſſis ſocii priſtinæ formæ reſtituti.
Meſſis, erant ſimiles, aduerſa fronte trementes.
Circuit hos inter, ſuccosq́; ualentibus herbis
Spargit, & ignotæ ſuccis melioribus herbæ,
Percutit inde caput conuerſæ uerbere uirgæ,
Verbaq́; dicuntur dictis contraria uerbis,
Et meliora illis. tum pharmaca lenis inungit,
Hirſutæq́; cadunt toto de corpore ſetæ,
Quas Circe membris medicamine fecerat herbæ.
Quo magis illa canit, magis hoc tellure leuati Ouidius lib. 14. Met. ad uerbum reddidit.
Tolluntur, ſetæq́; cadunt, bifidosq́; relinquit
Rima pedes, redeunt humeri, & ſubiecta lacertis
Brachia ſunt, meliorq́; uenit per membra iuuenta,
Et facies maior, forma eſt inſignior illis
Quàm prius illa fuit: ſubitoq́; adiungere dextras
Feſtinant ſocij, poſtquam nouere ſedentem.
Hic oritur dulcis luctus, flendiq́; uoluptas:
Roreſcuntq́; genæ cunctis, lacrymæq́; cadebant,
Et flentis flentes retinebant colla lacertis,
Lugebantq́; omnes pariter, mixtoq́; fauore
Lætitiaq́; oculi maduere, & fletibus ora.
Plauſus erat totam reſonans clamorq́; per arcem,
Horrendumq́; ſonos reddunt ibi tecta repulſa,
Et miſerata fuit noſtros quoq; diua labores.
Accedensq́; gradu Circe ſic ore loquuta eſt:

Circe etiã alios ſocios adduci iubet.

O` Laertiade prudens, Iouis inclyta proles,
I pete uelocem nauim, portuſq; recuruos,
In terram retrahas puppim, & ſub littoris antris
Res omnes condas, ſpeluncisq; abde ſub altis,
Nauticaq; arma tegas, ſociosq; require relictos.
Adducasq; illos tecum. parêre parabam.
Vt ueni ad nauem pelagi progreſſus arenis.
Inuenio charos ſocios per tranſtra carinæ
Afflictos luctu, & lacrymantia fletibus ora
Rorantes: ueluti ſi quando armenta boantum
Ad ſtabulum redeunt agris, & gramine paſtæ
Rure boues remeant, uituliq; ſine ordine cuncti
Exultant circum: non hos tum caula coercet,
Quin alacres circa matres curruntq; ruuntq;,
Et denſi teneris mandras mugitibus implent.
Sic ſocij circumfuſi me uoce ſalutant,
Conſperſoſq; ſinus lacrymis fletuq; rigabant,
Non ſecus ac Ithacæ ſcopulos & mœnia nota,
Aſperaq; intraſſent patriæ de littore rura,
Hic ubi erant nati, gelidisq; uirentibus antris
Nutriti quondam, ſic triſtes ora reſoluunt:

Socii ad Vlyſſem.

Sic tibi, ſic factis ingens gratamur Vlyſſes,
Ceu patriæ fines, Ithacæq; Laertia prata
Ingreſſi ſimus. nunc quæ ſint fata tuorum,
Interitusq; refer, comitum mutataq; forma.
Sic illi. aſt iterum reſpondi molliter ore:

Vlyſſes ſociis

O` ſocij, primùm curuas ſubducere puppes
In littus iubeo, nautarumq; arma ſub antris,
Resq; alias omnes condemus littora iuxta.
Tum mea uos omnes ueſtigia preſſa ſequentes,

Accelerate

Accelerate gradum, uiſuri ſedibus altis
Felices ſocios inter conuiuia Circes,
Inter & ignigenæ liquentia pocula Bacchi,
Et fruges toto iuſſos conſumere ab anno.
Vix ea uoce dedi, Titania quærere tecta
In mea iuſſa illi celeres: ſed dicta refugit
Eurylochus, retinetq; alios mihi ſolus ituros:
Proh miſeri (exclamat) quæ uos dementia cepit? Eurylochi dehortatio ad ſocios, ne ad Circem ſequantur Vlyſſem.
Quò ruitis ſocij? cur tanta pericula ſponte
Quæritis, ô fatis duri, Phœbeiaq; rura
Nomine dicta ſuo, Circeaq; tecta petetis?
Heu uos illa lupos, porcosq; auidosq; leones
Latratu faciet, cuſtodes nocte penatum.
Quid memorem uobis crudelia facta Cyclopis,
Quæq; ferox rabies ſtruxit, uiolentiaq; atra,
Cum ſubiere ſpecus ſocij nemorale Gigantis,
Cumq; audax dux eſt ſuper ipſe ſequutus Vlyſſes:
Hos quoq; perdiderat mens huic temeraria factis,
Stultitiaq; ducis iacuere rapina per antra.
Sic ait. aſt illi meditatus ſæua reduco
Enſem fulmineum, longo mucrone nitentem, Eurylochum affinem ſuum Vlyſſes decollaturus, a ſocijs prohibetur.
Ab femore extractum: ferroq; ſecare parantem
Colla caputq; illi, terræq; illidere ſectum,
Affinis quanquam fuerat, fueratq; propinquus.
Hinc illinc ſocij retinent, uerbisq; reſiſtunt
Mollibus: O ingens fama, obteſtamur Vlyſſes,
Hunc potius ſolum linquamus littore, nauem
Seruantem. reliqui te nos in tecta ſequemur
Ducentem Circes. ſic illi hortantur, & orant.
Tunc ego progredior naui, pontumq; reliqui,

Nec tamen ad nauim deſertus littore manſit
Eurylochus, legit ille ſequens ueſtigia preſſa,
Fertq́; gradus campis tacitos, perq́; ardua greſſus
Colligit, inſanas uoces atq; horruit iras,
Horribilesq́; minas. ſocios quoq; candida Circe
Interea lauit, defeſſaq́; membra perunxit.
Induit hinc illos læna, tunicisq́; perunctos.
Hos epulas inter menſasq́; inuenimus ipſi,
Ignigenæq́; mero cunctos ad pocula larga:
Inq; uicem noti tum ſingula quærere gaudent.
Iamq́; feros caſus lacrymis narrare iuuabat,
Dum largo madidos humectant flumine uultus.
Teſtantur luctus, replent loca fletibus alta,
Circeamq́; domum pulſant ſuſpiria planctu,
Multaq́; cum lacrymis reſonabant luctibus arces.
Tum dea nympharum celeberrima fama per æquor,
Se mihi coniunxit propius, ſic ore profata:
Circe ſocios conſolatur. O' Laertiade, cui pectus abundat Vlyſſes
Conſilijs, uosq́; ô ſocij: ne plangite fletu,
Dulcia neu triſti conſumite pectora luctu.
Non ignara equidem, quæcunq; pericula paßi
Eſtis aquis pelagi, quacunq; in gurgite piſces
Multiplices paſcit Proteus, quantosq́; dolores,
Triſtitiaq́; metus toleraſtis in æquore celſo.
Quin haud ignoro hoſtiles in littore turmas,
Perq́; oras uarias terræ plus mille labores
Molitas uobis. Quare iam pocula Bacchi
Sumite, iam menſis alacres, recreateq́; pectus,
Et reuocate animos, mœſtasq́; excludite curas
Iam dapibus, donec ſuccedant gaudia priſca:

Ceu cum primùm Ithacæ liquiſtis ſaxea rura,
Aſperaq́; arua ſoli patrij. quanquam arida luctus
Corda premit, præſensq́; malum præcordia tangit,
Erroriſq́; diu memores curſusq́; per undas
Fletis, & exactum nunquam ſibi gaudia pectus
Concipit, inq́; ipſa uerſatur labe doloris
Tot mala iam paßis, & tot diſcrimina mille.
Talibus erexit mœrentia pectora Circe.
Exierat totus reuolutis ſolibus annus,
Florueratq́; ſuis æſtas prædiues ariſtis,
Dum nos perpetuis læti ad conuiuia menſis
Sedimus, & carnes uarias & dulcia uina
Fundimus. utq́; dies & canas tempus ariſtas,
Et noua creſcendo reparauit cornua Phœbe,
Prolixasq́; horas ſpacijs cerealia ſoles
Reſtituere ſuis uoto frumenta colonis,
Me ſocij excitum Circes penetralibus, urgent:
Infœlix, patriam terram reminiſcere tandem, Vlyſſem ſocii reditus in patriam admonent.
Si fatale tibi dulces contingere portus,
Et natale ſolum, & præcelſa palatia diui,
Atq; dabunt reduci per cærula lata ſalutem:
Si fuerit fas, & ſi te tua fata iubebunt
Incolumem ad patrios Ithacæ rediјſſe penates,
Et ſummas arces, & candida tecta uidere.
Sic illi memorant. iam me ſententia uicit,
Commouere quidem dictis. epulamur opimis
Carnibus, & pateris libamus mellea Bacchi
Vina die tota: donec ſe Phœbus in undas
Mergeret Heſperias, menſisq́; ſedemus ouantes,
Potamusq́; merum. cum ſera crepuſcula noctem

Præcipitant, curruſq; uadis madefactus Hiberis
Se tenebris texit feſſi Phaetontis: in umbra
Decubuere uiri, & laſſos ſopor irrigat artus
Altis porticibus. Circes ego molle cubile
Ingredior, captoq; diu, genibuſq; uolutus
Ac femori Circes mixtus, cum ſupplice uoce
Sic precor, hæc breuiter teſtans per numina diuûm.

Vlyſſes reditum a Circe petit.

Audi diua ſonos, nec reijce diua precantem:
Perfice nunc Circe, mihi quæ promiſſa dediſti:
Me dimitte precor, patrios remeare penates
Fac poßim, uentiſq; datis in rura remitti
Argolica. idq; ſedet, mentemq; huc impetus arcet.
Iam ſociorum animus ſurgit, reditusq; repoſcit:
Mollia tabeſcunt præduris pectora curis,
Seq; ſuiſq; inſtant, incendere meq; querelis.
Me circum lugent, lacrymiſq; obtundere pergunt,
Tu quoties erras abſens ſpaciata per hortos.
Sic ego. ſic Circe contrà eſt ingreſſa, dearum

Circe Vlyſſi.

Fama per Auſoniam: Genere ô præſignis Vlyſſes
O` Laertiade, cuius ſapientia terras
Implet: ubi mens eſt? quò te fert impete pectus?
Non equidem Aeæa durabitis amplius arce,
Dum molles fletis, dumq; hic inuita manetis
Turba mihi: quoniam celeratis claſſe per æquor.

Iter ad inferos Vlyſſi inſtare.

Hinc iter eſt aliud uobis, quod & urget & inſtat,
Ire uias Stygias, Plutonia tecta, grauiſq;
Perſephones ſedes uiſendæ gurgite ponti.
Tireſiæ reſponſa tibi, Thebanaq; uatis
Ora ſacri accipies, referet ſine lumine uates.
Solus apud Lethen canit hic oracula diuûm:

Mens

Mens huic ſancta quidem: ſoli Proſerpina pectus,
Vera canat tenebris, quanquam iam funere rapto,
Tradidit: hinc alij uenient tibi littore manes.
Dixit: at inde mihi ſoluuntur corda timore,
Fractaq; membra labant, pectusq; horrore tremiſcit,
Franguntur q; animi, & præcordia laſſa dolore.
Iamq; thoro reſidens flebam, lacrymisq; madebant
Strata meis. heu heu ſolis piget aſtra tueri,
Et Phaetontis equos, & clari lumina Phœbi.
Ipſe animus toties ſub triſti luce recurſans,
Iam uixiſſe negat, uoluor, lectoq; reuoluor,
Flensq; diu lacrymis mœſtus uix expleor ullis.
Alloquor exſanguis: Quis' nam chariſsima Circe
Ad Plutonis aquas diras, Stygiasq; paludes,
Quis mihi dux curſus dabitur? quo' ue ire iubebis?
Quò non ulla unquam peruenit ab æquore nauis.
Talibus ipſa modis dea tum reſponſa parauit:
O' Laertiade, clarum genus à Ioue ſummo,
Non queras nunc ipſe ducem, non iſta fatiget
Cura ducis, celſo candentia carbaſa malo,
Pande citò lætus, ſedeasq; hinc naue recurua.
Te pelago rapient Boreæ ſpiramina mota
Flantis, teq; ferent ponto, puppimq; per undas.
Oceani poſtquam tranſmiſeris æquora naui,
Hic ubi littus aqua breuius, terramq; uidebis,
Et nemora & Stygiæ ramis loca conſita diuæ,
Arboribusq; nigris, & crebro fonte rigata.
Procerasq; alnos circum, ſterilesq; per arua
Cum cernes ſalices, deſeſſam hic fige carinam
Oceani fluctu, ſedesq; inuade patentes,

Modum deſcenſus ad inferos Circe exponit Vlyſſi.

Plutoniſq; lacus: ubi nigro flumine currunt,
Inq; Acheronta fluunt Pyriphlegethonq;, minaxq;
Cocytus, Stygiæ deductus origine lymphæ.
A` Styge promanat pars huius, & altera foſſa
Se ſcindit riuo. ſtat rupes edita iungens
Concurſus fluuiûm, quà rumpunt flumina bina,
Et ſociantur aquis, reſonantq; tonantibus undis.
Cumq; huc appuleris, tunc heros ſiſte carinam,
Effodiasq; ſcrobem iubeo, cubitoq; remenſus
In longum ducas, tantum quoq; lata feratur.
Omnibus hic fundas umbris libamina ſupplex:
Litationis modus. *Primò mellitos ſuccos, mulſumq; liqueſcens:*
Dulcia deinde ſacri feruentia uina Lyæi:
Tertia fac illis accedat & æquoris unda.
His etiam canas addens confunde farinas,
Imbellesq; umbras genibus reflexus adora,
Et uaneſcentes animas in uota uocato:
Votum. *Si liceat patrios Ithacæ repetiſſe penates,*
Te mactaturum ſterilem promitte iuuencam,
Quæcunq; excellat, quam tota armenta ſequantur.
Extructamq; pyram fructu cumulare benigno
Te uelle, æquoreæ Ithacæ Laertis in arce.
Tireſiæ fac lætus ouem cum uellere pullo
Deuoueas, quicunq; greges per paſcua uincat.
Hæc ut uota umbris feciſti littore curuo,
Ad fluuij curſus retro te uerte regreſſus,
Pallentemq; Erebum uerſus ueſtigia torque:
Lanigerumq; pecus mactes, mollemq; bidentem.
Hic aries fumet, ſed & illic fœmina nigris
Velleribus iaceat, quæ placet uictima manes.

Contra

Contra Erebum ductus retro ueſtigia præceps
Fer, procul abſcedens, donec ſub flumina greſſus
Contuleris dubios, Stygiaſq; intraris arenas,
Siſte, animas Erebo uenientum mille uidebis,
Atq; leues umbras raptorum funere quondam.
Fac ſocij ut nitido iugulatas ære bidentes,
Proſtrataſq; ſolo inuadant, & tergora nudent,
Excorientq; pecus, poſitiſq; exurere flammis
Feſtinent, Stygioq; Ioui dent ſacra, Deæq;
Perſephonæ atq; preces effundant littore toto,
Immaniq; deo, atq; tibi Proſerpina ſæua.
Tum femore ancipitem gladium tu ſtringe reductum,
Pelle leues animas, propius ſi qua ante cruorem
Accedat prohibe, reſideq; in littore ferro,
Quàm tu Dircæi quæras oracula uatis
Tireſiæ. Ille citò ueniet, qui regnat Auerno Tireſias apud inferos uates.
Augurij fama fœlix, atq; ora reſoluet.
Ille uias pelagi immenſi, curſuſq; docebit,
In patriamq; tuam reditus piſcoſa per arua,
Quaſq; leges oras uentis, quæq; æquora remis,
Vndoſaſq; uias ponti, fluctuſq; ſecabis.
Dixit, & alta thronis auro ſplendentibus inſtat,
Aurataſq; rotas effert aurora rubeſcens.
Tum dea me Circe tunicaq; & murice ueſte
Induit. aſt ſeipſam circundat cyclade cultam,
Ac uerrebat humum ſplendenti candida palla, Circes ornatus.
Quæ tota argento renitebat membra decora.
Hanc tenui lana diſcreuerat ipſa per artem,
Et præſignis acu maculas conſperſerat auri,
Zonaq; præcinxit lumbos. tota aurea luce

Illa fuit clara, qua non erat altera maior
Ornatu: roſeasq; comas prætexerat auro,
Flammeoloq; caput uelat. tum ſolus in aulam
Perq; domos ibam, ſociosq; hortabar, & ipſos
Mollibus affabar uerbis: O fida meorum
Turba precor lectos ſuauesq; relinquite ſomnos:
Non decet ulterius uos hic florere ſopore.
Ibimus ô ſocij quà iuſsit candida Circe.
Talia dicenti parent. heu dira meorum
Supplicia, incolumes nunquam deducere puppi.
Heu licuit comites. unus, qui iunior annis,
Imbellisq; armis, nec bello fortis in hoſtes,
Nec tamen ingenio ſolers, nec mente peritus,
Pectus iners fuerat, ſemper tardusq; ſopore,
Ebrius Elpenor, nec compos mentis, Iaccho
Preſſus, Circea madidus ſub ſede dearum,
Seiunctusq; alijs, dum frigus quærit opacum,
Excelſis domibus Circes in tecta recedens
Exteriora procul, ſummoq; in culmine turris
Carpebat ſomnos: ſociorum ut mane tumultus
Et ſtrepitus, ſonitumq; pedum percepit, ut amens
Ille repentè ruit, retro deſcendere ſcalis
Oblitus longis, aduerſo culmine labens
Ceruicem fregit quaſſam, neruosq; repulſos,
Vertebrasq; ſuas, quà collum ſpina coercet,
Dum cadit, & muro uiolentus figitur alto,
Intrat & infernas Acherontis flebilis undas
Vmbra. uiri reliqui poſcunt mea iuſſa, uiasq;.
His ego Phœbeiæ Circes fera dicta recludo:
O ſocij, ad patrias charæ remeare putatis,

Vlyſſes ſocios ad diſceſſum hortatur.

Elpenoris ebrii caſus.

Vlyſſes ſociis

Quæ procul eſt, Ithacæ terras, & littus amœnum? futurum ad inferos iter exponit.
Ipſa uias alias oſtendit, & altera Circe
Aequora. iam Stygias uiuos penetrare paludes,
Plutoniſq; domos, atq; illætabilis oras
Perſephones. Thebis quondam generatus in illo
Mox reſponſa loco uates canet æquore uectis
Tireſias uobis. dixi. tum corda timore
Soluuntur ſocijs, infractaq; pectora plangunt,
Oraq; ſpargebant lacrymis, præcordia luctu
Franguntur, replentq; ſacras ululatibus ædes,
Euelluntq; comas triſtes, luctuq; ſedentes
Fletibus humectant uultus. ſede flere uoluptas,
At nulla utilitas flenti. Sed ad æquora ponti
Venimus, & celerem religatam margine puppim.
Hic mœſti lacrymas certatim fundimus ore,
Donec progrediens acceßit Phaſias æquor.
En aries Circe-nauim deſertur ad altam,
Agnaq; nigra, dea quas Circe puppe ligauit,
Vecta cito greſſu, manifeſta pererrat arenas.
Nemo deos oculis inuitos cernit euntes
Huc illuc lapſu, tacitoq; per aera paſſu.

ARGVMENTVM LIB. XI.

Narrat ut ad Stygias puppi migrauerit undas
Phœbeiæ monitu Circes. reſponſa futuri
Audit Tireſiæ uatis, diſcitq; ſalutem,
Quoq; modo caſus poßit ſuperare futuros,
Atq; inferre ſuos patriæ, & Plutonis auerno
Heroas bello claros, & ſecula cana.
Hic heroinas uidet, Argolicasq; maritas.

Conuenit

Conuenit & matrem, quiq; ad ſacra Pergama bellum
Geſſerunt Danai quondam, pœnasq; querentum
Vmbrarum diſcit, queſtusq; per arua ſilentum.
Hæc ubi percepit, graditur, ſociosq; reuiſit.

ODYSSEAE LIBER XI.

Pallentes Ithacus Plutonis uenit ad umbras.

Hunc librum fere Silius Italicus de bello Punico imitatus eſt, & Virg. li. 6. Aen. & in Culice.

VT uerò ad curuas ſtantes in littore naues
Venimus, & ponti fluctus undasq; ſonantes
Contigimus greſſu: primùm deducere in æquor
A' portu puppes celeramus: & inde carina
Tendimus antennas, & lintea nauis euntis
Erecto uelo tacitis expandimus auris,
Acceptisq; ouibus puppi conſcendimus æquor.
Egredimur portus lacrymis fletuq; gementes.
Proſequitur ſurgens à puppi uentus euntes
Cærulea, comitem quem miſit ab æquore Circe
Carbaſa replentem, Circe dea candida ponti,
Gramine ſæua tamen, cui flauos aura capillos
Littore fundebat: celerem placidiſsima curſum
Præbebat Circe, ferimurq; per æquora prora.
Macrob. li. 5. ca. 6.
Nautica pontigrada depromimus arma carina,
Roſtrateq; ratis ſubitò per tranſtra ſedemus,
Perq; ſinus uentusq; gubernatorq; regebant.
Illa die tota currebat concita ponto,
Atq; leues curſu tendebant lintea uenti.
Sol ruit interea, atq; uiæ umbrabantur opacæ,
Clinoſos currus cum declinaret ab axe
Occiduam repetens undam: Oceaniq; profundi
Contigerat metas nauis per cærula uecta.

Hic

Hic ubi Cimmerij, populiq́; urbesq́; teguntur, Cimmerij.
Nubibus immerſæ, denſoq́; ſub aere cæcæ.
Terra procul longos colitur tenebroſa per agros,
Cimmerijq́; habitant inter deſerta pruinis.
Non radijs Phaeton, non hos circumſpicit igni,
Siue agit in cœlum currus ſtellantis Olympi,
Siue retro in terram ſerus delabitur aſtris,
Cum cadit occiduas axes merſurus in undas.
Peſtifera hos circum caligo ſuperuolat arua,
Hos atra nebula uideas, cæcisq́; ſub umbris.
Aeterna miſeri per campos nocte premuntur,
Tabidus his latè tenebris extenditur aer.
Huc ferimur puppi, oceaniq́; fluentis ab alto
Iuxta decurſum, iuſsisq́; allabimur oris,
In littus trahimus nauim, contisq́; mouemus.
Efferimusq́; pecus, lectasq́; ad ſacra bidentes.
Tum uerò iuxta fluctus & marginis oras
Oceani premimus celeri ueſtigia greſſu,
Dum loca tetigimus docuit quæ maxima Circe.
Hic pia ſacra ferunt Perimedes Eurylochusq́;:
Interea enſifero foſſam deducere ferro
Ab femore extracto conor, quæ tendat utrinq́;
Ad cubiti ſpacium, qua tum libamina fundo
Manibus infernis. ſed primùm pocula mulſo,
Deinde mero dulci, uiua tum deniq́; lympha,
Atq́; molas ſalſas addo fumantibus aris,
Multa orans ſupplex animas umbrasq́; ſilentum,
Quæq́; euaneſcunt uana ſimulacra figura:
Dij, ſi quando Ithacas remearo ſoſpes in oras, Vlyſſis uotum.
Mactabo ſterilem uaccam, ſic debita ſacra,

Armento

Armento eximiam totò, ſub ſede Laertis,
Repleboq́; pyras donis, tibi candide uates
Tireſia ſoli nigrantem terga bidentem,
Quæ pecora excellat uiridi paſcentia prato.
Hic poſtquam manes dono precibusq́; refuſis
Placaui ſupplex, & uota in littore feci,
In foueam iugulo balantes ritè bidentes.
Foſſa cruore fluit, nigro de uulnere ſanguis
Ater manabat. pallentes undiq; manes
Ex Erebo uolitant, quos funere merſit acerbo
Manium ex inferis occurſus.
Dira lues quondam. ueniunt iuueneśq; ſenesq́;
Inualidi, & paßi ſub longa ætate labores,
Et nymphæ infauſtæ fatis, teneræq́; puellæ,
Quas nuper luctus preßit, pectusq́; reſoluit.
Ferratis haſtis alij quoq; uulnus habebant,
Præclari bello, geſtantes tela cruenta.
Aſt alij ad foſſam magno clamore ruebant
Vndiq; turba ſtrepens aura, mihi frigidus horror
Membra quatit, gelidusq́; coit formidine ſanguis.
Tum mando ſocijs, fuerant quæ cæde bidentes
Mactatæ nuper, rapiant, & uiſcera nudent,
Torreat ut flammis ara crepitantibus ignis,
Votaq́; concipiant Dijs immortalibus ore,
Plutoni primùm forti, Stygijsq́; Deabus,
Perſephonæq́; graui, quæ torquet regna ſilentum.
Ipſe ego nuda acie uolitantibus offeror umbris,
Quam femore eduxi ſtringens, immane ſedebam.
Nec ſiui ipſe prius manes tetigiſſe cruorem,
Ac foſſam propius greſſum conferre cruentam,
Quàm mihi Tireſias doctus reſponſa dediſſet.

Prima

Prima mihi ueniens Elpenoris umbra ſubibat, Elpenoris umbra Vlyſſi
Nondum etenim terræ fuerat tumulatus arena.
Corpus apud Circes inhumatum littus amœnis
Aedibus heu lapſi gradibus nos liquimus altis,
Nec lacrymas dedimus, alio retinente labore.
Hunc ut conſpexi, lacrymis affabar obortis, Virg. de Palinuro.
Multa animo uoluens, ſortem miſeratus amici:
Elpenor, qui nam tenebras ſubmerſus in atras
In loca ueniſti pedes ocyus ipſe ſilentum,
Quàm nos cærulea facientes uela carina?
Sic ego. tum lacrymans inquit: Genus inclyte Vlyſſes,
Conſilijs Iouis, & Laertis candida proles, Elpenor Vlyſſi.
Dæmonis heu diri ſic me ſors perdidit atrox,
Immenſoq; mero uictum me ſtrauit Iacchus.
Flebilis aduerſo tecto delapſus obiui,
Præcipiti caſu murum deturbor in altum.
Namq; oblitus eram ſcalis remeare ſupinis,
Retro mouens greſſus tigno delabor ab alto,
Dum recubo madidus Circes ſopitus in arce.
Præcipitatus humo fracta ceruice, ſub undas
Mox Acheronteas deſcendi flebilis umbra.
Quod te per nuptam teſtor, ſacrumq; parentem,
Qui te florentem teneris eduxit ab annis,
Quorum animæ nondum Stygias tetigere paludes,
Sed tamen huc olim cum poſteritate ſequentur:
Telemachumq; tuum, quem ſolum littore fido
Sub patrijs tectis liquiſti, Pergama Troiæ
Cum peteres: nam ſi Plutonis tecta relinques,
Inſulam ad Aeæam puppim lentabis in undis,
Adnabiſq; reor, Circeaq; littora rades:

Tunc memor ô Ithacæ precor hic rex optime noſtri
Sis memor, & facto condas mea membra ſepulchro.
Illa nec ô nunquam indeplorata relinquas,
Ne iaceam Stygijs ceu flebilis ira peremptus,
Seiunctusq́; pijs umbris uager exul arena.
At quæcunq; mihi fuerant precor arma flagranti,
Trade rogo pariter cremando corpore flamma.
Spumantisq́; mihi monumentum margine ponti
In curua facias, ut poſſit fama minores
Remigis infauſti quondam monuiſſe ſepulchro.
Sic tumula, tumuloq́; ſuper mihi figito remum,
Quo ſocios inter uiuus tibi ſæpe laborans
Sulcaui æquōreas undas, dum remigo fluctu
Heu comes à Troia. dicenti talia fabar:
Vt petis infœlix faciam. ſic triſtia uerba
Voce ferebamus querula, iuxtaq́; cruorem
Vibrabam gladium. aſt illinc Elpenoris umbra,
Parte alia queritur triſtis, uocesq́; laceſſit.
Vlyſſis Anticleia mater. Aduolat Anticleia etiam, mœſtiſſima mater,
Funere rapta atro, & quondam genitore creata
Autolyco, hanc uiuam diſcedens littore Graiûm,
Cum peterem Troiæ mauortia Pergama, liqui.
Iamq́; uidens illam, lacrymis miſerabar obortis.
Hanc quanquam indoleo, non ſum ſuccedere paſſus
Sanguinis ad foueam, donec Dirceia uatis
Audiſſem reſponſa ſenis. qui deniq; greſſus
Attulit optatè ueniens, ſceptrumq́; ferebat
Tireſias Vlyſſi futurum iter prædicit Auratum. utq́; prior nouit, compellat: Vlyſſes,
Cur miſer heu ſuperas terras, lumenq́; relinquis
Solis? an ut cernas has illætabilis oræ

Hic

Hic triſtes animas, atq; alta ſilentia lucis?
Cede parum foueis, enſemq; reconde micantem.
Nam tibi uera loquar ſiccato ſanguine foſſæ.
Tum gladium argento ſplendentem occulto recedens,
Vaginaq; tego. pullum bibit ille cruorem,
Fatidicoq; ſonos tales tunc protulit ore:
In patriam dulces reditus, clariſsime fama
O' Ithace, exoptas. nimis aſpera fata laceſſunt
Sortem. namq; deus triſtes ſuper æquora curſus
Deſtinat, hei miſero Neptunus gurgite ſæuo
Aeſtuat indignans, nec cœpta deſinet ira.
Nec dum etiam cauſæ bilis ſæuiq; dolores
Ceſſerunt illi. manet alta mente repoſtus
Et furor, atq; iræ memores, & damna Cyclopis.
Nec furere æquoreis reor hic ceſſabit arenis.
Cyclopi iaculo terebraſti lumen acerbo,
Excæcans prolem Neptuni, fortis Vlyſſes.
Sed tamen optatum poteris contingere littus,
Et uidiſſe lares patrios poſt multa laborum
Fata, uiasq; maris, ſi arcebis fortè tuorum
Pectora, & ipſe famem poteris ſi ferre parumper.
Primò Trinacriam uenies cum puppe per undas,
Per tumidos fluctus fugiens, perq; æquora nigra.
Hic armenta boum camuro paſcentia cornu,
Balantumq; greges per lata uidebitis arua,
Titani ſacros: uidet hic deus omnia primus,
Omniaq; hic audit. teneris replentur ab herbis:
Hos ſi tu illæſos hic intactosq; relinques,
Curabisq; tuos reditus, ſociumq; ſalutem,
Poſt uarios caſus Ithacas intrabitis oras.

Sin cædas Phœbi pecudes, Soliſq; bidentes,
Pando tibi exitium, ſocijſq; & puppibus unda.
Alta ruina maris ſocios demerget in æquor.
Si tamen ipſe potes fluctus fugiſſe marinos,
Nauifragoq; ſinu, tumidoq; emergere ponto:
Serò quidem patrias uenies delatus in oras,
Afflictuſq; malis per mille pericula rerum
Amiſsis ſocijs, peregrina puppe per æquor,
Inuenieſq; procos Laertis in arce ſuperbos.
In tua damna illi rupturi regna, decuſq;,
Graſſantur tectis, & opes lacerantur auitæ,
Exoptantq; tuæ rebus connubia nuptæ,
Diuinæ fama, & præſigni dote laceſſunt.
Quos tamen ultrici ueniens tum morte domabis.
Vt uerò patria mactaris ſede furentes,
Siue dolo, ſeu tu ferro manifeſtus acuto
Fuderis infœlix turbas, tum uictor ab armis
Diſcedas, remumq; feras per rura regreſſus,
Donec ad hoc hominum genus ipſe acceſſeris a ruis,
Qui pontum ignorent, qui raptos æquore piſces,
Siue dapes ſalſas non tangant, qui neq; uictum
Aequoreis undis mixtum, pictaſq; colore
Phœnici puppes uitant, nec cærula norunt,
Nec pelagi fluctus, nec remos nauibus alas.
Ne tamen hic dubites, te lucida ſigna docebo.
Obuius ex nitidis humeris ſi quando uiator
Occurret palàm, portans & flabra ſiniſtra,
Fige habilem terra remum, tum ſplendida regi
Sacra para ſupplex, qui torquet numine pontum.
Hic mactes agnum, qui plenis grandior annis,

Et taurum ad ſacras ſternas placabilis aras,
Spumantemq́ꝫ ſues qui ſyluis duxerit aprum.
Inde domum repetens, Dijs immortalibus ipſe
Cœlicolis offer ſacratas littore ponti,
Delubrisq́ꝫ tuis hecatombas rite precatus.
Mors tamen æquoreis ueniet tibi fluctibus olim,
Hæc te optata premet molli iam blanda ſenecta,
Maturoq́ꝫ æuo claudet tua lumina lethi:
Dumq́ꝫ reges, circum populi tibi pace beata
Felices degent. hæc uera oracula pando.
Sic mihi ſic uates reddit reſponſa futuri.
O mihi Tireſia (refero) Dircææ ſacerdos, Vlyſſes Tireſiæ.
Hæc ſic nempe ſuis dixerunt currite fuſis
Fata deûm Parcæ. ſed & hæc ediſſere uates,
Cur uideo manes uana hic errare figura
Ereptæ uita genitricis, & umbra reſultat,
Effoſſam pecorum ſedet hæc prope ſanguinis atram
Hic tranquilla ſcrobem, nec uoce laceſſere natum
Suſtinet illa ſuum, aut prolis cognoſcere uultus.
Dic precor ô tandem, dic ô rex inclyte uatum,
Qua ratione ſuum poterit modò cernere natum?
Ille inquit: Tibi fabor ego, quamcunqꝫ ſilentum Tir. Vlyſſi.
Vmbrarum rubeum patieris adire cruorem,
Hæc tibi uera canet. Sed quam tamen inuidus ipſe
Depelles gladio, diſcedet ſicca retrorſum.
Rettulit, inq́ꝫ domos nigri deſcendit Auerni.
Hic ego permaneo, donec fidiſſima mater
Aduenit, heu mater triſtis, progreſſa tenebris.
Vtq́ꝫ bibit nigrum ſouea laſſata cruorem,
Sic breuiter natum lacrymis compellat obortis:

Anticlia Vlyſſi.

Cur mihi ſub denſas atra caligine fauces
Veniſti uiuus? quid ſqualida tartara luctu
Flebilis intraſti, refer ô dulciſsime nate:
Difficile eſt ulli ſuperis qui ueſcitur auris
Hæc loca uidiſſe, & Stygias innare paludes.
In medio lacus hic, immenſaq; flumina currunt,
Alueus hic triſtis undis & dira fluenta.
Oceanus primò circumfluit undiq; ſedes,
Quem nulli fixis licuit tranſmittere plantis,
Ni ualida aduentet per concita cærula puppi.
Ecquid & huc errans pelago delatus es alto
À Troia Priami? quæ cauſa indigna retardat?
An uagus æquoreas ſocijs & naue per undas
Huc ades è Phrygia, luſtris labentibus æuo?
Non dum Ithacæ intraſti portus, & littora nota?
Deſertamq; Ithacam, Laertia regna, nepotis?
Nec dum uidiſti nuptam Laertis in arce?

Vlyſſes matri

Tunc ego ſic fabar: Mater, res dura coegit
Me infernas Stygij Iouis huc penetrare paludes,
Tireſiæ extorrem petiturum oracula uatis.
Heu nondum Argolicas heu dulcis Achaidos oras,
Nec tetigi patriam noſtras ingreſſus arenas.
Febilis heu iactor ſemper per concita uentis
Aequora, & ærumnas patior, triſteſq; labores.
Heu miſerum infœlix nimium fortuna gubernat,
Et uagor huc illuc, pelagi rapiorq; procellis.
Nempe Mycenæo poſtquam mihi Pergama rege,
Et quæ paſcit equos celebres heu Troia petita eſt,
Vt ſererem pugnas, & bello Troas ouantes
Aggrederer. Sed qua te morte peremit amara,

Parca

Parca ferox? nunquid longo ſub tempore morbus
Te domuit uictam? an pharetrata Diana ſagitta
Occidit miſeram, teliſq; inuaſit acerbis?
Dic mihi, quid pater, & quid noſtra, datura nepotes,
Deſerta heu proles, quid agant: num gloria noſtra
Durat apud noſtros? nomen' ne honorq; manebant
Hos inter noſter? num rex nouus illa gubernat
Regna Ithacæ, & ſceptrum, ſedeſq; inuaſit auitas?
Qua manſere fide populi? an periiſſe putarunt?
Dic animum caſtum, dic nuptæ coniugis aſtus.
Quo fuit hæc animo? an nati communis amore
Semper apud puerum durat, ſedeſq; tuetur,
Atq; arces noſtras, aliis' ne adiuncta maritis?
Iam' ne aliquis duxit princeps per Achaica rura?
Legitimos' ne thoros deſtruxit? candida mater
Anticlia, iterum rupit de pectore uocem:
Ardet in antiquo coniunx tibi ſemper amore, Mater reſpondet.
Et tolerat caſus, Ithacam deflenda per arcem,
Nocte dieq; illi lacrymantis corpora mœſta,
Mœſta terunt curæ uigiles, ærumnaq; triſtis,
Nullus adhuc regno patrio' ue potitur honore.
Sceptra tibi perſtant tuto, populiq; uerentur
Telemachum, colitur regno. conuiuia menſis
Perpetuis celebrat patriæ regnator in arce.
Vt decet & fas eſt, iuſtè dominatur, & illum
Sic regem ergo uocant æquum, regemq; ſalutant.
Sed pater ille tuus frondoſo durat in agro,
Vrbem non unquam repetit, nec mœnia curat.
Nec premit ille thoros, thalamoq; exutus in agro
Perſtat, & inſigni tegetem præferre cubili

uu 3 Optat,

Optat, & haud ueſtes recipit, nitidosq́; tapetas,
Inq́; ſuas curas patet area lata, doletq́;.
Frigida cum niuibus canis tegit omnia bruma,
Triſtis apud ſeruos inter ſplendentia flammis
Lumina decumbit, cinerisq́; ibi pronus aceruo
Sæpe cubat mœſtus, ſqualent & corpora ueſtes.
Vtq́; æſtas reparat ramos, autumnus honores,
Vitiferosq́; effert flores, in gramine lectos
Ponit ubiq; ſuos, præbentq́; cubilia frondes:
Quaq́; iacent folia, hic per terram ſtratus arena,
Vitiferoq́; ſolo lugens deducere ſomnos
Suſtinet uſq; ſuos. tenuantur corpora curis,
Lugendoq́; tuos caſus, ſortemq́; per undas,
Contigit infœlix iam curuæ fata ſenectæ:
Sic quoq; ſic perij mater, conſumpta dolore:
Sic defuncta fui, ſic cernor flebilis umbra.
Nec me confixit telis formoſa Diana,
Quæ ſemper celeres iaculatur diua ſagittas,
Nec me luctifici rapuit dolor acer, atroxq́;
Morbi pernicies, quæ membris tabe feroci
Sæpe animam traxit, non labes illa peremit.
Triſte tui deſiderium, curæq́; gementis,
Et tua me uirtus & blanda modeſtia uicit,
Effuditq́; animam dulcem, rapuitq́; tenebris.
Hæc ubi dicta dedit, lacrymantem, & multa uolentem
Dicere, deſeruit, tenuesq́; receſſit in auras.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter quoq; ſuſtinui fugientem attingere matrem,
Defunctæq́; umbram genitricis prendere dextra.
Ter fruſtra comprenſa manus effugit imago,

Par umbris

Par umbris leuibus, uolucriq; ſimillima ſomno.
Tum dolor in noſtro ſe pectore concitat altus,
Et magis ille urget: cedentemq; alloquor umbram:
Cur fugis heu natum captantem corpora mater, Vlyſſes matris umbræ fugienti.
Cur non expectas fidam chariſsima prolem?
Vt iunctis dextris etiam Plutonis ad undas
Horrifico pariter ſatiemus pectora luctu.
An' ne tui oſtentat uanis ſimulacra figuris
Perſephonea mihi, & uanos ſine corpore uultus,
Vt grauius triſti moueat ſuſpiria menti?
Sic ego. tum mater: Non te regina feſellit Mater Vlyſſi.
Perſephonea, inquit, proles infauſta parentum.
Scilicet hæc lex eſt hominum, cum funere merſi
Oppetiere, uacant neruis atq; oſsibus umbræ,
Carneq; concreta, fibriſq; calentibus, atq;
Crinibus emiſsis, domuit quæ flamma rogorum,
Et uis ignis edax ardentis, ut oſſa reliquit
Spiritus ablatus, ceu ſomnus imagine ductus
Libera connexu & membris circumuolat umbra.
Ergo fuge à Stygijs lucis pallentis Auerni
Ad ſuperas auras, ſuperiq; ad lumen Olympi:
Coniugioq; tuo memora quæ diſcis ad undas
Lethæas Erebi, nigraſq; Acherontis arenas.
Hæc ita dum famur, celeri denſa agmina curſu
Fœminea accedunt, Stygijs quæ concitat aruis
Perſephone celebris coniunx Plutonia. nuptæ
Heroum claræ, nataeq; heroibus altis, Heroides Vlyſſi occurrunt.
Ad foueam nigro ſpumante cruore ruebant,
Denſatæ circum. uaria hic ſententia ſurgit.
Talia uoluenti, & meditanti quærere cuncta,

Diuido dumq; animum, potior meditatio uiſa eſt.
Ab femore eripio gladium mucrone coruſcum,
Nec ſiui fuſum cunctas potare cruorem:
Ordine quæq; ſuum poto genus inde cruore
Narrat, at ipſe omnes quærebam uoce reſiſtens.
Tyro. Principiò hic uidi Tyro, quæ candida patre
Floruit inſigni forma, de rege creata
Salmoneio olim fuerat, ſed crimine nota.
Se ſponſo quondam Creteo nempe ferebat
Aeolidæ nuptam: ſed amauit Enipea Tyro,
Qui fluuiorum unus longè pulcherrimus orbe
Serpit aquis terra, uertuntur amœna fluenta
In te ô Enipeu, recipisq; errantia fluctu.
Hunc ſæpe illa quidem greſſus referebat ad amnem.
Huc ingreſſus erat quatiens Neptunus arenas,
Inq; dei formam ſe mutat arundine tecti,
Atq; inijt ſomnos ripa ſopitus in alta
Fluminis undiſoni, quod uortice labitur acto,
Hoſtia quà ponto ſeducunt gurgite rapta:
Purpureæq; undæ circundant flumine nympham
Mortalem, atq; deum iunctos, curuamine miro.
Inſtar montis erant lymphæ, complexus amantem
Neptuni cũ Tyro congreſſus. Comprimit infuſo ſomno, zonamq; reſoluit
Virgineam: & molli laſciuus luſit amore,
Vtq; cupidineas extinxit amante fauillas,
Exclamat lætus, dextramq; amplexus inhæſit:
Salue uirgo deûm, nymphe pulcherrima ſalue,
Salue amor ô noſter, noſtro læteris amore,
Mox Tyro mater, ſobolem paritura puella.
Præclaram fama: neq; enim ſine laude deorum
Concubitus

Concubitus uani:quare hanc ſit cura per artes
Erudiſſe tibi, & tepidis nutriſſe ſub antris.
Iamq; uale, hos noſtros tacitura cupidinis ignes,
Et petitura domos patrias, & regia tecta.
Ipſe ego cæruleo moderor freta ſæua tridente,
Sum quaſſator humi, Neptunus ſceptriger alto.
Dixerat, inq; nigras ſe ſubdidit æquoris undas.
Prægnans illa dedit Pelian & Nelea partu,
Qui fortes famuli Iouis inclyta iuſſa faceſſunt. Pelias. Neleus.
Mox tenuit Pelias campis Iaolcen amœnis,
Aemoniasq; urbes, pecorum ditißimus agris.
Fortis arenoſam Neleus Pylon occupat. illa
Iam regina alios Creteo maxima natos,
Aeſona dat celebrem, & præclarum marte Phereten, Aeſon Pheretes.
Quiq; domabat equos celeres Amithaona curru. Amithaon.
Vidi hic Antiopen Aeſopo flumine natam, Antiope.
Se Iouis amplexu quondam cubuiſſe ferebat.
Hæc peperit Zethum, mollemq; Amphiona cantu. Zethus. Amphion.
Vrbis Dirceæ poſuere exordia primi,
Thebarumq; domos, & ſeptem mœnia portis.
Hinc altas turres fecerunt. namq; ſine illis
Immenſas Thebas defendere marte nequibant,
Quanquam præſtantes bello pugnaq; ualebant.
Hic etiam Alcmenam uidi, quæ regia nupta Alcmena.
Amphitryonis erat: ſed iniuit adultera lectum,
Concubituſq; Iouis quondam, amplexuſq; petiuit.
Edidit Alciden, quo non audacior alter,
Inſtar erat uires rapidi pectuſq; leonis.
Tum Megaram aſpexi, magno Creonte creatam: Megara.
Indomitus ſemper duxit Tirynthius illam,

Amphitryone ſatus, uires immanior heros.
Epicaſta, ab Euripide & Sophocle Ioeaſta dicta. *Hic matrem Oedipodæ formoſam quondam Epicaſtã:*
Illa nefas ingens auſa eſt, auſoq; potita,
Quanquam ignara mali, mentemq; innoxia mater,
Nupta ſuo nato. ſcelus hæc admiſit, at ille
Occidit patrem, matriſq; cubilia ſcandens,
Inceſtaſq; faces, inconceſſoſq; Hymenæos
Heu petijt dirus, triſti genitricis amore.
Non audita prius ſæui ſic ſæpe dedere,
Et ſcelerata audere dei mortalibus ipſis.
Oedipus. *Ille tamen Thebis, quæ claret amabilis aruis,*
Vrbs Tyrijs ſeptem portis extructa colonis,
Cadmeis quondam regnauit cæde tyrannus.
At cum iam pœnas depoſceret ira deorum,
Poſt curas animi triſtes, diroſq; labores,
Deſcendit Stygias mater demerſa paludes,
Et ualidi portas Plutonis adiuit acerbas
Suſpenſa excelſo laqueo palatia iuxta,
Et nodum informis læti trabe nexit ab alta,
Victa dolore: uiro liquit poſt fata labores,
Inceſtamq; domum, furiaſq;, & multa malorum
Agmina, & heu luctus alios, quos matris Erinnyes,
Chloris Nelei uxor. *Pro ſcelere heu reddunt. mox cerno Chlorin amatam,*
Quæ quondam Nelei ceſſit noua nupta marito,
Inſignis uultu, multi petiere procorum.
Obſtupuit forma Neleus, & captus amore,
Mille quidem dotes tribuens exarſit in illam.
Natarum Iaſida quondam ex Amphione rege
Iunior, & uirgo longè pulcherrima Chloris,
Chloris nupta tibi Neleu Minyeia regna
Orchomeno Neleus tenuit, rex inclytus armis,

Regnauitq;

Regnauitq́; Pylo, maior propagine nuptæ,
Cui Chloris peperit clariſſima pignora lecti.
Namq; Periclymenon, Chromiũq;, & Neſtora regem Periclymenus.
Illa tullit partu: celebrem quoq; germine Pero, Chromius.
Quam Dij mirantur, quam tot petiere procorum. Neſtor. Pero.
Finitimi circum iuuenes, ſpectabile formæ
Corpus amant Nymphæ. Sed nulli iungere Neleus
Optabat genero, niſi qui Phylaceia per arua
Iphicli armentum, & geſtantes cornua flexa Iphiclus, eiuſq; boues.
Fronte boues lata rapuiſſet rure per herbas,
Quas Iphiclus agris ualido cuſtode tenebat.
Suſtinuit ſolus magno conamine uates,
Claruit augurijs latè per Achaidas urbes,
Abſtraxiſſe boues Phylace: fata aſpera uatem
Implicuere tamen. ſylueſtribus ille colonis
Stringitur heu captus, & ſenſit uincula collo
Dira ſuo inſidijs. tandem labentibus horis,
Menſeq́; bis ſeno cum circumuoluitur annus
Soluerat Iphiclus uatem: Phœbeius aruſpex
Voce futura canit, durum ſic commouet hoſtem:
Sic Iouis excelſi, ſic mitia fata uolebant.
Tunc & Tyndarei Ledam uidiſſe Laconis Leda.
Coniugium iuuit, forti quoq; prole parentem:
Ceſtibus inſignem Pollucem, & Caſtora curſu Caſtor & Pollux.
Quadrupedantis equi peperit, quos terra benigna
Continet aſsiduò uiuos, & laudibus auget.
His quoq; ſub terra decus immortale deorum,
A` Ioue præbetur. ſpirant uice, morteq́; cedunt.
Iamq́; ſolo uiuunt alterni, iamq́; renaſci
His datur, atq; mori iam rurſus lege uiciſsim
Alterna, tamen his honor eſt æternus & æquus

Cœli

Cœlicolis partus: uiuit per ſecula uirtus.
Poſt & Aloei conſortem deniq; ſæui
Iphimedea Aloidum mater. Iphimedean ibi cerno. ſe mœſta ferebat
Conſeruiſſe femur Neptuno, & molle cubile
Aſcendiſſe dei quondam, nixamq; gemellos:
Otus et Ephialtes. Pugnantemq; deis Oton, clarumq; Ephialten,
Quamuis ante diem Stygias iuere per undas.
Hos terra æquantes nutriuit corpore pinos
Immani. quis non unquam procerior alter
Orion. Induit arma, excepto uno tamen Orione
Præclaro canibus: uires mirata Diana eſt.
Vtq; nouem ætatis feciſſent meßibus annos,
Exuperant cubitos tunc illis lata per arua
Membra nouem, totidem uincebat iugera celſum
Corpus in immenſem creſcens, cœloq; minati
Terrigenæ quondam Phlegræis impia caſtris
Tentauere, nefas, olim detrudere diuos,
Gigantomachia. Bellaq; mouerunt fratres horrenda tumultu,
Impetibusq; deis affectant condere leges,
Captiuiq; Iouis regnum transferre Gigantes,
Aggreßi excelſo ſimul Oſſam ponere Olympo,
Vmbriferum atq; altæ ſuperaddere Pelion Oſſæ,
Pelion arboribus denſum atq; horrentibus umbris.
Vt uia per cœlum foret, & ſuper æthera greſſus
Tendere, & umbriferas poſſent tranſcendere nubes.
Sic geritur magnis ad prælia montibus agger.
Pelion oſſa gerit, ſummus fert Oſſan Olympus.
Facta peregiſſent, modò ſi robuſtior ætas,
Et maturæ illis uires æuumq; fuiſſet.
Sed Iouis ætherei proles Latous Apollo,

Quem

Quem peperit flauis celebris Latona capillis,
Ambos deiecit, transfixos membra ſagittis.
Nec dum ſpargebant teneras lanugine malas,
Siue genas denſas atq; ora intonſa iuuenta
Pingebant uiridi lana florentibus annis.
His Phedram, Procrinq; locis, nitidamq; Ariadnem, Phedra. Procris. Ariadne.
Minoos natam, quem tum fortuna premebat.
Hanc olim rapuit Creteo littore Theſeus.
Hanc quoq; Cecropias fuerat laturus Athenas,
Nec tamen eſt Theſeus hoc ipſe potitus amore,
Nam prius hanc celeri fixit Diana ſagitta,
Hic ubi ſacra iugis Baccheis Naxos ab undis
Cingitur, & claudit Baccho circumfluus humor.
Hic Meram, Clymenemq; ſimul, mœſtamq; Eriphylē Mera. Clymene. Eriphyle.
Aurea pro rapto captantem dona marito.
Sed tamen haud unquam cunctas narraro puellas
Heroum natas, nuptasq; heroibus olim,
Quas uidi Stygias præſens Acherontis ad undas:
Ambroſia ante nigris nox hic uaneſceret umbris.
Hora uocat, ſuadent labentia ſidera ſomnos.
Iamq; ibo ad celeres naues, ſociosq; reuiſam:
Aut hic iam potius laxabo membra ſopore.
Ducendæ puppis ueſtra eſt & cura deorum.
Vos dabitis remos, ſed diui flamina ponto.
Sic ait, & cuncti tenuere ſilentia linguis,
Vmbriſtraq; aula faciebant gaudia læti.
Tum ſic alta humeros niueos regina profatur:
Ecquid in hoc ciues Phæaces regia uirtus Arete Vlyſſi.
Emicuit? quæ forma uiri, quàm pectus abundans
Eloquio, & ſolidis præſtantia corpora membris?

Quanta

Quanta ſtatura uiri?meus eſt hic hoſpes:at ipſi
Nunc quoniam dignos illi debetis honores,
Ne tamen hunc celeri nimium deducere pompa
Feſtinetis,ait,nec regia dona negetis,
Dum petit & fas eſt.Sunt uobis illa ſub altis
Multa quidem tectis,& opes uirtute deorum.
Tum ſenior fari Phæacum maximus æuo
Incipit in medio ſurgens Echeneius heros:

Echeneius heros.

O' ſocij,non hæc fatur ſine mente deorum,
Quæ ſuadet ſapiens uobis regina,monetq́;.
Vos ſaltem parete precor.nam gloria regis
Hæc erit Alcinoi,munusq́; & fama ſuperſtes.
Pertinet ad regem,puppi deducere reges.
Tum ſic Alcinous,ſolio ſic inſit ab alto:

Alcinous Vlyſſi.

Tam rata iuſſa uolo,quæ iam regina recepit,
Quàm teneo ſceptrum,et Phæacibus impero ſceptro,
Dum uiuo & ſuperumueſcor uitalibus auris,
Quis ſtudium incumbit lentare in gurgite remos,
Et ſulcare fretum naui:tuq́; optime regum,
Hoc deſiderium precor ô nunc differ Vlyſſes.
Quanquam feſtinas,reditusq́; in patria rura
Exoptas dudum:parua eſt mora,craſtina lucem
Donec uecta ſuis ferat huc Aurora quadrigis.
Ergo mane donec ſtipentur dona carinis,
Curabunt ſocij claſſem,& quæ maxima cura
Incumbit regi,tibi largiar omnia ſolus,
Cuius in immenſum pro uita potentia regnat
Phæacum populis.cui ſic ingreſſus Vlyſſes:

Vlyſſes Alcinoo.

O' rex Alcinoe,ô cunctorum maxime regum,
Iuſſeris ipſe licet totum traxiſſe per annum

Arce

Arce moras, equidem ueſtra rex arce manebo.
Si ſocios addes digreſſu & dona ſupremo
Splendida, & hoc uellem, maiorq; ea fama futura eſt,
Vtiliorq; uſus, patrias ſi ducar in oras,
Tot comitatus ego ſocijs, maioreq; turba
Clarior hinc fierem populus, & gratior ipſe,
Qui me tot ducibus redeuntem ad littora noſtra,
Inq; Ithacæ terram ſpectarent claſſe reuectum.
Tum ſic Alcinous contrà reſpondit· Vlyſſe, Alcinous Vlyſsi.
Haud equidem uanas meditanti pectore fraudes,
Mendaci'ue uiro ſimilem te ducimus aula,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus
" *Nigra ſolo, uarias paſcens in margine gentes:*
" *Qui uano nati tractu mendacia ſpargunt,*
" *Atq; dolos nectunt, quales non uiderit ullus,*
" *Vnde cauere ſibi poterat: tibi picta figuris*
" *Eloquij manat uox, & facundia Graiûm*
In te floreſcit. uarium ſapientia pectus
Excolit, ut læto promanans flumine & oris
Exuberans cultu. narraſti littore Graios
Iliaco cunctos, qui bellum Pergama circum
Fecerunt quondam, curasq; per æquora triſtes,
Atq; tuos caſus memoraſti, & fata per undas
Aſpera, ut Aonidum uates pia fama ſororum.
Dic mihi, num celebres uidiſti ad tartara manes
Heroum quondam, & ſocios qui claſſe per æquor
Auecti tecum Phœbeia ad mœnia Troiæ
Iliaco oppetiere ſolo, & per uulnera mortem
Inſignes armis Phrygia petiere caduci.
Nox iam longa uenit, tardis mora noctibus obſtat

Nunc prolixa nimis, ſero nam maxima curru
Metitur cœlum, nec dum ſeſe hora quietis
Euexit: narres quæ ſunt miranda per umbras,
Præbebo uacuas aures, narrantis & ore
Pendebo, donec ſacris Aurora quadrigis
Producat lucem. uarios dum gurgite curſus
Fataq; narraris, curasq;, & corde dolores,
Totq; tuos caſus, & tot diſcrimina rerum.

Vlyſſes Alcinoo.

Huic Laertiades ait: O clariſſime regum,
Dulci ſunt ſomno, ſunt & ſua tempora dictis.
» Hora data eſt etiam, uaria contendere uoce
» In multam noctem. triſtes ſi audire labores
Eſt amor, & noſtros adeò cognoſcere caſus,
Haud equidem inuideo, quæq; ipſe miſerrima uidi
Fata uirûm bello, & ſociorum heu dira meorum
Supplicia, & mortem, qui Troiæ mœnibus altis
Occubuere olim, & poſt Pergama capta Pelaſgis
Heu periere mari, quiq; hinc poſt Troïa bella
Euaſere duces, luctusq; horrendaq; tela:
Vt rediere domum, ſubiere in limine mortem
Fœminea fraude. & ſubmerſi funere triſti
Heu dira à nupta, & ſcelerata coniuge regis.

Pergit Vlyſſes reliqua quæ apud inferos uiderit, exponere. Agamemnonis umbra.

Aſt ubi fœmineas animas Proſerpina caſta
Diſpulit, inq; ſuas tenebras raptauit abactas,
Flebilis Atridæ ueniens Agamemnonis umbra
Aduolat, hanc aliæ denſo comitantur Auerni
Agmine, qui quondam crudeli funere rapti
Occubuere domo Aegiſthi per uulnera, fata
Heu nece tam turpi paſſi. ut bibit ore cruorem
Hic auido nigrum, ſubitò me nouit Vlyſſem,

Demiſit

Demiſit lacrymas, & fletibus ora rigauit,
Acriter heu ſtillans guttas ceu flumine largo.
Extenditq; manus, cupidusq; prehendere geſtit,
Amplexusq; dare, aut collo dare brachia circum.
Non illi corpus fuerat, non uiribus ille
Firmus erat, non ut quondam ſua membra uigore.
Hunc ego tum lacrymans uideo, miſeratus euntem,
Lugebamq; illo, dulciq; affabar amore:
Atrida ô ingens fama, ô clariſſime regum, Vlyſſes Agamemnoni.
Quæ te fata deûm, quæ te mors horrida luctu
Aſperaq; edomuit ferro? an Neptunus in undis
Submerſit puppes, teq; alto gurgite uicit
Erumpens diris uentis, pelagiq; procellis,
Dum magnis turbat ſæuus freta concita uentis?
An te ſtrauerunt agris hoſtiliter armis,
Cæde uiri inſani populantem armenta per arua.
Læta boum ferro, & balantes gramine pingui
Enſe greges? an dum pugnans quatis oppida bello,
Expugnasq; urbes, aut miſces prælia ferro,
Pro Nymphis certans? tum flens reſpondit Atrida:
O Laertiade, clarum genus à Ioue ſummo, Agamemnonis interitus.
Cuius conſilijs iacuerunt Pergama Troiæ:
Non me naue ferus domuit Neptunus Vlyſſes,
Nulla procelloſis merſerunt æquora uentis,
Non hoſtes ulli ſtrauerunt corpora campis:
Perfidus Aegiſthus, ſæua cum coniuge, letho
Me dedit, inſidias & ſtruxit flebile fatum.
Intra tecta uocat redeuntem littore, dirus,
Ac cœnam reparat lautam, conuiuia læta:
Hic epulas inter alacres me fudit inermem,

Ceu qui ſacra parat iuxta præſepia taurum
Mactat. ego ſic ſum miſeranda clade peremptus:
Mox alij circum ſocij mactantur inermes,
Non ſecus atq; ſues iugulantur dente feroce,
Cum uocat aut feſtum, aut regis ſolennia ſacra,
Atq; ingens epulum & tædis dapibusq; Hymenæus.
Tu quoq; tu nimium luxiſſes ſtrage meorum.
Tincta tepebat humus cæſorum ſanguine fuſo.
Hæc ſi uidiſſes, maduiſſes fletibus ora:
Quanquam multorum ſtrages per prælia crebra
Expertus toties, qui cæſi marte cruento,
Aut forti in pugna ceciderunt morte perempti:
Hæc ſi ſpectaſſes, etiam miſeranda putaſſes.
Hic epulas inter, menſasq; & pocula plena
Cæde iacebamus intra palatia regum.
Tota fluebat humus fumante cruore per aulam.
Caſſandræ cædes. Tum Priami natæ miſerandam, Acherontis ad umbras
Iam migraturus, Caſſandræ his auribus hauſi
Triſtis ego uocem, crudeli funere merſæ:
Quam prope me ſtrauit tum Clytæmneſtra peroſa,
Inſidijs pellax mulier, ſcelerumq; miniſtra:
Hei mihi, tum cœli duplices ad ſidera palmas
Stratus humi tendo, ſuper ipſum deniq; ferrum
Palpito iam moriens: funeſtaq; fugit inermem
Sæua canum auertens morienti lumina coniunx.
Non premere hæc oculos manibus, nō claudere fauces
Suſtinuit noſtras, Stygias tendentis ad undas.
» Vſq; adeò nihil eſt, quàm fallax fœmina, peius:
» Et nihil eſt illa quicquam crudelius uſquam,
» Quæcunq; auſa nefas uerſat ſub pectore fraudes,

Et ſcelus

Et ſcelus exquirit, infandaq; facta ſequuta eſt, "
Qualis & iſta fuit, iuueni quæ ſæua marito,
Qui primos illi thalami ſacrauit amores,
Auſa nefas dirum cædem eſt meditata ferocem.
Certè ego gaudebam patrios repetiſſe penates,
Meq; pijs natis gratum, famuliſq; putabam
Venturum quondam. uerùm heu quàm triſtia fatis
Egregia hæc coniunx molita eſt facta per arcem.
Intulit illa ſibi longum nuptiſq; futuris
Dedecus: heu ſemper mulierum infamia triſtis, " Clytæmneſtræ infamia.
Quæ molles luxu, flammaq; Cupidinis ardent "
Fœminea, inq; alijs liceat ſint rebus honeſtæ: "
Sed Venus audaci ſceleratas fecit amore. "
Sic ait. aſt illi rurſus ſic ordior ipſe:
Heu genus Atridûm, quàm ſemper Iuppiter altus Vlyſſes Agamemnoni.
Nuptarum exoſus horrenda fraude, doliſq;
Fœmineis agitat fato crudeliter urgens,
Terribilemq; necem Pelopis ſubijſſe nepotes
Compulit. en Helenæ cauſa tot funera Troiæ
Iliacis campis indeplorata iacebant,
Et nos extincti tot perdita corpora Graiûm
Mille locis paßim ſæuo proſternimur enſe,
Abſentiq; tibi procul hinc infanda Mycenis
Inſidias ſtruxit, ſcelerata nepotibus ipſa
Fraude Clytæmneſtra infligens Nymphiſq; futuris
Dedecus, inde iaces Atridæ coniuge cæſus.
Sic ego. ſic iterum eſt Atrides ore loquutus:
Heu nihil eſt uanis fas quenquam fidere nuptis. "
Nulla fides illis, infidum fœmina nomen. "
Nec nimium uxori mollis, nec amabilis ulli "

Eſto: ſed in primis illi memorare caueto «
Mulierib. nõ habenda fides. *Arcanas uoces,& quæ celaſſe uolebas,* «
Conſiliumq́; tuum,non illis omnia fari «
Vtile. Sunt quædam conſorti ſortè cubilis «
Enarranda: tamen longè ſunt plura tacenda. «
At non è nupta tibi fatum pendet Vlyſſes,
Et uitæ inſidiæ: longè eſt prudentior una
Conſilijs,una eſt ſpecimen uirtutis auitæ,
Penelopes laus. *Icarij proles,nuptarum gloria prima*
Penelope,cuius replet ſapientia terras.
Liquimus hanc olim,cum primùm littore puppes
Soluimus,& bello ſub celſæ Pergama Troiæ,
Irruimus. puer huic pendebat ab ubere natus,
Qui nunc fortè inter iuuenes uerſatur in arce,
Ac numerum replet comitum. quàm prole beatus,
Et fœlix genitor, quàm lætior ore uidebis,
Dulcis amor ſobolis delatus puppe per æquor.
Ille patrem excipiet, ceu fas amplexibus arctans,
Me miſerum heu coniunx nec ſiuit prole nefanda
Vel ſatiari oculis ſaltem, natumq́; uidere,
Et mentem expleri. tunica prius illa maritum,
Heu crudele nefas, indutum traijcit enſe,
Demittitq́; neci. quare hæc mea figito dicta.
Te moneo, puppim patriæ telluris arenis
Clàm potius ſiſtas, nec apertis hoſtia uelis
Ingrediaris aqua: nunquam mulieribus uſquam «
Tuta fides. equidem uarium & mutabile ſemper «
Fœmina. iamq́; mihi precor hæc ediſſere uera, «
Oreſtes. *Audiſti ne ubi natus uerſetur Oreſtes?*
Viuit adhuc æuum, Orchomeno' ne, Pylo' ne

Degit?

Degit? ubi ſpirat? ſuperat' ne & ueſcitur aura,
Hic ubi Neſtoreas condenſat littus arenas?
An' ne apud fratrem lata Lacedæmone charum?
Nondum etenim oppetijt terra mihi dius Oreſtes,
Vt credo, nec adhuc Stygias deſcendit ad undas.
Sic memorat lacrymans. quem ſic compello ſequutus:
Neſcio, ſed tu me quid talia quæris Atrida? Vlyſſes Agamemnoni.
Turpe eſt uana mihi coram te dicere: certi
Nil memorare queo, ſuperet' ne, an occubet umbris.
Talia dum loquimur mœſti, lacrymisq; profuſis
Hic ſtamus triſtes, Pelidæ uenit Achillus
Vmbra, Mencœtiadesq; unà Patroclus, & ipſe Achilles.
Egregio Antilochus uultu, & Telamonius Aiax, Patroclus. Antilochus.
Heros inſignis bello: quo pulchrior alter, Aiax.
Et formam eximiam, & præſtantia membra decore,
Argolicos inter Danaos & Achaica caſtra
Non fuit, excepto Pelidæ corpore Achillis.
Me prior Aeacidæ, qui quondam tendere curſus
Præclarus ualuit pedibus, cognouerat umbra.
Tum breuiter fatur: Cur huc deſcendis Vlyſſes, Achillis anima Vlyſſi.
A' Ioue nata deo? cuius ſapientia claret.
Dic agè, dic proles quondam Laerte creata,
Quid miſer hic ardes tantum ſubijſſe laborem?
Infœlix Stygias audes innare paludes?
Hic ubi uanæ habitant umbræ, & ſimulacra ſtrepentũ
Atq; hominum manes, & inania corpora lucis,
Afflictæq; animæ, uulgusq; ignobile ſenſu.
Tunc ego: Pelide, bello rex optime Graiûm, Vlyſſes Achilli.
Veni ut Tireſiam quæram, curſusq; per undas
Atq; uias doceat, rèpetam quà rura Zacynthi,

Saxoſamq; Ithacam patriæ, portusq; Pelaſgos.
Namq; oras nondum Graias, & Achaica tecta
Contigimus, nec dum patrias ingreſſus arenas:
Huc illuc iactor per tot diſcrimina rerum,
Per uarios caſus, per fluctus inſcius erro.
Tu tamen ô fœlix, te nemo beatior olim
Floruerat, nec te uiuet felicior ullus.
Iliacis campis uiuo tibi uicerat Hellas,
Te quoq; uiuentem Danai ornabamus honore,
Aequalemq; deis cultu rebamur Achiui:
Imperiumq; tibi dedimus, ſceptrumq; Pelaſgûm.
Nunc quoq; poſt cineres medijs dominaris in umbris,
Sic quoq; poſt mortem ſupremaq; funera fœlix,
Triſtitiaq; uacas, Lethæa fluenta pererrans.
Tum ſic reſpondens contrà eſt affatur Achilles:
Achilles Vlyſſi. Ne mihi, ne memora mortem clariſsime Vlyſſes.
Ruſticus ipſe equidem malim ſeruire per agros, "
A quo uel tenui fierem mercede beatus, "
Atq; humiles habitare caſas, & pauperis arua "
Vertere, cui ſemper fructus ſeges ægra negaret, "
Quàm regere hic cũctas animas, umbrasq; ſilentũ, "
Defunctosq; inter regnare potenter Auerno. "
Dic agè ubi proles noſtra eſt clariſsima, fare,
Militiam'ne fuit Troiæ cum marte ſequutus,
Pugnauit'ne manu fortis, an & impiger haſta
Natus, an imbellis fugit per martia tela?
Quid Peleus pater egregius, ſi uenit ad aures
Fama ſui, an regno, & potitur regnantis honore,
Myrmidonas'ne ſenex populos urbesq; gubernat?
Ecquid per Phthiam, perq; Hellada ſpretus honore
Priuatur?

Priuatur? quoniam tarda iacet ille ſenecta
Torpet & imbellis, curuuſq; manuſq; pedeſq;?
O' utinam uiuo mihi priſtina membra uigerent,
Aſſererem patriæ regnum, ſceptrumq; parentis.
At non talis ego ſuperis defenſor in oris
Quas ſol illuſtret radijs, iam ſpiro ſuperſtes:
Qualis eram Troiæ quondam ſub mœnibus altis,
Cum ſtraui letho Troas populoſq; rebelles,
Auxilio Graijs ueniens. ô ſi quoq; talis,
Exiguaq; mora ſaltem, Peneia tecta
Armis ingrederer chari genitoris & oras,
Augerem uires, dextramq; per arma potentem,
Inuictaſq; manus præberem uictor in hoſtes,
Qui uiolant regnum patrium, ſceptroq; coercent
Deiectum. Nihil ô (dixi) fortiſſime Achilles, Vlyſſes Achilli.
De genitore tuo noſtras peruenit ad aures.
Sed tamen ipſe tuo de nato plura docebo,
Vtq; iubes dicam. Iuuenem per marmora puppi
Cana Neoptolemum ad Mauortia Pergama Troiæ,
In Graias acies bellantes mœnia circum
Ex Scyro uexi, dicendi primus in arte
Ille erat, eloquij nulli quoq; laude ſecundus: Pyrrhi Neoptolemi laus.
Impar huius erat Graijs facundia cunctis.
Ipſe ſacer Neſtor tantum certare loquendo,
Atq; ego, cum nato ſoli poteramus, Achille:
Vſq; adeò fandi Pyrrhus præcelluit ore.
At cum nos Troiæ pugnantes mœnia circum
Bella gerebamus Graij, non ille uirorum
Inter uulgus erat ſegnis, cœtu ue manebat:
Sed longè excellens membris & uiribus unus,

Hinc procul in pugnas,hinc procurrebat in arma.
Nulli cedebat ferro, multosq; trucidans
Hoſtili in pugna congreſſus comminus armis.
Sæpe ille ante aciem medium moriturus in agmen
Ibat, & aduerſos ſub marte ruebat in hoſtes.
Funera mille manu faciebat uictor in aruis.
Non equidem fando, tibi ego narrauero quantas
Ediderit ſtrages, quot Troas fuderit enſe.
Eurypylus. *O qualem Eurypylum, quantumq; heroa ſub armis*
Telephidem letho miſit,tunc agmina circum
Cumq; illo ſocios multos, quos Myſia diues
Miſerat in bellum Nympharum propter amores,
Et Veneris donum, & muliebria munera cæſos
Proſtrauit campis: fixitq; inſigne trophæum
Telephidæ, quo non unquam mihi pulchrior alter
Spectatus fuerat,Troiana nec induit arma
Altior, excepto Auroræ Memnone nato.
Cumq; in equum armati tacitis conſcendimus aruis,
Fecerat hunc Troiæ exitium fabricator Epeus,
Clamat, Io latebras frangas, atq; antra recludas
Huius equi, inq; latus molem citus ipſe reclines.
Hic alij reges Danaûm tremuere pauentes,
Hicq; duces belli lacrymantia fletibus ora
Abſterſere manu tacita, & genua alta tremebant.
At non ipſe tuum uidi palleſcere natum
Eximijs quicquam membris,ſeu lumina circum
Pallore inuerti, lacrymasq; abſtergere malis:
Sed rogat ut feſtinus equo deſcenderem, & ipſe
Apprenſo gladij capulo diuerberat auras,
Verberibusq; urget. rapuitq; ex ære coruſcum

Hic

Hic haſtile graui, Troianis ultima rerum
Exitia intentans, & triſtia funera ferro.
Vt uerò celſæ Priameia mœnia Troiæ
Vertimus, & totis fumabat Teucria campis,
Hinc ſpolia ampla ferens, prædasq́; aſcendit in æquor
Nauibus incolumis: nunquam perſtrictus acuto
Ferro, non unquam bellando uulnera paſſus:
Qualia contingunt, cum pugnas comminus armis
Et furioſa mouet Geticus ſibi prælia Mauors,
Mixtaq́; condenſat lacrymoſo funera campo.
Hæc ubi dicta dedi, ſaltu ſe proripit heros,
Atq; gradu ingenti, uolucriq́; per arua meabat,
Herboſosq́; locos & prata uirentia campis
Exultans ibat. poſtquam clareſcere factis
Audierat natum, & fortißima prælia dextræ.
Stant aliæ circum, luctuq́; & queſtibus atræ
Defunctorum animæ. uerùm Telamone creati
Aiacis manes ſteterant, qui ualle uirenti Aiacis anima indignans.
Longius indignans, mihi quòd uictoria Graijs,
Se ſpreto, fuerat data, quam mihi Græcia tota,
Armaq́; Pelidæ dederat, cum uictor ad undas
Ante rates palmam tenui, uiciq́; Pelaſgûm
Iudicijs, poſuit uictori mater Achillis
Arma dea: at Troes, Pallasq́; in littore fecit
Cenſuram armorum, & dignum uirtutis Vlyßis
Decreuere mihi factis. certamine tali
Me ſuperaſſe tamen nolim, ſed uictus abiſſem,
Vellem, cum mecum celebris certabat Achillis
De clypeo atq; armis Aiax, bellator acerbus.
Hæc propter tellus Aiacis contegit oſſa,

Inuictumq; caput bello, qui primus, Achille
Excepto, fuerat Danaûm præſtantibus actis,
Et forma inſigni, & procero corpore caſtris.
Mollibus hunc blandus dictis affabar amanter:
Vlyſſes Aiaci Magna uiro ſoboles forti Telamone creatam,
Ò ingens Aiax, meritò poſt funera bile
Atq; ira poteras in me conſurgere ſæua,
Ablatis armis, clypeoq; immanis Achillis.
Pernicioſa equidem, fateor, per Achaica caſtra
Dona uiris. etenim clades ea uenit Achiuis,
À Dis miſſa quidem, cum tela dedere Pelaſgi
Mulciberis. hinc tu turriſq; & murus Achæis,
Heu ferro occumbis bello noduſq; moræq;.
Nec minus Aeacide Graij te fleuimus unum,
Orbi iam prorſus tantorum cæde uirorum.
Nemo tamen Danaûm fuit horum cauſa malorum,
Ira terribilis Graios exoſus ad unum
Iuppiter heu cauſa eſt, qui fortes urget Achiuos,
Intulit exitium, capitiq; immitia fata
Ipſe tuo adiecit. tamen huc fortiſsime regum,
Huc ades, & noſtras hic uoces auribus hauri.
Vince precor uires animi, pectuſq; ſuperbum,
Et frena affectus generoſæ mentis amaros.
Ille nihil contrà, ſubitoq; cucurrit ad umbras
Exangues alias, Erebumq; ingreſſus Auerni,
Pallenteſq; locos, tutis clamoribus inſtat.
Iamq; procul diſtans mihi reſpondere parabat,
Indignans ira: quem ſic tamen ipſe relinquo.
Namq; alias umbras ardebam cernere paſsim.
Hicq; oculis luſtro natum Minoa Tonante,

Aurato ſceptro dantem pia iura per umbras, Minos apud inferos iudex.
Defunctisq́; ſuo leges figebat Auerno,
Atq; throno reſidens Stygio commiſſa notabat.
Circum animæ denſæ diſcunt, & iure requirunt
Dictæum regem. primoq́; in limine ſtabant
Ad portas animæ Stygias Plutonis amaræ.
Hic etiam ingentem uidi Oriona per arua, Orion.
Herboſosq́; agros, & prata nitentia flore
Venantem campis celeres, quas feruidus olim
Rura per alta feras ſolis in montibus errans
Strauerat, & iaculo deiecerat ipſe minaci.
Infractam clauam ſplendenti ex ære, gerebat
Ille manu ſemper ualida, dum ſaxa fatigat.
Et Tityon uidi claræ telluris alumnum, Tityus Gigas.
Famoſo partu terra campoq́; iacentem
Immanem, per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur, ſæuisq́; iecur tondetur utrinq;
Vulturibus: iuxtaq́; ſedent impunè uolucres,
Viſceraq́; excruciant roſtris, pectusq́; dolore
Afficiunt. fibris requies non ulla renatis,
Nec ſe defendit manibus, nec corda tuetur.
Dicitur ille Iouis quondam rapuiſſe Tonantis
Pellicis eximiæ, magno deceptus amore,
Latonæ amplexus, olim Pythona petentis,
Dum per amœna Iouis, Panopæaq́; rura mearet.
Tantalon hic, ſæuos patientem corde dolores, Tantalus.
Inq́; lacu medio poſitum, fontisq́; perennis
In medijs undis barbam tenus ille iacebat,
Et tamen areſcens ſitibundus ſtabat in æſtu,
Nec poterat fluctus auidis contingere labris.

Nam

Præſignis pedibus, ſuras formoſa nitentes,
Hebe nata Iouis ſummi. tum clangor in auras
Vmbrarum reſonat, ſtrepit omnis murmure campus,
Atq; animæ circum ueluti crepitantibus alis
Vndiq; delapſæ uolucres loca queſtibus implent:
Alciden circa manes uolitare uidebam,
Sicut aues circum lugubri uoce ſtrepentes.
Ipſe tamen ueluti tenebroſæ noctis imago
Arcum tendebat dextra, neruoq́; ſagittam.
Acriter inde oculis cernens, ſimilisq́; petenti
Iam metam ferro, & iaculanti tela per auras.
Circa pectus erat ſcutumq́; & baltheus ingens,
Aurea lora illi, ſculpta ſub imagine latè
Balthea ſplendebant, tenebris radiantia paßim.
Hic uideas urſos & apros, & fulmina dentis,
Syluicolasq́; ſues, horrendos colla leones.
Hic pugnas cædesq́; feras, & prælia dextræ
Perq́; artus fuſo liuentia uulnera tabo.
Hæc inter lorum micuit, quo pingere nemo,
Seu qui tale fuit prima fabricatus in arte,
Pulchrius haud poterat. meq́; inter nubila nouit
Alcides, poſtquam Stygias me uidit ad undas.
Tum breuiter luctu triſtis ſic incipit Heros:
Ò Laertiade, clarum genus à Ioue ſummo, Hercules Vlyſſi.
Conſilijs celebris duris in rebus Vlyſſes.
Hei mihi, quod fatum, quæ te fortißime Parca
Te crudelis agit, quæ me quoq; ſæpe fatigans
Impulit heu fatis, quando Titania Solis
Luminibus uiuax ego terris aſtra uidebam.
Attamen immenſos tolerauimus orbe labores,

Aerumnasq́;

Aerumnasq́; graues. domino ſeruire feroci
Suſtinui, quanquam fueram Iouis ardua proles.
Sed tamen imperio certamina ſæua per oras
Impoſuit dirus. Stygias Acherontis ad undas,
Iuſſit & ire lacus triſtes Phlegethontis arenis,
Infernumq́; canem per inania regna ſilentum
Abſtraxiſſe manu cogit. nec ſæuius unquam
Credidit ille aliud ſeſe mandaſſe Tonantis
Inuictæ ſoboli. tamen eſt mihi raptus ab Orcô
Cerberus, erectis horreſcens colla colubris.
Quem duxi infernis lacubus Plutonis ab aula,
Mercurij auſpicijs, & numine Palladis alto.
Dixit, & in nigri Iouis atria mœſta receßit.
Expecto hic alios, qui quondam funere rapti
Oppetiere uiri, clariq́; heroes in armis.
Tum quoq; ut optabam ueteres accedere Graios,
Theſea Pirithoumq́; noto, quos fama ſequuta eſt
Candida bellorum, quîs & genus eſſe deorum
Dicitur. interea denſantur mille cateruæ
Defunctorum umbræ, quos olim fila ſororum
Ante annos priſcos merſere Acherontis arenis,
Ingenti ſtrepitu ſonat undiq; murmure campus.
Hic nouus inſinuans trepidos pauor occupat artus.
Liuidus extimui ſubitò, ne pallida mittat
Gorgoneum caput infernis Proſerpina monſtris,
Tænarijsq́; fuget colubris. à ſanguine cedens,
Ipſe uiam ad nauem carpo, & conſcendere puppim
Mox iubeo ſocios, nec non & littore funem
Diripere, excuſſosq́; ſimul laxare rudentes.
Ingreßi ſocij proram, per tranſtra ſedebant,

Vlyſſis ab inferis ad ſocios reditus.

Nosq́;

Noſq; per oceani fluctus uehit unda carina,
Remigio puppis celeri, uentiſq; ſecundis:
Tendit uela aquilo, fugimus ſpumantibus undis.

ARGVMENTVM LIB. XII.

Narrat ut à Stygijs ſoſpes remeauerit undis,
Ad Circenq; redit, ſepelitq; Elpenora buſtis.
Liquerit utq; deam, perceptoq; ordine curſu
Suaues Sirenum cantus tranſiuerit undis.
Mox & Cyaneas rupes, Scyllamq; biformem
Nec non tranatur fluctu implacata Charybdis.
Vtq; boues Solis ſocijs mactentur Vlyßis.
Naufragus hinc ſocijs ſpumante ſub æquore merſis
Ipſe natarit aquis, cæca caligine ſoles
Iam denos fracta tumidis trabe pulſus ab undis,
Solus ad Ogygias lignum lentauerit oras.

ODYSSEAE LIBER XII.

Sirenasq;, bouesq; errantes littore Solis.

VT uerò oceanum ſpumanti puppe reliquit,
Flumineoſq; ratis fluctus percurrit in undis,
Contigit Aeæos delabens agmine portus
Vndiſoni lato ponti ſuper æquore uecta:
Hic ubi terra uirens, Aeæaq; inſula Circes,
Et domus Auroræ, Titanos & ortus eoi.
Hic uer purpureum ſemper, floreſq;, choriq;, Latii & Circæi littoris amœnitas.
Hic matutini radij, croceumq; cubile.
Huc ubi Circæis delati allabimur oris,
Optatis feſſas naues aptamus arenis.
Illic egredimur, ſiccoq; in littore ponti

Exigimus

Exigimus ſomnos gremio telluris ad undas.
In media auroram laßi expectamus arena.
Vtq; rubeſcendo ſtellis Aurora fugatis,
Matutina polo roſeis inuecta quadrigis,
Apparens croceos digitos, laxauit habenas:
Tunc ſocios triſtis Circeia ad tecta remiſi,
Flebilis ut corpus ferrent Elpenoris altis
Dilapſi tectis, & ſæuo funere rapti.
Hic ſubitò ramos & denſas ſtringere frondes
Aggreßi, extremis quà currit littus arenis,
Effuſis lacrymis ſalſis pia membra dolentes
Tumulatur Elpenor. Condimus. Vtq; arſit funus ſplendentibus armis,
Inq; rogis cineres collapſi, & flamma quieuit,
Fundentes tumulum immanem, erectaq; columna
Hic ſuaq; arma uiro, remumq; imponimus alto
Fixum buſto habilem, atq; ingenti mole ſepulchro.
At ſic exequijs iuxta æquor ritè ſolutis,
Singula dum ſtruimus curantes littore funus,
Huc ſubitò properat Circe comitata puellis,
Nec reditus noſter Stygijs incertus ab undis
Aeæam latuit nympham Titanida Circem,
Quæ ſecum carnes uarias, cereremq; ferentes,
Et ſimul ardentis huc uina rubentia bacchi,
Ibant ſpargentes ſpecioſo corpore pallas.
Vtq; ſtetit medio ſic fata eſt diua deàrum:
Circe futura pericula canit Vlyſsi. O` miſeri, Stygiæ uiui qui tecta paludis,
Bis paßi mortem, & triſtes Acherontis arenas,
Intraſtis: ſemel aſt alij Phlegethontis Auernum
Aſpiciunt, ſemel & ſuperis moriuntur in oris.
Verùm agite, & uires paſtu reuocate remiſſas,
Carpentes

Carpentes cererem, & ſiccantes pocula Bacchi.
Craſtina cum radijs Aurora retexerit orbem,
Luce iterum melius ſoluetis littore nauim,
Et cum lucifero ſulcabitis æquora claro.
Ipſa uias facilis monſtrabo, & cuncta docebo:
Ne uos conſilium uanum, neu uerba ſequuti,
Siue mari triſtes, ſeu terra forte uagati,
Si dolor urgebit durus, mala damna feratis.
Sic ait. at nobis audere in pectore uirtus,
Mens cœpit, totumq; diem traducere menſis,
Impoſitisq; auro dapibus paterisq; Lyæi
Inſtamus, carnesq; & dulcia uina ſedentes
Libamus, donec fluctus tepefecit Iberos
Sol roſeus. poſtquam montes umbrantur opaci,
Et ruit occiduus Sol, noxq; ſuperuenit atra.
Tum ſocij iuxta funes, iuxtaq; rudentes,
Tranſtra per & nauim decumbunt littore toto.
Tum dulci à ſocijs palma dextraq; trahebat,
Meq; locans ſecum Circe ſic uoce profatur,
Multa quidem rogitat reſidens, dum cuncta requirit.
Omnia cui pando. ſimul hic tunc ordine Circe
Aggreditur contra uerbis ueneranda benignis:
Omnia ſunt fato prius hæc tranſacta priori.
At quæ nunc inſtant iterum, mea figito dicta, Circes conſilium de uitandis Sirenibus
Vtq; tibi narro, te fata deusq; monebunt.
Primùm adeò ſcopulos Sirenum puppe ſubibis,
Accedesq; Deas Sirenas littore cano,
Quæ cunctorum hominum demulcent pectora cantu.
Has quicunq; petit, ſeu claſſe appulſus ab undis
Suauis dulciſonam uocem perceperit oris,

Illi non coniunx,ſoboles non parua parentis
Cauſa eſt, cur cupiat patrios repetiſſe penates,
Sirenum cantus. Sed retinent dulci Sirenes carmine nymphæ,
Quæ circum littus reſonant, pratisq́; ſedentes
Virgilianum Effundunt modulos, & mulcent aera uoce.
Difficiles circum, multorumq́; oßibus albis
Denſi uiſuntur cumuli per littora curua,
Et detracta cutis, circa hæret lurida tabes
Marceſcentum hominum per rura albentia campis,
Qui quondam hauſerunt Sirenum carmina blanda.
Quare age iam ſocias aures tunc obſtrue cera
Mellis, ut hic ſociûm non auribus hauriat ullus.
Si tamen ipſe uelis cantus audire canentum,
Tunc in puppe tibi celeri dextrasq́; pedesq́;
Aſtricto ad malum rectè, deq́; arbore funes
Iniecti ſtringant, Sirenum uoce ſonora
Donec læteris noſcens modulamina nymphis.
Sin cantu motus ſocios tu fortè rogabis,
Impatiensq́; ſoni te ſoluere nempe iubebis,
Funibus hic illi memores te pluribus arctent.
Vt uerò ſociûm blandas tranſiuerit undas
Surda cohors, doctaq́; deas eluſerit arte,
Quà tunc inde uia,longo tibi carmine, cedas
Dicere uix fas eſt: tamen hæc aduerte, docebo.
Namq; effabor enim, partes ſe findit in ambas:
Cyaneæ Hinc altæ rupes, celſiq́; minantur ab unda
In cœlum ſcopuli,magno cum murmure fluctus
Cærulei reſonant immanes æquoris undis,
Errantes dixere dei ſub gurgite rupes,
Cyaneas fama eſt petras concurrere ponto:

Illas

Illac nec uolucres ſecuerunt aera pennis,
Illac non alas pauidæ mouere columbæ.
Quæ Iouis Ambroſiam referunt, roſtroq́; tenentes
Implicitas patri frondes ramosq́; uirentes
Adducunt. Verum has inter tamen altera cautes
Aufertur pelago, ſed pellitur altera fluctu
Obuia ſpumoſo, ſiquidem Ioue mittitur undis
Cyaneis. non ulla ratis Symplegadas undas
Effugit, quæcunq; hoc curſus egit in æquor:
Naufraga ſed rapitur, tabulæq́; trabesq́; per undam,
Perq́; maris curſus, incenſaq́; marmora flammis.
Membraq́; nautarum feriuntur rapta procellis,
Atq; rates quaſſæ uoluuntur fluctibus atris.
Sola Argo quondam Cyanes traiecit arenas,
Cum quondam Aeetam peterent & Phaſidis amnem, Iaſonis nauigatio.
Heroes inter Cyanes currentia ſaxa
Vaſta: tamen pontus ſubitò hanc proiecerat atrox,
Dum tutam Iuno fluctu tranſmitteret Argo:
Namq; illi curæ fuerat Pagaſæus Iaſon.
Sunt duo præterea ſcopuli, quorum alter in altum
Contendit cœlum, nebulæ caligine denſa
Circumeunt rupes, & acuto uertice tangit
Sublimes nubes, nec apex æſtate ſerenus,
Nec libræ autumniq; die clareſcit acutæ Scylla.
Rupis aqua uertex. circundant nubila culmen:
Spargitur haud unquam uenientis lumine Phœbi.
Non ullus ſummæ conſcendat in ardua rupis,
Deſcendat' ue alto ſcopulo ſaxoq́; patenti,
Non ſi uicenæ dextræ, ſi deniq; uires
Non ſi ſint totidem captantia brachia dextris,

Viceniq; pedes. leuis eſt ſuper ardua ſaxa,
Ac raſæ ſimilis petræ, ſed nubila rupes.
In medio ſcopuli patet hic ſpelunca ſub antris,
Quæ cæcis Scyllam cohibet tenebroſa latebris,
Obſcuras Erebi cæci demerſa ſub umbras.
Inde cauam flectas nauem dux inclyte Graiûm,
Quantum de celeri iaculetur puppe ſagittam
Quicunq; eſt arcu gnauus, iaculoq; peritus
Contendit cornu. ſed qua reſonantia ſaxa,
Intus Scylla quidem gemitus horrenda latebra
Extollit, quantos catuli per rura leonum,
Et ſonitum ingentem pelagi pulſataq; ſaxa
Concutit, ô dirum nulliq; affabile monſtrum.
Non hoc mortalis, non hoc deus ullus Olympi
Auderet propius læto conſiſtere greſſu
Scyllam, & cæruleis canibus latrantia monſtra:
Ora pedesq; atros bis ſenos ordine ſæuo,
Sex quoq; ceruices, & longo gurgite colla
Exertantem undis, totidem capita alta ferentem,
Per faucesq; atras denſos terno ordine dentes,
Et Stygiæ plenos mortis, crudelia uiſu.
Pars monſtri media eſt ſpeluncam merſa ſub atram,
Exerit at tantum caput inde immane barathri.
Tum circa ſcopulos audax piſcatur aquoſos,
Siue canes pelagi, ſeu trux delphinas amari.
Seu maiora petit, fluctuq; immania cete,
Qualia multa mari nutris Neptune ſonoro.
Hoc non illæſos ſeſe euaſiſſe carinis
Iactarunt unquam monſtrum ſub gurgite nautæ,
Singula cui portant capitum tot puppibus altis.

Ereptos homines. propius tum naue uidebis
Non adeò celſum ſcopulum ſub rupe Charybdis,
Nec procul hinc cani uicina pericula ponti,
Quantum tela mouens curuo contenderis arcu.
Hic flauis folijs caprificus pullulat ingens,
Sub qua nigrantes undas horrenda Charybdis Charybdis.
Aequore ſtagnanti recipitq́; uomitq́; relabens.
Namq; fretum læuo latere implacata Charybdis
Obſidet, atq; imo barathri ter gurgite uaſtos
Sorbet in abruptum fluxus, rurſusq́; ſub auras
Erigit alternos, & ſidera uerberat unda.
Terq́; die emittit, totiesq́; reſorbet in altum
Iactatos fluctus. Iterumq́; *iterumq́; monebo,*
Ne tunc accedas, cum pontum abſorbet arenis.
Non te Neptunus, non te eruet uuida Tethys.
Ergo ad Scyllæos ſcopulos hinc dirige nauem:
Præſtat uel ſenos ſocios amittere puppi,
Quàm diro pariter mergi ſub gurgite cunctos,
Et ſemel inſanam fluctu uidiſſe Charybdin.
Sic ait. aſt illi reſpondi: Diua *profare,*
An mihi peſtiferam liceat fugiſſe Charybdin?
An' ne repugnando poßim deuincere Scyllam,
Cum charos tentat ſocios rapuiſſe carina?
Sic ego. tunc iterum ſic orſa eſt diua dearum:
O miſer, an rurſus curæ eſt tibi bellica uirtus,
Et labor? An' ne deis cedes, an marte reſiſtes? Diis non reſiſtendum.
Immortale malum eſt: neq; enim mortalis Vlyſſe
Scylla tibi. eſt durum & non expugnabile monſtrum,
Prodigiumq́; ferum, & dirum mortalibus omen.
Nec datur ut fugias illam, dum naue repugnas.

Si uerò armatus iuxta contabere rupes,
Hei uereor ne te monſtrum iam rurſus adortum
Arripiat. tot enim exertat capita alta profundo,
Quis totidem raptans homines abſorbet in antra.
Sic tibi ſic ſocios lacerabit gurgite monſtrum.
Maturare fugam certa, Scyllæq; Cratæin
Dum prætereueheris, matrem de puppe uocato,
Quæ genuit monſtrum, Scyllamq; arcebit in undis,
Ne ruat illa iterum, ſociosq; in ſaxa receptet,
Huic cane uota libens matri, dominamq; potentem
Supplicibus ſupera donis. ſic deniq; uictor,
Trinacrij in fines uirides mittere Pelori.
Trinacrio ſiquidem uernans iacet inſula ponto.
Solis boues. *Hic errare boues Solis per prata uidebis,*
Atq; greges ouium pingues, ſeptenaq; campis
Hic armenta boum tondentia paſcua læta,
Balantumq; greges totidem per florida rura.
Hic bis terq; decem paſcuntur in agmine quouis,
Siue boues numeres, ſeu molli rure bidentes.
Non illis agni, non ullus ad ubera fœtus.
Has nec corrumpi, nulliúsq; ſeneſcere fatis,
Nec naſci perhibent. paſcentes uallibus imis
Auricomæ ſeruant nymphæ per paſcua ſacra,
Lampetia & Phaethuſa Heliades. *Lampetia, & flauis ſoror huic Phaethuſa capillis,*
Quas peperit Phœbo quondam diuina Neæra.
Iamq; annis grandes plenis, & mater adultas
Trinacriæ in campos, habitandaq; rura Pachyni,
Vt patrias pecudes Phœbeia armenta recuruis
Cornibus obſeruent uigiles, demiſerat olim.
Hæc ſi non armis ſacro lædetis in aruo,

Polliceor

Polliceor reditus, Ithacæq; intrabitis agros
Per uarios caſus, uaria & diſcrimina rerum.
Sin pecudes cædas Phœbi, crudelia fata
Et mortem ſocijs, & pando fulmina puppis.
Nec prius euades, ſocios quàm gurgite merſos,
Atq; rates fluctu quaſſas amiſeris alto:
Sic ſerò uenies Ithacis ignotus arenis.
Sic ait. Aurato ſurgens Aurora cubili
Emicuit roſeo curru: Titania Circe
Ad notas terræ ſedes portusq; receßit.
Diſcedo, & ſocios hortor conſcendere nauem, A Circe diſcedit Vlyſſes.
Aptari remos, funes, ſoluiq; rudentem.
Ingreßi paßim ſocij conſidere tranſtris
Ordine cœperunt: ſonuerunt uerbere fluctus.
Namq; æquor canum quatiunt per cærula remis.
Ponè etiam nigras proras à puppe ſequentes
Fœlices comites & agentes littore uentos
Diua comis Circe renitens & uoce canora,
At grauis herbarum ſuccis Phœbeia miſit
Et tumido aurarum repleuit carbaſa flatu.
Tum uerò laßi ſocij, feßiq; reponunt
Arma: ratem uentusq; gubernatorq; regebant.
Hic ſocijs triſti uocem ſic pectore rupi:
O' ſocij, quoniam ignari, quæ diua dearum
Protulit augurio non grata oracula Circe, Vlyſſes ſocijs
Nec decet ut ſolus, bini' ue hæc mente recondant.
Fabor enim, ut gnari aut ponto moriamur inulti,
Aut elabentes Parcarum fata ſuperba
Vitemus: uirtus animis dabit inſita ueſtris.
Sirenum ſcopulos primùm effugeremus in undis,

Et modulamen agris, & prata uirentia iußit,
Meq; audire ſonos unum cantusq; dearum:
Quare ô uos ſocij, fidißima pectora quondam,
Funibus haud leuibus me tum, uinclisq; ligate,
Erectum malo ualidis, ac deſuper altis
Me uincite caput. cum ſolui iuſſero funes,
Siue inſto precibus, loris inſtate rudentum
Pluribus, & premite & religate ſub arbore nauis.

Vlyſſes ad Sirenarum inſulam appulit.

Hæc ego dum narro ſocijs, allabitur oris
Puppis, ubi nymphæ Sirenes & inſula portus
Efficit, ut uentus uelox à puppe ſequutus
Impulit innocuus. ceciderunt flamina ponto,
Extitit & placidum uêntis mare, & aura ſerena,
Neptunusq; ſinus ſedat fluctusq; tridenti,
Vela legunt nauis ſocij, nauiq; reponunt,
Remigioq; inſtant, tonſisq; inſurgere remis:
Deſpumantq; undas, & ſpumea cærula uerrunt.
Enſe rotam ceræ ingentem ſublimis acuto
Diſſeco, & hinc fruſtum demo, manibusq; premebam
Liquentem ceram ualidis: ardore ſub ipſo
Sole ſequebatur mollis, dum ſplendet Olympo
Regis feruor equis, currens Hyperionis alto:
Illeuiq; fauis ſociûm ſtillantibus aures.
Certatim cuncti me tunc in naue ligarunt
Ad malum erectum ſocij, lorisq; reuinctum,
Et manibus pedibusq; ſimul, capitisq; repreſſum
Fronte: uiri quatiunt ſpumantia cærula tonſis,
Albentemq; undam feriunt, frangu ntq; ſedentes.
Cum tanto nauis ſpacio foret acta ſub ipſum
Sirenum littus, quantum clamantis in undis

Vox

Vox longè auditur: neq; enim Sirenas auaras
Hæc latuit puppis, ſubitoq; innare per æquor
Motu contendunt celeri, propiusq; redacta
Iam naui intendunt modulos, & carmen acuto
Concentu effundunt, & mulcent æquora cantu:
Huc ades ô Troiæ clariſsime uictor, & ingens Sirenum modulamen.
O` decus heroum, & celeberrima fama Pelaſgûm:
O` qui Graiugenûm non infima gloria marte,
Laude Laertiade bellorum maxime Vlyſſe:
Siſte ratem propius, uociq; allabere noſtræ,
O` dulces cantus, & noſtrum percipe carmen.
Nullus adhuc iſtas tranſmiſit puppibus undas,
Quin prius ille melos, atq; ora canentia naui
Auſcultans ſteterit, noſtriſq; receſſerit oris,
Plura tenens animo lætus modulamine dulci.
Scimus enim, magnæ quæcunq; ad Pergama Troiæ
Diuorum fatis Danaiq; & Troes in armis
Suſtinuere uiri: quæcunq; & terra pateſcit
Orbis facta quidem lati, qui mille per oras
Paſcit opum diues uarijs animantia terris
Nouimus, & cantu Muſas ſuperamus amœno.
Sic illæ recinunt plaudenti carmina uoce.
Iamq; animus cupidus uocemq; audire dearum
Geſtit: cum ſocijs ſolui mihi uincla iuberem,
Annueremq; oculis, ſocij hic incumbere remis
Certabant. primi, Perimedes, Eurylochuſq;,
Surgentes puppi religarunt pluribus acta
Crura pedeſq; mihi loris, dextraq; premebant.
Poſtquam Sirenum pelago tranſmiſimus undas,
Et iam nulla meas cantu circumſonat aures

 Sirenum,

Sirenum, ceræ demuntur ab aure refixæ:
Hic mihi tum ſocij ſoluerunt uincula dura.
Linquimus hos naui portus, pelagoq́; uolamus.
At procul hinc fumum uolui rorantibus undis
Cernimus, & fluctus tolli ſuper æquora celſa,
Et ſonitum ingentem pelagi, pulſataq́; ſaxa
Audimus longè: trepidisq́; hic excidit actus
De manibus remus, magno cum murmure fluctus
Spumea per ſulcos nauis circumſtrepit unda.
Hæſit & hanc circum puppis, nec pellere remis,
Nec manibus ſocij inſtabant, nec findere fluctus.
Naueq́; decurrens uerbis affabar amicis,
Compellansq́; uiros omnes hortabar eundo:

Exhortatio Vlyſſis ad ſocios. Virg. li. 1. Aen. hunc locum expreſſit.

O ſocij, neq; enim ignari ſumus ante malorum,
O paßi grauiora, animos reuocate periclis.
Nec maiora premunt diro iam damna Cyclope,
Cum raperet ſocios atrum uiolentus in antrum,
Manderet & triſti cum membra fluentia tabo.
Vnde tamen noſtra uirtute euaſimus, acres
Conſilio: meminiſtis enim (& meminiſſe uolebam)
Et quondam memores eritis, ſi uita manebit.
Nunc quoq;, nunc hilares ſocij parete, citata
Puppe ferite undas, & cærula uerrite remis,
Et maris inſanos fluctus, æquorq́; profundum,
Si quà forte dabit peſtem depellere fato,
Perniciemq́; maris naui uitaſſe per undas
Iuppiter. à fumo fluxuq́; undantis in altum
Aequoris ipſe ratem torque, ſcopulumq́; caueto
Nauta mari: tu nam puppim clauumq́; gubernas.
Ne ue in ſaxa ruas, nauisq́; impulſa ruinam

Exitiumq́;

Exitiumq́; ferat. Subitò parere parabant.
Nec minus ac iuſsi faciunt. Scyllea profatus
Non fueram ſocijs, canibusq́; latrantia monſtra,
Ne mihi proijcerent turbato pectore remos,
Horrentesq́; caua tegerent ſe puppis in aluo.
Nec reminiſcebar ſæuæ Titanidos, illa
Quæ mandata mihi dederat. nam iuſſerat acri
Abſtineam telo. mox inclyta feruidus arma
Indutus, proræ aſcendi tabulata supremæ,
Bina manu longo rapiens haſtilia ferro,
Proſpicioq́; procul ſaxoſam murmure Scyllam,
Sic ubi ſe offerret, raptum damnoſa carinis
Expecto. nullam Scyllam, caligine denſa
Lumina laſſantur tenebroſa in ſaxa uidenti.
Iamq́; ſinus legimus lugentes æquoris arcti,
Hinc ubi Scylla ferox, illinc undoſa Charybdis, Appropinquat Scyllę et Charybdi.
Spuumantis grauiter ſalſas proiecit arenas
Aequoris, & ſpumas undasq́; reduxit in altum.
Ardeſcens magno ueluti cum flamma ſonore
Virgea ſuggeritur coſtis undantis aheni,
Exultantq́; æſtu latices, furit intus aquai
Fumidus, atq́; altè ſpumis exuberat amnis:
Nec iam ſe capit unda, uolat uapor ater ad auras.
Siue lebes uomuit multis uelut ignibus ardens,
Et iam ſe magni calidæ crepitantibus ignis
Vndæ deſpumant flammis, exultat aheno
Feruidus humor aquis, imoq́; euoluitur omnis
Vnda calens. altè ſcopulis ſic ſpuma ſub ipſis
Incidit ambobus, ferueusq́; exæſtuat altè.
At ſi quando maris ſalſos abſorbet aquarum

Hinc cumulos, omnis ſe oſtenderat unda uoluta
Intus aqua ſpumans, circa reſonantia ſaxa
Murmure pulſantur grauiter, gemitusq́; remugit.
Liuida ſubter humus nigris apparet arenis,
Exultantq́; uada, atq; æſtu miſcentur aquarum.
At ſocios tantis acer timor irruit undis:
Dum nos aſpicimus mortem fatumq́; timemus,
Sex ſocii a Scylla deuorati. *Scylla ferox rapuit ſenos è puppibus altis,*
Audaces manibus, bello fortiſſima pubes
Et uirtute fuit martis. dum cærula ſpecto,
Et nauim, ſociosq́; ſimul, dextrasq́; pedesq́;
Raptorum uidi ferri in ſublime per undas
Deſuper, inclamant miſeri tum nomen Vlyßis:
Haurit corda metus dudum trepidantia mortis.
Comparatio *Ceu cum piſcator ſcopulo ſub arundine longa,*
Fallacem exiguis prætendit piſcibus eſcam,
Hærentemq́; bouis cornu proiecit agreſtis
In mare, dehinc mota ſubtraxit ab æquore uirga,
Palpantemq́; ſolo deiecit arundine prædam,
Dum uenatur aquis, & quærit gurgite piſcem,
Sic mihi tollebat ſocios à rupe trementes,
Sublatosq́; ferox lacerabat limine Scylla.
Sic inter gemitus miſerorum & uerba uocantum,
Tendebantq́; manus diro in certamine fati,
Dulichiumq́; ducem clamant diſcrimine tanto.
Vidi ego, cum membris ſanieq́; aſperſa natarent
Limina; uidi atro cum membra fluentia tabo
Manderet, & tepidi tremerent ſub dentibus artus.
Hæc adeò noui per cana miſerrima ſaxa
His oculis, quæcunq; tuli dum cærula luſtro

Aequora,

Aequora, dumq́; uias ponti fluctusq́; pererro.
Fugimus ut ſcopulos Scyllæ, ſæuamq́; Charybdin,
Venimus appulſa Phœbeia ad rura carina, Trinacria Solis inſula.
Hic ubi Solis opum diues patet inſula campis:
Hic errare boues nitidæ, capita alta ferentes,
Balantumq́; greges pingues Hyperionis alti.
Nec dum egreſſus eram, ſed adhuc ſuper æquore ſalſo
Stans celſa in puppi fueram: cum fertur ad aures
Mugitus pecudum ſtabulantum mollibus aruis,
Balatusq́; ouium: ſubiere oracula mentem,
Tireſias quondam uates quæ lumine caßus
Ediderat, natus Thebis, Aeæaq́; Circe:
Quæ me quæ toties fugerem Phœbeia monebat
Arua, & Solis agros, hominum qui ſola uoluptas
Adfertur radijs, roſeisq́; niteſcit in undis.
Talia tum ſocijs hortans de pectore triſti
Verba dedi: Quanquā non parua pericla ſubitis, Vlyſſes ſocios cauere a Solis inſula hortatur.
Attamen hæc animis iterum mea figite dicta.
Tireſiæ uobis Thebani oracula pandam,
Circesq́; Aeææ, inter quæ plurima ponto
Prædixit fugerem terras & Solis arenas,
Inſula quæ Phœbo ſacra eſt, qui lumina campis
Spargit, & illuſtrat mortales lampade celſa:
Hic reſtare mala hæc nobis horrenda canebat.
Quare hoc infauſtum terræ tranſmittite littus.
Surgite iam remis, nigramq́; impellite nauem.
Extemplò ſocijs ſoluuntur frigore membra,
Et languent animi fracti. Tum talia fatus
Eurylochus, ſubitò non æquo pectore rupit: Eurylochus Vlyſſi.
Afflictis nimium patiens in rebus Vlyſſe,

Eſt animus

Eſt animus tibi fortis aquis, non ulla fatigat
Membra lues, nulloq; potes ſuccumbere fluctu.
Ferreus es, & ſunt tibi ferrea cuncta per armos,
Qui prohibes ſocios portu terraq; propinqua:
Quos opere exhauſtos, duroq; laborè refractos,
Atq; graues ſomno retines. circumflua ſalſis
Inſula ſtat ſinibus, cœnam reparare licebit,
Et dulces eſcas, dum ſtat tibi littore puppis:
Ipſe uetas, nigraſq; iubes errare per undas
Nocte ſub obſcura cæca caligine ponti,
His procul à terris. nóctu flant horrida flabra,
Quæq; nocent ratibus,merguntq; per æquora nautas,
Inſaniq; auſtri pelago. quis fata ſub undis,
Aut mortem extremam fugiet? ſi turbine uenti
Aut Notùs aut Zephyrus ſpirans immane per æquor
Improuiſo aderit, pelagiq; incumbet arenis:
Vel dis inuitis lacerare ſub æquore nauim
Suſtinet. ergo nigræ nocti parebimus omnes,
Hic iuxta nauem cœnam reparare manentes
Aggreßi: ſed manè tamen conſcendere puppim,
Et lato nauis committere carbaſa ponto
Suadeo. mox alij dicentem talia laudant
Eurylochum ſocij, læto ſimul ore frementes.
Hæc tum perſpexi fieri mala numine læſo.
Incipio ſuper hæc, ſubitò ſic ore profatus:
Vlyſſes Eurylocho. *Euryloche, inſtantes quoniam me cogitis unum,*
Per ſacra nunc igitur iurati iungite dextras,
Et firmate fidem obſtricti: ſi fortè per altos
Siue armenta boum,ſeu ruris ouilia lata
Inueniemus agros, ne quis pia numina lædat,
Inſanuſq;

Inſanuſq; bouem cædat, ferroq; bidentem.
Ergo cibos ſacros, quos immortalis Vlyßi
Donarat Circe, dudum conſumite malis,
Compoſti placida telluris pace quietæ.
Sic ego. tunc ſubitò cœli per numina iurant.
His uerò exactis, terram ſtruentis arenæ
Securi legimus uelis, portuq; ſubimus,
Occulimuſq; cauo ductam ſub littore nauim
Propter aquas dulces, riuoſq; fluentibus undis.
Egreßiq; ratem ſocij, fuſiq; per herbam
Littore ahena locant, & cœnam ritè parantes
Gratæ ſe accingunt cereri, dapibuſq; futuris.
Implentur ueteris bacchi, pinguiſq; ferinæ.
Poſtquam exempta fames epulis, pateriſq; Lyæi,
Atq; amor eſt pulſus ſocijs potuſq; cibiq;,
Amiſſos memori ſocios ſermone requirunt,
Dilectoſq; uiros lugent, caſumq; gementes
Deflent, Scylla cauis raptos quos puppibus atrox
Sumpſerat in fauces, & membra fluentia tabo
Manderat abſorbens, ſaniemq; & fruſta cruenta.
Flentibus his ſubitò ſoluuntur membra ſopore,
Et dulcis ſomnus defeſſos occupat artus.
Vltra orbem medium nox horis acta ſubibat,
Cœperat & ternum iam noctis tempus adeſſe,
Tranſierantq; ſuo labentia ſidera cœlo,
Verterat & gelido plauſtrum temone bootes,
Nube procelloſas mouit cum Iuppiter auras,
Aera qui cogit miro ſub turbine uenti.
Terra æquorq; ſimul nebulis inuoluitur atris,
Aduenienſq; polo tenebris nox incubat alto.

Vlyſſes iterum in Siciliam.

Cum

Cum uerò croceis oriens Aurora quadrigis
Matutina iugo rutilaret, condimus antris
Appulſam puppim, ſedes ubi ſplendida Nymphis,
Et ſtatione ſpecus, uiuoq; ſedilia ſaxo.
Conuoco tum ſocios tali ſermone profatus:
O ſocij, quoniam ſupereſt potusq; cibusq;
Noſtra ſub naui, fatalia condite tela:
Cæde boum campis hic abſtineamus apertis,
Poßidet hasce boues magnus deus æthere Phœbus,
Hosq; greges pingues, qui luſtrat lumine cuncta,
Omniaq; exaudit: cædem prohibete nefandam.

Vlyſſes hortatur ſocios ut Solis bobus abſtineant.

Finieram: aſſenſi generoſo pectore cuncti.
Aßiduè toto ſpirabant flamina menſe,
Et pluuioſi Auſtri. uentorum nullus oberrat
Siue mari ſeu rure uagans, niſi ſolus eous,
Quiq; plaga ſolis ruit, unà Eurusq; Notusq;.
At ſocij Circes dum ſacra uiatica durant,
Aeææq; epulæ, uaſisq; rubentia uina,
Abſtinuere manus tantiſper bubus in aruis,
Illæſisq; boum armentis petiere ſalutem.
Vtq; dapes nauis conſumptæ, accingere prædæ,
Sectariq; cibos palantes æquore toto
Conſtituunt. nam dira fames cogebat, et hamis
Piſces incuruis, uolucresq; per aera lapſæ
Captantur, quæcunq; uolant in retia rara:
Nam maleſuada quidem affligunt ieiunia uentrem.
Progredior portu, nauimq; & littora linquens,
Si quis fortè uias oſtenderet æquoris alti,
Supplicibus ſupero precibus, tum numen adorans
Hic precor ipſe aruis, diuosq; in uota uocabam.

Sed

Sed dum ſic per agros tendo, ſociosq́; relinquo,
Speluncam ingredior à uenti flamine tutam,
Intus aquæ dulces, manibusq́; irroro liquores,
Dijs faciens cunctis uotum, quibus altus Olympus,
Aetheris & ſedes habitantur. Suauis obumbrat
Palpebras ſomnus, quem tum fudere per artus
Cœlicolæ. interea ſocios perſuaſit amaro
Conſilio Eurylochus, uerbisq́; ita farier infit:
Audite ô ſocij, quicunq; pericla ſubitis.
Omne homini genus eſt mortis miſerabile, dira «
Interijſſe fame clades ſupereminet omnes: «
Sicq́; mori ſæuum, ſic fata miſerrima currunt. «
Ergo agite, atq; boues mactemus littore Solis.
Huc rapite armentum, dijs immortalibus aras
Sanguine ſpargemus, quibus eſt domus altus Olympus.
Ac ſi quando Ithacæ patrios ueniemus ad agros,
Templa opulenta Deo, Soliq́; dicabimus alto
Delubra, & ſolido ſtatuas ex ære micantes
Ponemus uarias. Si forſitan ira deorum
Sæua boum cauſa, fatum pœnasq́; repoſcet
Sol, qui terrarum flammis opera omnia luſtrat,
Merſurus puppem, curuis quòd cornibus alti
Cæde boues iaceant. nec cætera numina fato
Opponant ſeſe, Phœbiq́; ſequantur in iras.
Malo mori ſub aquis, animamq́; effundere ponto, &
Merſus hiare: diu quàm ſic tabeſcere pectus
Triſte fame, ſpectans desertæ littora terræ.
Talibus Eurylochus: ſocij ſimul ore fremebant.
Aggreſſiq́; citò Solis depellere ab agris
Vicinis egere boues. à puppis arena

Boues Solis ſuaſu Eurylochi a ſociis inſcio Vlyſſe mactantur.

A' ſocijs Troiæ quondam non mitis Vlyßis.
Tunc animo motus Sol, iræ fluctuat æſtu,
Sic ſubitò coram Dijs immortalibus inſit:
O' pater altitonans, ô fœlix turba deorum,
Perpetuiq́; dei, pœnas nunc Iuppiter acres
Sume Laertiadæ à ſocijs errantis Vlyßis.
Proſtrauere boues noſtras, & cæde ſuperbâ
Mactarunt. quæ deliciæ,quæ magna uoluptas,
Et fuerant decus, & noſtri ſolatia ruris.
Delectabar enim, quoties ſtellantis Olympi
Intrabam ſedes, cœloq́; reuerſus ab alto
Ad uirides ibam terras, pecudesq́; uidebam.
Ni pro cæde boum dent dignas crimine pœnas,
Cocyti fluctus,Stygiasq́; ſubibo paludes,
Infernasq́; meum demittam lumen ad umbras,
Illuſtrans animas & regna carentia luce.
Quem ſic alloquitur reſpondens Iuppiter actor
Aeris, & nebulæ,tempeſtatisq́; ſonoræ:
O' Sol, terrarum qui luſtras lumine cuncta,
Dis hominumq́; tuos fœcundis lampade terris
Immittas radios. candenti fulmine puppem
Submergam, ſubitos iaculatus nubibus ignes,
Comburamq́; nigro flagrantem gurgite nauim.
Hæc mihi narrabat quondam formoſa Calypſo.
Nympha comas, quæ Mercurij dum pendet ab ore
Audierat, cum quondam illi ueniſſet Olympo
Nuncius: hæc adeò referebat Nympha Calypſo.
Vt redij ad nauim, reſonantis & æquoris undas,
Incuſo ſocios coram, obiurgoq́; ſeorſum.
Nec iam conſilium tanto diſcrimine rebus

Sol Ioui iniu riam Ithacorum conqueritur.

Iupiter Soli

Inuenio. iacuere boues nam littore cæſæ.

Portenta. *Iam portenta deûm miſeris obiecta patebant,*
Serpebantq; ſolo pelles, uerubusq; trementes
Aſſatæ, & crudæ carnes mugitibus arua
Replebant: horrenda boum uox fertur ad aures.
Hicq; dies dapibus ſenos epulantur opimis,
Atq; boues mactant pingues ad littora raptas.
Septima iamq; dies ſocijs proceſſerat, altus
Iuppiter addiderat lucem Saturnius unam.
Cum furioſus aquis ceſſauit turbine uentus,
Conſcenſa naui pelagi nos tradimus undis.
Erigimus malum, atq; albentia carbaſa flatu
Pandimus occiduo, fugimus ſpumantibus undis.
Prouehimur portu, terræ ſyluæq; recedunt:
Littora cum nemoris, ſaltusq; reliquimus altos,
Et pelagus tenuit puppis, nec iam amplius ulla
Occurrit tellus, maria undiq; & undiq; cœlum:
Iamq; cauam ſupra proram niger aſtitit hymber,
Atq; atras nubes demiſit Iuppiter alto,
Noctem hyememq; ferens, et inhorruit unda tenebris:
Vndiq; tum tegitur cæca caligine pontus:
Tempeſtas ob Solis armenta uiolata. *Mox ruit in proras æquor. tum turbine uenit*
Ingenti zephyrus reſonans, fregitq; rudentes
Vtroſq; à malo uenti furioſa procella.
Velum ponè cadit malo curuo, armaq; cuncta
Sentina confuſa iacent, arborq; repulſa, &
Verſa caput dirum ferit, arduaq; oſſa cerebri
Omnia comminuit: tabulatis lapſus ab altis
Ipſe gubernator nauis, ſimilisq; cadenti
Vrinatori, cum ſe demergit in undas,

Corruit,

Corruit, & membris fugiens calor oſſa reliquit,
Et generoſus aquis animus uolat ocyus, undis.
Iuppiter intonuit iaculatus puppibus ignes,
Fulminaq; iniecit lucens & fulgura naui.
Quæ contorta Iouis percuſſaq; fulmine ſæuo,
Vertitur. aſt intus repletur ſulphure flammæ.
Quo ſocij eiecti, ceciderunt puppe uoluti,
Iamq; ratem circa ſimiles cornicibus undæ,
Fluctibus impulſi torquentur gurgite toto.
Nantibus abſtulerat ponto Deus ipſe ſalutem. Socii Vlyſſis ſubmerſi.
Ipſe ferebar aquis incedens puppe relicta,
Donec ſæua latus tempeſtas igne carinæ
Rupit, & impellens uento tabulata reſoluit:
Quam rapiens fluctus nudam per cerula uerrit.
Hinc eſt & malus perfractus ad uſq; carinam,
Quo pendet funis taurino tergore factus.
Hoc ſimul & malum tenui, iunxiq; carinam.
Hicq; ſedens pelago rapiebar flatibus euri,
Inſanus zephyri ceſſauit turbine uentus.
At notus inde citus cum tempeſtate dolores,
Miſſus adeſt iterum referens à ſede Pachyni:
Scilicet ut reuehar rurſus per ſaxa Charybdis,
Huc lacera tota puppi ſub nocte ferebar.
At cum ſol roſeis aſcenderet ortus ab undis,
Incideram in Scyllæ ſcopulos, ſæuamq; Charybdin:
Quæ poſtquam ſalſas abſorbuit æquoris undas,
Rurſus in abruptum caprificum raptus in altam
Ingentemq; feror, qua mole hærente tenebar.
Ceu ueſpertilio pedibus non ſiſtere firmis,
Non aliquo poteram pendens conſcendere frondes.

Radices aberant longè, ramiq́; patentes
Vmbrabant magnam crudeli fronde Charybdin.
Aſsiduè hærebam, donec uomuiſſet in altum
Rurſus aqua malum gelida, curuamq́; carinam.
Optanti dudum ſero poſt tempore uenit.
Cœnæ nempe foro petiturus fercula menſis
Vir conſultus, opum diues, ſine crimine iudex,
Quo redit ad patrias ſedes iam litibus actis,
Defenſaq́; utrum cauſa: ſic longa Charybdis
Serò ſub ſpacio micuerunt faucibus atris.
In quæ me celſa delibrans arbore ſaltu,
Demiſſusq́; pedes ſubitò dextrasq́; ſupernè
Proieci molem, mediæq́; ſonore carinæ
Illapſus cecidi, trabibusq́; per æquora fractis
Ipſe ſedens tumidas lentabam ligna per undas.
Vt uerò Scyllam hic, hominum pater atq; deorum
Amplius aſpicerem uetuit, nec mortis amarum
Vitaſſem fatum, fugio ſpumantibus undis.
Inde nouem fracta ſoles trabe ſalſa ferebar
Per freta; ſed decima tandem me nocte deorum
Inſulam in Ogygiam pepulerunt turba, Calypſo
Aequoreis undis ubi ſedem clara tenebat,
Pulchra comas flauas, quam candida fama ſequuta eſt,
Sæua dea atq; potens fluctu: dilectus amore
Cui fueram culto. toties quid fata renarro?
Heſternus cecini ſiquidem tibi carmen in aula,
Reginæq́; tuæ, cui magna potentia claret.
» Res odioſa quidem, toties ſi dicta reuoluo,
Naufragus ut tumido iactarim brachia ponto.

Vlyſſes denuo in Charybdin impellitur.

Vlyſſes ad Calypſo defertur in Ogygiam.

ARGV-

ARGVMENTVM LIB. XIII.

Cum donis Ithaca terra Phæaces Vlyſſem
Exponunt, ſuaui dum languent membra ſopore.
Phæacumq́; ratem Neptunus in æquore ſaxum
Dulichijs rurſus redeuntem fecit arenis.
Conſulit hinc curuo ſub littore Pallas Vlyſſi,
Vt faciat ſtragem patria, cædemq́; procorum.
Donaq́; cum rebus ſpeluncis abdidit atris.
Inq́; ſenem Pallas Samium transformat Vlyſſem.

ODYSSEAE LIBER XIII.

Iam Laertiades Ithacis appellitur oris.

SIc ait: intenti, tacitiq́; ſilentia cuncti
Præſtant, atq; amplis oblectant pectora tectis
Vmbroſaq́; domo. ſolio tunc infit ab alto
Alcinous, Samium compellans nomine regem: Alcinous Vlyſſi & Phæacenſibus.
Ad noſtras quoniam ſedes huc ſoſpes Vlyſſes,
Aeratasq́; domos, atq; altis atria tectis,
Phæacumq́; ſolum ueniſti littore curuo,
Haud decet ut rurſus dubio uagus æquore ſedes
Ad Samias redeas, terra iactatus & undis,
Multa quoq; & bello paſſus, dum patria rura
Quæris. at edico uobis, quicunq; per aulam
Ardentis ſemper ſiccantes pocula bacchi
Hic bibitis uinum, atq; pari ſub honore ſedetis,
Auditisq́; alacres cantorem uoce canentem,
Et dociles uerſu modulantes carmina muſas,
Hoſpitis Argolici ueſtes, arcaq́; ſuperba
Rex aurumq́; ingens iacet hic, & dona parata,

Omniaque proceres Ithaco, prudensq; ſenator
Phæacum attulerat. dabimus quoq; dona uiritim,
Et tripodem magnum, Dodonæumq; lebetem.
Quin etiam adijciat populus, ſtipetq; carinis
Ingens argentum, nec uulgus cedat honore.
Omnia difficile eſt largiri munera ſolum.
Sic ait Alcinous. illi ſimul ore frementes
Dicta probant regis. mox hinc ſua tecta petentes,
Accipiunt placidum feßi per membra ſoporem.
Vt uerò emicuit croceis iam roſcida bigis,
Matutina iugo ſplendens Aurora ruenti,
Phæacum famuli properabant littore curuo,
Pictas ad nauim ueſtes atq; æra gerentes.
Imperat ad puppem ferri, ſtipatq; carinis
Singula deponens regis ſacrata poteſtas
Alcinoi. namq; ipſe ratis per tranſtra meabat,
Sollicitus ne ligna uiros in puppe recurua
Lædant, incumbunt dum remis, atq; rudentes
Aptant ad uelum. rebus ſic ritè peractis,
Tum ſocij ad regem tendunt, conuiuia curant.
Hic uerò Alcinous, cui regni ſumma poteſtas,
Aris diuorum meritos mactauit honores,
Nymboſoq; Ioui taurum, qui cuncta gubernat,
Crura foco aſſabant, dapibusq; epulantur opimis,
Et poſitis agitant alacres conuiuia menſis
Splendida, & Aonijs oblectant pectora Muſis.
Hos inter cantor diuina uoce canebat
Demodocus, populis magno ueneratus honore. *Demodocus cantor, ut Iopas apud Virg.*
Sæpe caput uerſus Solem uertebat Vlyſſes,
Omnia qui terris illuſtrat lumine claro.

Certus

Certus iter dudum curſus properabat Vlyſſes,
Optabatq; Ithacas lætus rediiſſe ſub oras:
Ceu cum fortè cupit cœnam deſeſſus arator, Comparatio
Vt ſub aratra boues nigrantes tergora iuncti
Verterunt glebas, & longa noualia campis,
Donec Solis obit ſplendor, Titaniaq; aſtra
Expectata diu occaſu, dum ſerus Olympo
Heſperus exurgat. tum menſam feſſus arator
Incuruis repetens genibus, egreſſus ab aruis
Incedit. Sic & cupido iam lumen Vlyßi
Occidit immerſum Phœbi ſub Doridos undis.
Mox hic alloquitur nautas Phæacas ad undas,
Ad quos remorum defertur gloria ſola.
Præcipuè Alcinoum multo compellat honore: Digreſſus Vlyſſis ab Alcinoo ex Phæacia.
O` rex Alcinoe, & populûm regnator in undis
Cunctorum, princeps Graiæ clarißime terræ,
Mittite me puppi: ſurgentes demoror auſtros.
Vos ſacra ſumma Ioui læti perſoluite celſo,
Gaudentes uotis. dudum mihi ritè peracta
Iam ſunt, quæ tota cupiens ego mente petiui.
Hæc quoq; dona feram naui comitatus in alta:
Cœleſtes faciant quæ ſunt gratiſſima diui,
Fortunate mihi: incolumem quoq; coniugis altæ
O`utinam inueniam ſortem, rediturus ad oras
Dulichias, uideamq; meos optatus amicos:
Fœlices uos, iam patria uos uiuite læta
Phæaces, quibus eſt ſua nunc fortuna peracta.
Vos oblectantes dominas, dulceſq; puellas Virgil li. 3. Aen. de digreſſu Aeneæ
Pignoraq; ipſa thori natos, & gaudia mille,
Blandiloquis facite amplexus uxoribus arcti.

ab Andromache et Heleno ex Chaonia Epiri.

Dijq; omnes uobis opto uirtutis honores,
Dentq; decus patriæ. neu quid reſpublica damnis
Preſſa luat, fatis creſcant melioribus arua.
Dixit, & hæc omnes laudarunt dicta iubentes
In patriam mitti reducem, dum iuſta rogaſſet.
Tunc pater Alcinous uirtute inſignis & ore,
Præconem alloquitur: Magnum cratera corona

Pontonous pincerna.

Pontonoe, atq; mero reple, dehinc ordine cunctis,
Aulai in medio præbe. libabimus alto
Vina Ioui, patrias hoſpes mittetur in oras,
Inq; ſuos Ithacæ fines & dulcia rura.
Dixit. Pontonous tum mellea pocula miſcens,
Diſtribuit cunctis humorem ritè Lyæi.
Illi libabant patri, diuisq; beatis,
Qui delubra habitant & tecta patentis Olympi.
Regis ſede pius ſubitò ſurrexit Vlyſſes,
Excelſum renitens pectus, oſtroq; decorus
Porrigit Aretæ reginæ pocla rotunda,
Compellansq; illam celeri ſic fatur ab ore:

Vlyſſes reginæ.

O' regina mihi æternum clariſſima ſalue,
Aeternumq; uale. ſemper tibi gaudia pectus,
Pertentent opto, donec tibi curua ſenectus,
Et fatum, quæ certa quidem mortalibus uſu
Eueniunt miſeris. abeo: regina, per aulam
Delectere tuam, natisq; & rege potenti
Alcinoo, & populis terræ Phæacibus altæ.
Sic ait. atq; uiam carpit digreſſus Vlyſſes.

Vlyſſis diſceſſus ab Alcinoo.

Virtute Alcinous præconem clarus ab aula
Præmiſſum ad nauim & littora curua iubebat
Currere uelocem, quà fluctuat æquoris æſtus.

Arete

Arete famulus Samio quoq; mittit eunti.
Vna quidem nitidam chlamydem, tunicamq́; ferebat:
Atq; aliæ pictas arcas dat ferre per urbem,
Altera ſed cererem & quæ uina rubentia geſtet.
Ad nauem poſtquam uenere, & ad æquora cana,
Dona caua clari comites in puppe reponunt,
Atq; omnem condunt adeò potumq́; cibumq́;.
Sternitur hinc lectus & culcitra mollior alta
In puppi, qua ſunt nauis tabulata cauatæ.
Linteaq́; inijciunt, recubans ut molliter ipſe
Naue ſopore grauis ſomni decumberet hoſpes.
Huc ergo ingrediens ſtratis requieuit in altis
Dulichius. fuerant nocturna ſilentia terris.
Ordine deinde parant omnes conſidere tranſtris,
Deq́; cauo ſaxo ſoluerunt littore funem.
Tum mare findentes incumbunt æquore tonſis,
Et iactant fluctus. olli laxauerat acris
Languida membra ſopor. tum lumina ſomnus oberrat
Dulcis, & alta quies, placidæq́; ſimillima morti
Serpit in obſcuris non excutienda tenebris.
Ceu cum quadrijuges celebri certamine campum
Corripuere, ruuntq́; impulſi uerbere crebro,
Emenſiq́; uiam ſublato pectore curſus
Intendunt celeres, aurigæ undantia lora
Concuſſere iugis, & prona flagella reſultant.
Sic quoq; nauis aqua fertur. ſed ponè ruebat
Vnda nigro fluctu reſonantis marmoris ingens,
Et uolucrem tendens curſum uolat æquore tuta.
Quam non accipiter uolucrum rapidiſsima pennis
Circus auis lapſu uincat, curſuq́; ſequatur.

Macrob. lib. Satur. 5. cap. 7.

Vſq;

Vſq; adeò fœlix undas ſalis ære ruebat,
Puppe ferens magnum tumidas heroa per undas,
Prudentem, ſimilemq; deo, ſub pectore curas
Voluentem. Hic multum terris iactatus & alto,
Multa quoq; & bello paſſus, tot adire dolores
Suſtinuit, ſæuas dum traijcit æquoris undas.
Nunc carpit ſomnos, curæ ſecurus amaræ,
Oblitusq; mali quod quondam paſſus in undis,
Scylleoq; fuit ponto, rapidaq; Charybdi.
Lucida ſtella iugis cum iam ſeſe extulit altis,
Deducensq; diem roſeo nitidiſsima cœlo
Lucifer Auroræ uernantis lumen amœnum
Nunciat apparens, claro conſpectus Olympo,
Vndiſono currens pelago, terrisq; propinqua
Appulit acta rates, patriæq; inuexit Vlyſſem,
Neritijsq; aruis. Ithacæ curuatus in agro
Phoreynis Ithacæ portus deſcriptio. Phorcynis æquorei portus proiecta ſub ora
Protendens latera in littus uergentia bina.
Hæc abrupta quidem defendunt æquore fluctus
Ingentes. tutus ponti ſtridentibus auris
Portus, ab acceſſu uentorum immotus, & altas
Arcet aquas pelagi. hic feſſas non uincula naues
Vlla tenent, unco non alligat ancora morſu,
Macrob. li. 5. ca 2 Satur. Sed tabulis ſiccæ curuo ſtant littore puppes,
Intrarunt poſtquam portus, ſpaciumq; recuruum.
Deſuper hic denſis portus ſub uertice ramis
Arbor humo patulæ uiridi frondeſcit oliuæ,
Iuxta antrum ſacris umbroſum & amabile Nymphis,
Naiadumq; domus, nymphæ ſunt Naiades undis.
Intus crateræ ſunt, uiuis amphora ſaxis

Arte

Arte frequens, & apes ſub amœna rupe ſuſurrant.
Ad lapides intus prælongo ſtamine telæ,
Cærulea hic iuxta texebant lintea nymphæ,
Percurruntq́; leuem telam, mirabile uiſu.
Intus aquæ dulces fluxu, riuoq́; perennes.
Speluncæ aſtabat binis hic ianua portis:
Altera ſub boream tendit, mortalibus uſu
Peruia. Deinde notum contra petit altera uentum,
Sacra deis. aditus tantum immortalibus illac
Eſt uia, non ullis iter hac mortalibus unquam.
Illuc contendunt curſus Phæaces in undis.
Vt uidere rati portus, mox puppis arena
In terram appulſa eſt media plus parte rudentum.
Sic impulſa manu nautarum, & remige forti
Concita cum uelis, Ithacis allabitur oris.
Hic naui egreßi in terram, ſedemq́; quietam.
Inde caua tollunt puppi Phæaces Vlyſſem:
Cumq́; ipſo pictis nitidißima lintea ſtratis,
Splendidaq́; ornatu portatur culcitra ſeruis.
In ſiccis preſſum deponunt corpus arenis
Molle ſopore graui. cultißima dona ſub antris
Elata exponunt, quæ quondam munus Vlyßi
Illuſtres dederant Ithacam Phæaces eunti,
Armiſonæ magno quæ cepit honore Mineruæ.
Hæc ad radices cumulant florentis oliuæ,
Denſa loco uiridi ſimul extra ſtrata uiarum,
Ne quis ut eriperet celerans inuenta uiator,
Ne' ue uiam carpens ſopitum læderet herba,
Ante thoro ſurgens quàm expergiſcatur Vlyſſes.
His rite exactis, iterum Phæaces in unda

Antrũ Nymepharum.

Virg. Aen. lib. 1.

Vlyſſes adue hitur Ithacã ſoporatus, ac nullo modo ſomno excitiendus exponitur in littore ſecreto.

Vela dabant læti, repetentes regia tecta.
At nondum oblitus fueras Neptune minarum,
Quis fueras olim ſacro indignatus Vlyßi.
Conſiliumq́; Iouis petis hinc, & talia faris:

Neptunus indignatur Vlyſſem reſtitutum eſſe patriæ

Iuppiter altitonans, an' ne immortalis honorem,
Siue deûm quiſquam poſthac mihi cultus habebit?
Cum me non homines, non me Phæaces honorent,
Quanquam ſe populum noſtra de gente creatum
Iactant. detinuit uarius mihi fluctus Vlyſſem:
Cui non antè quidem patrios repetiſſe penates
Annueram, quàm multa mari terraq́; fuiſſet
Paſſus. at ut patriam peteret, reditumq́; per undas,
Non tamen uſq; adeò eripui, promiſſaq́; fata,
Quæ ſemel annueras. Sed noſtro numine læſo,
Sopitum celeri ſpumoſa per æquora puppe
Ducentes, Ithacæ tutis Phæaces arenis
Depoſuere uiri, nec non ingentia dona,
Aes aurumq́; domus uarium, & ſubtegmine ueſtem,
Et circumtextas chlamydes, ſigniſq́; rigentes,
Quot nunquam Troia retuliſſet ſoſpes Vlyſſes,
Si incolumis unquam remeaſſet uictor in oras
Dulichias, quondam ſpolijs orientis onuſtus,
Pergameam reuehens prædam, ſortemq́; ſuperbam.
Imbrifer huic fari reſpondens Iuppiter infit:

Iuppiter Neptuno.

Dij, quibus imperium, quæ nã Neptune profundi
Aequoris ô domitor dixiſti? nulla deorum
Cani deſpiciunt ponti te turba potentem.
» Difficile eſt clarum & priſcum uirtutibus æui,
» Ingentemq́; deum tanti contemnere regni, &
» Affeciſſe malis, laudemq́; auertere factis.

Si quis

Si quis uerò hominum confiſus robore tanto,
Qui iactet uires, nec te colat æquore regem
Viribus inferior: pro maieſtate deorum
Vltio ſæua tibi eſt hominum, ſemperq́; poteſtas
Eſt conceſſa tibi. quare quæcunque lubebit,
Atq; licet, facias animo gratiſsima ueſtro.
Huic contrà fatur Neptunus motor aquarum,
Qui quaſſat terras, & concitat æquora uentis:
Iuppiter, ô utinam foret iſta potentia nobis. Nept. Ioui.
Aſt iram uereor ſæuam, numenq́; Tonantis
Hoc obſeruo tuum. iam ducam nubila ponto
Quando iubes, perdamq́; uiros, nauemq́; ſuperbam
Phæacum, Ithacæ redeuntem littore terræ,
Diſijciamq́; nigri lato ſuper æquore fluctus.
Quin ipſos uertam, & Phæacum imponere montem
Vrbi decreui recubantem littore toto,
Ne poſthac hominum deducant æquore naues,
Abſtineantq́; mari comitati puppibus alto.
Imbrifer it contrà placido ſic Iuppiter ore:
O dij, quàm noſtro fuit hæc ſententia, cordi. Iupiter diis
Magna quidem res eſt. populus cum totus ab urbe
Impulſam cernet Neptunum reddere ſaxum
Nauem, æquale rati celeri, mirabile uiſu,
Atq; urbi ingentem Phæacum imponere montem,
Vt cuncti tantam mirentur littore molem.
Hæc ubi percepit Neptunus, motor aquaĩ,
Qui quatit immanes fluctu telluris arenas,
Tendit iter, Scheriæ terras ingreſſus amœnas,
Hic ubi Phæaces habitabant mœnibus orti.
Conſtitit hic Neptunus aquis, ſæuuſq́; tridenti,

Iam celeri propius curſu delata carina
Venerat, & ualidis Phæacum concita remis.
Huic ſubitò occurrit propius Neptunus in undis,
Phæacum nauis in ſaxum uertitur a Neptuno quod Vlyſſem deduxiſſet.
Et ſaxum faciens puppem, radicibus egit
Inferius uires, pontoq́; ligauit amaro,
Impellensq́; manu diſceßit in æquora prona.
Inter ſe uario populi ſermone loquuntur,
Longis Phæaces remis ratibusq́; periti.
Sæpe aliquis uulgo quærens, quis in æquore puppim,
Inquit, continuit celerem, ſaxoq́; reuinxit?
Cum iam appulſa maris conſtaret littore tota.
Namq; ignorabant fatum & miracula ponti.
His ſic Alcinous facundo fatur ab ore,
Concioq́; aſtabat, mirata pericula puppis:
Alcinous Phæacibus.
O ciues ciues, antiqua oracula patris
Nunc habuere fidem, mihi talia fata canebat.
Nunc repeto hæc generi portendere debita noſtro,
Motum iri quondam Phæacum gentibus ira,
Qui tenet imperium tumidis Neptunus in undis.
Quamlibet innocui comites quod in æquore cunctos
Ducimus Ionio, & merſurum gurgite celſo
Ornatam puppim redeuntem, & littore montem
Impoſiturum urbi, prohibentem lumina ſolis.
Sic ſenior quondam narrabat fata ſuperſtes:
Quæ nunc ad metas ueniunt, æuumq́; ſequuntur,
Verùm agite ut moneo, cuncti parete uolentes,
Atq; hominum comites poſthac deducere puppes
Abſtineatis aqua, ſi quis ſucceſſerit hoſpes,
Ingreſſusq́; urbem fuerit. nunc cædite tauros
Lectos bis ſenos, Neptuno ſacra potenti

Facturi

Facturi ingentem montem ne mœnibus urbis
Imponat noſtræ, ſortem miſeratus iniquam.
Dixit. at hi trepidi mactarunt cæde iuuencos.
Tum cum gente duces unà, ſanctusq; ſenatus
Phæacum, pariter ſtantes altaria circum,
Supplice uoce rogant Neptunia numina ponti.
Interea excutitur ſomno diuinus Vlyſſes, Vlyſſes experrectus, ſe in Ithacam delatum ignorat.
Cum patria ignotus dudum recubaret arena:
Nec patriam norat longo diſiunctus ab oris
Tempore Neritijs. circum dea fuderat atras
Nata Iouis Pallas nebulas, & texit amictu,
Cernere ne quis eum, neu quis contingere poſſet,
Moliri' ue moram, aut ueniendi poſcere cauſas:
Neu faceret notum, neu ſingula ferret in auras:
Ne' ue prius dulcis coniunx agnoſceret ora,
Cognatiq; uiri, ciuesq; è mœnibus altis
Egreßi uideant, quàm nudo cæderet acres
Enſe procos, patria qui luxuriantur in aula,
Puniretq; ſcelus, & facta ſuperba procorum.
Ergo cuncta alia apparent uariata figura,
Perpetuæq; uiæ, portusq; & littora curua,
Atq; altæ rupes, arborq; & fronde uireſcens
Arbuſtum campis: ſurgens ſtetit altus Vlyſſes,
Terras aſpiciens patrias, ſic fatur obortis
Deplorans lacrymis, manibus femora alta ſonando
Deiectis lugens percußit terq; quaterq;:
Me miſerum, rurſus quorum delatus in oras Vlyſſes fectũ.
Aduenio, qui rura tenent homines' ne, feræ' ne?
An ſæui & facto crudeles, an' ne feroces,
Hoſpitijs' ne pij, & ſancta pietate benigni:

AA *An iuſti,*

An iuſti, mentiſq; bonæ, & uirtutis amantes?
Quò iam dona feram, quò tot res ergo recondam?
Quó ue erro ignarus? utinam Phæacibus iſta
Manſiſſent, alios quæſiſſem littore reges
Magnificos. forſan charo dilectus amore
Rex foret inuentus, qui me comitumq; ducumq;
Turba deductum patrias retuliſſet in oras.
Abſcondam potius, ne ſint ea præda relicta
Dona alijs. ô dij, quæ nam Phæaces agebat
Mens non æqua duces, aliena in littora terræ
Me ueherent, Ithacæ pacti ſub littus amœnæ
Ducturos ſe olim celeri ſuper æquora puppe.
Heu deceptus ego. ſpero ſed poſſe moueri
Et uotis precibuſq; deûm, nec deforе pœnis,
Vlturumq; Iouem tumidis Phæaces in undis.
Ille quidem cunctos mortales reſpicit ultor.
Et quicunq; feri committunt crimina, plectit.
Verùm age res quæram, Phæacum dona recenſens:
Ne quid ſuſtulerint abeuntes puppe per æquor.
Dixerat, & tripodas nitidas, pulchroſq; lebetes,
Atq; aurum, & raro textas ſubtegmine ueſtes
Ritè recenſebat. poſtquam nil deeſſe notanti
Ex numero uidit, progreſſus ad æquoris undas
Et reſonans littus, deflebat patria rura,
Lamentanſq; ſinum lacrymis humectat obortis.
Pallas Vlyſſi obuia fit, iuuenis habitu. *Cum ſeſe Pallas, iuuenem mentita decorum,*
Paſtoremq; ouium formoſo corpore mollem,
Aut quales regum nati ſpaciantur in aruis,
Obtulit, atq; humeros gemina circundata ueſte
Lucida, tum plantis teneris talaria nexa,

Intrabat geſtans parmam, iaculumq́; ſiniſtra.
Obuius huic contrà nimium lætatus Vlyſſes
Accedens, ultro uerbis compellat amicis:
O` quem te memorem, ſalue tamen inclyte, ſalue: Vlyſſes Palladi.
Sis fœlix, quicunq; nouis occurreris agris,
Atq; adeò hæc ſerues quæ cernis munera campis:
Ceu genua ipſe deo ſupplex tibi dulcia tango,
Sis fauſtus, noſtrumq́; leues quicunq; laborem.
Quæ tellus, aut quæ gentes hominesq́; per arua?
Nunquid amœna iugis medio iacet inſula ponto?
An' ne iacet urgens aliquod contra æquora littus,
Herbifer aut campus, ſeu fertilis ubera terra?
Glauca oculos contrà fatur Ioue nata Minerua:
Ah demens hoſpes, longis' ne profectus ab oris Pallas Vlyſſi
Huc ades, ignarus qui terram quæris? at illa
Florigeris paßim eſt adeò haud ignobilis agris,
Inſula diues opum, multis notißima fama, Ithacæ deſcriptio, & natura ſoli.
Quicunq; auroram, Titanáq; uerſus eoum,
Subq́; uijs habitant Solis, noctemq́; tenebris
Obſcuram uerſus: cliuoſis aſpera campis.
Non ullis extat aruis equitabilis uſquam.
Non tamen uſq; adeò ſterilis, non æquore campi
Lata patet, fines maris eſt anguſta recuruos:
Triticeam in meſſem multum tamen altilis aruo.
Colleq́; palmifero, & generoſa conſita uite.
Fert bene flauentes ſegetes, bene uina lyæi.
Hæc habet aßiduas pluuias, roremq́; per arua
Manè uireſcentem, capris bene diues alendis,
Aptáq; bobus agro, uarijsq́; hæc obſita ſyluis,
Et nemoroſa iugis, riguoq́; uberrima fonte.

Perpetuæ hic undæ potus, riuiq́; perennes.
Quin Ithacæ Troiam nomen peruenit ad altam?
Quam procul eſſe ferunt hinc hoſpes Achaide terra.
Sic ait. at lætum pertentant gaudia pectus
Dulichij herois, nimium patientis Vlyßis.
Ille quidem gaudet patrias delatus in oras,
Aegiocho ut Pallas perhibet Ioue nata Minerua.
Quam ſic compellans, ſubitò ſic narrat Vlyſſes:
Sed non uera tamen ficto ſermone profatur,
Aſtutam uerſans circa præcordia mentem:

Diſſimulans ſe eſſe Vlyſſem, fingit cauſam ad uentus.

At nobis Ithacæ Creteis uenit in oris
Auditum longè nomen ſuper æquora ponti.
Vectus ego his rebus ueſtris allabor arenis,
Heu patriam fugiens, tam dulcia rura relinquo.
Sed tamen & natis totidem quoq; munera liqui,
Idomenei charum crudeli funere natum
Orſilochum, tetras miſi Phlegethontis ad undas,
Occidens ferro, Cretæ qui clarus in oris
It pedibus uelox, celebri & contendere curſu
Vtilis, ille uiros uincebat in agmine plantis,
Atq; fuga uolucer curſores ocyor euro,
Me cupiens omni prædæ ſpoliare rapina,
Quam Troia extuleram, quondam tot adire labores,
Totq́; uirûm pugnas & tantæ prælia cladis,
Totq́; undas ponti triſtes ſecuiſſe per æquor
Iuſſus. ob id, quoniam non Idomenea parentem
Seruitio colui quondam, meruiq́; fauorem
Aſſaraci campis Troiæ ſub mœnibus altis.
Aſt ego dux ſocias ductabam marte cohortes.
Hunc ego ferrata traieci fortior haſta,

Nocte ſub obſcura redeuntem rure paterno
Inſidiatus agris, quà ſeſe ſtrata uiarum
Portendunt, unà ſocius comitatus obibat.
Nox erat, & cœlum tenebris tum cæca tenebat.
Sed tunc nemo hominum ſæuis nos uidit in armis.
Excipio incautum fallens, animamq́; cruentam
Effundo dextra hac, connixus acumine ferri.
Occubuit poſtquam crudeli funere raptus, Narratio ficta.
In puppem fugiens, ſubitò feror exul in altum,
Illuſtres ratibus bibula Phœnicas arena
Exorans, prædamq́; dedi, preciumq́; carinæ,
Meq́; uehi iubeo uelis, & puppibus altis,
Seu Pylon antiquam malim, ſiue Elida ſacram,
Hic ubi belligeri ferro dominantur Epei.
Aſt illinc ipſos tempeſtas orta per æquor
Inuitos repulit. neq; enim me fallere ponto
Mens fuerat, cæcaq́; uagi caligine noctis
Illinc errantes huc tandem uenimus acti.
Obnixiq́; diu contis remiſq́; ſubimus
Portum, nec memores cœnæ, quanquam urget egenos
Dira fames, curua egreßi de naue per arua
Sternimur herboſo prope fluctus littore ponti.
Hic mihi defeſſos dulcis ſopor occupat artus,
Fortunaſq́; meas Phœnices naue cauata
Tollentes, ſubitò poſuerunt margine curuo.
Hic ubi littorea recubabam mollis arena.
Naueq́; conſcenſa fugiunt ſpumantibus undis,
Sidoniamq́; plagam rurſus petiere per æquor,
Florigeros pulchre quæ floret amœna per agros.
Hic ego deſertus iacui tum pectore triſti.

Olli ſubridens oculos dea glauca Minerua,
Fit ſimilis ſpecie præſtanti membra decora
Egregiæ uultus dominæ, operumq; peritæ.

Minerua increpat Vlyſſem diſſimulationis.

Haud equidem quiſquam fallax te fraude doliſq;
Exuperet, nec ſi contenderet arte deorum
Turba tibi, oppoſitos poteras deuincere diuos.
An uerſare dolos patrio quoq; rure paraſti,
Verbaq; falſa animo meditaris natus ad artes,
Et genere aſſuetus fraudi. præcellimus aſtu
Ambo tamen, tu conſilio uerbiſq; diſertus
Vincis mortales, ego diuûm gloria cœli
Conſilijs aſtuq; deûm non infima Pallas.
An' ne ignoraſti Ioue natam Pallada celſo,
Quæ te per caſus, per tot diſcrimina ſeruo,
Quæ quoq; te gratum feci Phæacibus altis?
Conſultura iterum ut condam tua munera ueni,
Fortunaſq;, tibi populus quas donat habere
Conſilio noſtro Phæacum illuſtris, arenas
Cum peteres Ithacas. referam, quos corde dolores
Fata pati iubeant patria te ſede morantem.
Tu ne cede malis tantis: nam ferre neceſſe eſt.
Hæc nulli mandes, præſteſq; ſilentia rebus.
Nec cur ipſe uagus uenias, neu fœmina noſcat,
Neu ſciat illa uirûm quiſquam, cauſaſq; requirat.
Aſt animo tacitus tantum ſufferre dolorem
Suſtineas, ſeu facta uirûm non æqua furentum.
Cui contra prudens fatur ſic orſus Vlyſſes:

Vlyſſes Palladi.

O' dea, quàm durum eſt te noſcere Pallada diuam,
Sit licet & ſapiens, cuicunq; occurris, in omnes
Te uertis ſpecies, uultus mentita uiriles.

Hos

Hoc tamen en fateor, Phrygiæ dum Pergama Troiæ
Oppugnamus agris miſcentes prælia Graij,
Auxilio aſtabas Troiano marte benigna.
At poſtquam Priami celſam diſiecimus urbem,
Nosq́; deus ratibus cedentes ſparſit Achiuos,
Illo nata Iouis non te pòſt tempore uidi.
Vllam nec ſenſi conſcendere Pallada puppim,
Tollentem curas: uerùm ſub pectore triſti
Confectus, pelagi tumidis uagor exul in undis,
Donec me ſuperi miſerati fluctibus atris,
Eriperentq́; malis, mollis prius ubere glebæ
Quàm ſolata tuis Phæacum mœnibus altis
Me fueras uerbis, traheresq́; aggreſſa ſub urbem.
Per genitorem oro, ſi Ithacam delatus amœnam
Acceßi, referas. reor haud me puppe reductum
In patriæ terras, & dulcia rura parentis.
Verùm alias ueni imprudens allapſus ad oras.
Quin tu me fallens certas illudere menti?
Hunc iterum orditur contrà Tritonia Pallas:
Larga quidem ſemper circa præcordia uerſat Pallas Vlyſſi
Mens aſtus: nec te triſtem infauſtumq́; uideri
Ipſa ſinam. ſiquidem blando facundus es ore,
Et prudens rerum, & uaria ingenioſus in arte.
At quicunq́; alius fluctus errarit in undis,
Ille quidem cupiet chara cum coniuge natos
Poſſe uidere domus intra penetralia celſæ.
Sed non antè tibi eſt gratum perdiſcere famam,
Quàm fidei ſpecimen ſiue experiaris amorem,
Tentarisq́; tuæ lectum caſtumq́; cubile
Coniugis. illa ſedet patrijs mœſtißima tectis,

Et queritur tardas luctu procedere noctes,
Atq; dies lacrymis ſibi luget abire relictæ.
Harum non unquam fueram tibi neſcia rerum,
Aut mentis dubiæ, quin iam rediturus Vlyſſes
Ipſe fores olim patriæ delatus in arua,
Et mactata cohors tibi luxurioſa procorum
Lethæas ſubitò foret ingreſſura per undas,
Sed prius amiſsis ſocijs ſuper æquore ſalſo.
At non & patruo furioſa reſiſtere ponto
Neptuno uolui: & me cano opponere fluctu
Irarum motu fuit indignatus Vlyſſe,
Lurida quòd chari terebraſti lumina nati.
Ergo age nunc Ithacæ terramq; & littus arenæ
Oſtendam ut credas. ſenis hic, ut cernis, amaras
Phorcynis æquorei patet en tibi portus ad undas,
Vertice ſub gelido patulæ quoq; tegmen oliuæ,
Vmbroſum iuxta uiret antrum frondibus altis.
Nympharumq; ſpecus ſacrum, quas Naiadas undis
Dicimus, hic etiam latis ſpelunca cauernis,
Saxis tecta iugi, qua ſolennes hecatombas
Naiadum Nymphis toties ſacrare ſolebas.
Hic mons eſt ingens præcinctus arundine ſyluæ,
Hic nemora alta ſonant, & Neritos ardua ſaxis.
Dixit, & huic nebulam diſiecit in aera ſparſam,
Atq; Ithacæ tellus medijs apparuit undis.
Qua uiſa, patiens pectus lætatur Vlyſſes,
Gaudens rure ſuo, dat fœlix oſcula terræ,
Extollensq; manus, Nymphis tum ſupplicat antri:
Naiades Nymphæ, ſoboles Iouis inclyta ſummi,
Sæpe quidem dixi, quando uos antra uidebo,

Vlyſſes per Pallada Ithacæ ſitum ac patriam agnoſcit.

Vlyſſes ſupplicat Nymphis.

Quando

Quando Naiadas patriæ, nunquam' ne uidebo
Flumina? nunc iterum Nymphæ ſaluete paternæ,
Voceq; nunc læta rurſus ſalutete receptæ.
Nunc iterum ut quondam faciemus munere ſacra,
Si Ioue nata ſinet, prædis intenta Minerua,
Meq; uolet ſupera cœli modò ueſcier aura,
Et dulcem uiridi natum firmabit ab æuo.
Hunc iterum affata eſt oculos dea cæſia Pallas:
Confidens animum reuoca,mœſtumq; timorem Pallas Vlyſſi
Pelle: neq; iſta tibi mœrentia pectora cara
Sollicitet, potiusq; extremo munus in antro,
Fortunasq; tuas mira in ſpelæa ſub umbra,
Vt tibi tuta loco conſiſtant dona, feremus.
Mox quoq; conſilium uarijs de rebus habere,
Seu tibi quæ peragenda prius ſtatuemus in ar uis,
Vtq; alia inde citò fiant captabimus unà.
Dixit. & intrauit ſpeluncam horrentibus umbris
Obſcuram, inq; ſpecu quæſiuit diua latebras.
Ingens interea ſimul æs aurumq; ferebat,
Arteq; conſutas ueſtes, cultuq; ſuperbas,
Quas dono dederant celebres Phæaces Vlyßi,
Ordine diſponens tot munera condidit antris
Aegiocho Pallas Ioue nata, & Gorgone ſæua,
Impoſuit foribus rupes, antrumq; recluſit
Obiecto ſaxo, atq; emunijt obice poſtes.
Tum uerò patulæ ſacrum prope tegmen oliuæ,
Quà ſe radices tendunt, crudelia fata
Et mortem intentant Ithacam uaſtantibus aulam,
Atq; procis cædem meditantur rupe ſedentes.
Iamq; prior Pallas coram ſic farier infit.

Pallas Vlyſſi, de procorum petulantia, et uxoris caſtitate ac fide.

Inclyta Graiugenûm prudentia rebus Vlyſſes,
Laertis ſoboles, diuûm generoſa propago,
Nunc inferre manus fortes, mortemq́; memento
Marte procis ſæuis, qui tecta aulamq́; gubernant
Laertis, rediȷt dum ternis meßibus æſtas,
Sollicitantq́; thorum ſacrum, caſtumq́; cubile,
Vxorisq́; animum, preciumq́; & dona ferentes.
Arce uiri queritur reditum mœſtiſſima coniunx,
Vſq; dolens fatis mœrenti pectore luget.
Vtq; minus nubat, proceres ſpe paſcit inani,
Pollicitisq́; omnes prudenter fallit amantes,
Quiq́; ſuum toties quærant, iam miſit, Vlyſſem.
Quoq́; fidem ſeruet redituro caſta marito,
Ingenioſa moras alias quoq; fingit, & artes.
Cui contrà eſt prudens ſic ore loquutus Vlyſſes:
Dij, quibus imperium: caſus quàm penè fuiſſem,
Ceu quondam Atrides crudeli funere, ſede
In patria, ni me monuiſſes tempore duro.

Palladis conſilium ac opẽ petit Vlyſſes.

Fare agè conſilium, quo perfida turba iacebit,
Atq; dabit fuſo dignas cum ſanguine pœnas.
Auxilioq́; ſubi, atq; audacia pectora mitte.
Qualis eras, magnæ cum ſplendida mœnia Troiæ
Vertimus, & rutilis ceciderunt Pergama flammis,
Talis in arma mihi uenias animoſa Minerua,
Et pugnabo uiris inuicto marte trecentis:
Si modò prompta manu, paribusq́; adiuueris armis
Inclyta marte Iouis ſoboles, ueneratáq; Pallas.

Pallas opem pollicetur, & conſiliũ dat Vlyſſi de procis aggrediendis.

Illa autem: Auxilio ueniam, nec prælia fallam.
Atq; ea dum pariter belloq́; paramus & armis,
Spero ego tum crebroq́; atroq́; cruore procorum

Perfuſam

Perfuſam terram, menſasq́; epulasq́; lyæo
Fluxuras mixto, quicunq; epulantur Vlyſſe
Resq́; dapesq́; tuas. nunc te quoq; corpore toto
Cunctis ignotum faciam mortalibus: atq;
Quæ nunc pulchra cutis, flexis areſcere membris,
Et capitis flauos faciam nigreſcere crines.
Deleboq́; comas, induto pallia iungam,
Vt quicunq; uidet, cultos horreſcat egenos,
Quæq; nitent pulchrè fœdabo lumina uultus:
Vt cunctis, ſimul uxori, natoq́; relicto,
Atq; procis ſæuis aſpectu turpis & atrox
Te referas. ergo prius hinc accede ſubulcum
Rure ſues patrios paſcentem glande cadente,
Penelopæq́; tuæ fidum, natoq́;, tibiq́;.
Inuenies illum ſeruantem ad ſaxa Coracis,
Et fontes Arethuſa tuos, ſub littore porcos
Dulcem paſcentes glandem, riuosq́; loquaces,
Cæruleasq́; undas potantes uallibus altis,
Quîs madidi florent nitida pinguedine porci,
Nutritiq́; ſues riuis, quercuq́; uirenti.
Illic ut iubeo quærendo plura maneto,
Donec eo, claram nitidis Lacedæmona Nymphis.
Telemachum inde tibi ſobolem reuocabo parenti
Dulce thori pignus Menelai ad tecta profectum
Ingentem Spartam, famamq́; decusq́; ſequutum
Grande tuum, ſi fortè quibus ſperatus in oris
Aeuum degis inops, & adhuc uitalibus auris
Veſceris. his dictis it contra dicta Mineruæ
Dulichius: Dum cuncta patent præcordia circum, Pallas Vlyſſi.
Tuq́; futura ſcias: cur non huic certa loquuta es?

An ne

An' ne ut & ille uagus per concita marmora raptus
Erret, & infœlix patiatur mille dolores?
Donec edant epulas, & ſit fortuna mearum
Præda procis rerum? Pallas ſic orſa profatur:
Pallas Vlyſſi Hic, tibi ſabor enim, quando hæc te cura remordet,
Nil te ſollicitet. prolem Lacædemona miſi
Ipſa tuam, ut famam lætam genitoris Vlyſsis
Audiat, utq; ſibi pariat nomenq; decusq;.
Nec dolor ullus edax mordet: tranquillus in aula
Atridæ regis ſedet: hic ubi ſplendida Troiæ
Et fortuna ducum, iuuenes ſed puppe profecti,
Inſidias illi poſuerunt gurgite curuo,
Vt prius incautum cædant, quàm rurſus in oras
Se referat patrias. nunquam tam perfida pactis
Euentura reor, tellus prius ima dehiſcat
Oppreſſura procos, Ithacæ quicunq; paternæ
Deuaſtant tot opes, & luxuriantur in aula.
Sic effata, uirum tum tangit arundine uirgæ,
Mutatur V- Atq; arere cutem fecit per membra decora,
lyſsis habitus Et flauos capitis crines extinxit, & illi
in mẽdici for Annoſi induxit corpus ſenis undiq; pellem,
mam et ſenis Lucidaq; augusto fœdauit lumina uultu:
Veſteq; pannoſa, & uili, tunicaq; ſenili
Induit, & lacera, & fœda, fumoq; nigranti
Polluta. æripedis cerui tum pellis obibat
Cruda uirum, uirgamq; manu baculumq; ſiniſtra,
Et ſaccum informem, qui denſis undiq; rimis
Plenus erat, tortum cui pendet tergore lorum,
Donat habere uiro. digreſſi littore curuo,
Conſilium pariter duris ſic rebus habentes,
Diſceſſere.

Diſceſſere. petit ſacram Lacedæmona Pallas, Pallas ad Telemachum proficiſcitur Lacedęmona.
Nuncia Telemacho nato Tritonis Vlyßis.

ARGVMENTVM LIB. XIIII.

Dum ſtabula alta petit greſſu pannoſus Vlyſſes,
Penè ſuis canibus laceratus præda fuiſſet,
Suſcipit hinc Ithacum patrijs Eumæus in agris,
Regis & hoſpitium, uaria & reſponſa ſubulci,
Dictaq; Naritij, dum ſe transformat Vlyſſes,
Oraq; diſsimulat, longosq; per æquora curſus
Fingit, & hinc falſo narrat ſua facta per undas,
Vtq; pij nuper famam percepit Vlyßis.

ODYSSEAE LIBER XIIII.

Dulichium recipit Eumæus rure ſubulcus.

AT lacer, æquoreis undis iam liber Vlyſſes,
Progreditur portu, fluctus & littora linquēs,
Per iuga dura meat, & per loca conſita ſyluis,
Et nemoroſa nigris lucis, quà ſemita ducit
Aſpera, ubi Pallas prædixerat eſſe ſubulcum,
Cui pecorum uictusq; fuit tum maxima cura,
Quos Ithacus ruri tenuit, fidißimus unus.
Quem tum ueſtibulo reſidentem repperit alto,
Stabat ubi immanis excelſis area tectis,
Septa agro pecorum uiridi ſublimia campi.
Et uentoſa loco, pulcherrima porticus aura,
Circuitusq; patet ſuibus: quas condidit ædes,
Dum peregrè quondam fuerat dilectus Vlyſſes, Eumęi ſubulci domus, ad quem Vlyſſes mendicus diuertit, deſcriptio.
Rex Ithacæ: non auxilium Laertis habebat,
Non dominæ, ſolus pecorum ſtabula alta reciſis

Struxerat

Struxerat hic ſaxis, ſpinoſa ſepe retexens
Munijt, ingentes uallos infixit utrinq;
Quercubus inciſis denſis, ſub uallibus altas
Quæ frondes olim motarant arbore nigra.
Intus ſepta ſuum fecit bis ſena ſub aula
Iuncta ſimul, lectos porcis, his corpora ſetis
Quinquagena ſuum recubant incluſa, per ipſam
Fœmineæ matres terram: ſtabulantur arena
Nocte mares extra pingues, numeroq́; minores.
Hos etenim ſemper minuunt epulata procorum
Turba ferox: ſiquidem mittebat rure ſubulcus
Præcipuè pingues præſtanti de grege porcos.
Terq́; ſuum ſtabulis denſis horrentia centum,
Sexq́; decem frangunt ſtabulantia corpora ſepta:
Hæc iuxta recubant uigiles ad tecta ferarum
Membra canes ſimiles, ſemper cuſtodia ſæua.
Quattuor ingentes olim nutriuerat aruis
Paſtorum princeps per patria rura ſubulcus.
Veſtibulo ille ſedens nectit talaria plantis,
Exciſo tauri corio, quem pulcher in aruis
Texerat antè color. reliqui per rura ſubulci
Tres abiere, ſuum paſcentes agmen in agris:
Duceret utq́; ſuem, quartum dimiſit in urbem.
Cogebant etenim tum luxurioſa procorum
Turba, ut mactato reparent conuiuia porco,
Carnibus utq́; hilares pecoris ſaturentur opimis.
Vt ſubitò uidere canes ad limen Vlyſſem,
Accurrere feri ſæuis latratibus, atq;
Clamore inſtabant, prudensq́; reſedit Vlyſſes
Aſtutè, manibus cecidit tum uirga recurua.

Vlyſſes a canibus ſuis ferè laceratus.

Heu

Heu facinus dirum, tantos ſubijſſe labores,
Et diſcrimen agris patriæ, prope tecta domorum,
Ac ſtabula alta Ithacum. uelociter irruit alto
Veſtibulo rapidis Eumæus paßibus acer,
Decidit & corium manibus, dum currit, atroces
Increpat ille canes ſæuè, multumq́; minatus,
Huc illuc crebris latrantes diſpulit acris
Rure canes ſaxis, regemq́; affatur Vlyſſem: Eumæus Vlyſſi.
O' quam penè canes hoc te latrantibus aruo,
Curue ſenex, armos laceraſſent faucibus alti:
Nec mihi ceſſaſſes morſus intendere crimen.
Aſt alios gemitus, alios quoq; fata dolores
Hic peperere mihi. regem nam triſtis Vlyſſem
Hic iaceo lugens, confectus pectora curis.
Hosq́; ſues alijs tam pingues nutrio campis,
Heu diras epulas. forſan uagus ille per æquor,
Seu mixtus terras alienis gentibus errat
Per populos urbesq́; uirûm, ſi uita ſuperſtes
Aethereasq́; auras carpit, ſeu lumina Phœbi
Cernit adhuc. ſequere hac, ſtabulum, ſedesq́; petemus,
Vt ſumas epulas, potesq́; rubentia uina:
Deinde ſatur referas patriam, quòd adire labores
Impulſus fueris. dixit, greſſumq́; ſubulcus
Antè tulit, ductumq́; uirum ſub tecta locauit.
Fundit humi molles frondes, uirgultaq́; denſa,
Et uillis pellem crebris ſubſtrauit agreſtem
Syluestris capræ. Suetus fuit ille ſubulco
Pelle thorus denſa. reſidens lætatur Vlyſſes,
Molliter exceptus lecto. mox talia fatur:
Dij tibi cœleſtes faciant, & Iuppiter altus, Vlyſſes Eumæo.

Quæ cupis hoſpes, agro qui me ſuſceperis, atq;
Hoſpitio ſocians, tam mitis mente locaris
Ipſe tuis ſtratis. Is contrà Eumæe ſubulce:

Eumæi in hoſpites humanitas.

Non fas eſſe reor, ſi quis ſucceſſerit hoſpes
Sedibus, aut noſtrum ſi preſſerit aduena limen,
Vel te pauperior, quicunq; acceſſerit ædes,
Vt ſpretus ſubeat, nulloq; in honore receptus
» *Pellatur. ſiquidem Iouis omnis dicitur hoſpes,*
» *Mendicusq; ſimul. ſeruis ſunt munera parua,*
» *Grata tamen, quicunq; timent. hæc unica lex eſt,*
» *Eſſe metu ſemper, nec opem tribuiſſe benignè*
» *Hoſpitibus, reges iuuenes cum regna gubernant.*
Hei mihi, quod ſenior nimium cunctatur, & errat

De Vlyſſe multa narrat Eumæus, tanquam abſente.

Fortè mari. uetuere dei, reditumq; negarunt.
Semper me ante omnes coluit, pecorumq; magiſtrum
Fecit: & ille agros ueluti commendet amico,
Tradit habere ſuos quondam rex mente benigna,
Fortunasq; hilares, & quicquid poßidet hæres.
Ille domos celſas, ſortemq; & coniugis altæ
Dulce thori pignus (multi petiere procorum)
Coniugium mandat, patrijs digreſſus ab oris.
Illi multa labor regni mutabilis æuo
Rettulit in melius: ſed opes mox Iuppiter auxit,
Fortunamq; deus. nunc tanta negotia curo,
Aucta mihi quondam. ſi regi curua ſenectus
Acta foret patria, atq; Ithacis ſenuiſſet in agris,
Quantum opis hic regno præſens mecumq; tuliſſet,
Agrorum & pecoris ſtudium. uerùm occidit ille.
O utinam potius Nymphæ genus omne Lacænæ,
Gensq; extincta Helenæ iacuiſſet funditus aruis,

Quæ

Quæ multorum hominum fecit tot funera campis.
Imperio quondam ſigna hic Agamemnonis alti
Marte ſequutus, equis magnis ad Pergama clara
Troiæ abijt patria, bellumq́; & Troibus arma
Illaturus agris. ſic fatus cinxerat altam
Conſtringens tunicam zona: dehinc ſepta petiuit
Celſa, ſuum quibus ille greges claudebat, & inde
Ereptos binos mactauit ſanguine fœtus
Emiſſo, flammasq́; gerens aſſare parabat.
Tunc in fruſta ſecat, uerubusq́; trementia figit,
Aſſaq́; per prunas menſis apponit Vlyßi
Feruida cum uerubus, ceremq́; immiſcuit albam
Farre leui, panesq́; pios, oneratq́; caniſtris
Dona laboratæ cereris, bacchumq́; miniſtrat:
Impleuitq́; mero paſtoris pocula dulci,
Sculpta notis hederæ mollis, contraq́; reſedit,
Hortaturq́; uirum blanda ſic uoce loquutus:
Nunc precor hoſpes edas, quæ ſors dat fercula ſeruis
Parua ſuum. mactant lætos pinguedine porcos
Arce proci regis. non æquis mentibus illi
Mitia corda gerunt, nec curant numina diuûm.
Oderunt infanda dei, & crudelia facta, "
Iuſtitiamq́; colunt, hominumq́; opera æqua per oras "
Laudis honore probant, nec deſunt præmia iuſtis. "
Sed tamen hoſtiles turmæ, & minus impia turba Procos magis impios eſſe prędonibus.
Cæde ferox, haſtis alienos ſæpe per agros
Irruit, & cumulat prædas, dum paſcitur aruis,
Et Ioue conceſſas aufert per rura rapinas.
Vt uerò impleuit puppes, diſcedit ab oris
Tecta domus repetens patriæ, limenq́; paternum

Acta metu gentis, ſæuæ & formidine pœnæ.
At non iſta procis mens eſt. crudelia fata
Iſtius norunt, diuumq́ oracula fortè
Auribus hauſerunt. neq; enim dotalia caſtra,
Coniugis eximiæ, aut poſcunt ſponſalia iuſta
Arce pij, proprioſq; negant repetiſſe penates:
Sed tuti medijs hic luxuriantur in aulis,
Dum tot opes lacerant tectis, rapiuntq́; ſuperbi.
Non his parca manus, requies ſpaciumq́; furoris,
Siue dies lucet, ſeu nox circumuolat atra,
A' Ioue miſſa polo. ſatis eſt nec uictima ſola,
Seu binæ tantum: geminant conuiuia menſis.
Tum ſine more ſolo fundunt liquentia uina,
Et multo replent ſpumantia pocula baccho.
Nec modus eſt rebus. fuerat ditiſsimus agri,
Namq; & opes fuerant magnæ, atq; opulentia tanta,
Quanta nec heroes Epiri fertilis aruis
Agmina per latos pecorum tendentia campos,
Nobilis aut Ithacæ uirides tenuere per oras.
Nec tot diuitias uiceni caſtra per alta
Vſq; adeò iactant proceres, iamq́; ordine dicam.
Herbiferæ Epiri bis ſena armenta per agros,
Balantumq́; greges totidem paſcuntur in aruo,
Totq́; ſuum turbæ, caprarumq́; agmina lata.
Quæ denſo uarij paſtores gramine paſcunt:
Atq; undena tenent illi ſtabula alta caprarum,
Quæ ducuntur agro, atq; extremis finibus oræ,
Illa boni ſeruant paſtores uallibus altis.
Quorum quiſq; pecus, quæcunq; ſuperuenit horis
Acta dies, pinguemq́; capram, quæ de grege toto

Procorum luxus.

Vlyſſis opes & poſſeſſiones.

Lecta,

Lecta, procis epulas Ithacæ deducit in urbem.
Ipſe ſues tueor, quorum pinguedine læta
Præcipuè magnus noſtris demittitur agris
Porcus, cæde procis conuiuia læta daturus.
Sic ait. ille ſuis tergo & luſtralibus extis
Veſcitur intentus, tum uinum dulce Lyæi
Dextra ſumebat rapida, cædemq́; procorum
Cogitat ille diu tacitè, fatumq́; pererrat.
Vt uerò cœna & dapibus recreauit opimis
Membra, ſcyphum recipit, repletq́; liquore Lyæi,
Quo biberat paſtor ſpumantia pocula baccho
Porrigit Eumæus. uerùm hoſpes ibi impiger illa,
Vt ſacer impleuit dextram ſcyphus, ocyus hauſit,
In menſam lætus libans, dehinc talia fatur:
Fare agè, quis talem fœliciter ære parauit, Vlyſſ. Eumæo.
Teq́; emit, rebus commutans præda campi
Vſq́; ſibi fidum, tot opes qui iactet in agris,
Atq́; adeò (ut memoras) fortis, præclarus & actis,
Occubuiſſe refers Agamemnonis arma ſequutum.
Dic agè, ſi forſan talis mihi notus, & ora
Talia uidi: iſtud ſiquidem ſcit Iuppiter unus,
Cœlicolæq́; alij, loquar, an ſiluiſſe decebit.
Huc illuc iui uarijs erroribus actus.
Olli ſic breuiter faris præclare ſubulce:
Curue ſenex, alijs ueniat licet hoſpes ab oris, Eumæus Vlyſſi.
Nunciet & famam terra iactatus & undis,
Haud tamen ille fidem faciet natoq́; patriq́;,
Penelopeq́; tibi. non illos ulla mouebit
Fama relata uiri: quicunq́; erroribus acti,
Quos premit infœlix duris in rebus egeſtas,

„ *Falſa ferunt dictis ſemper, nec uera fatentur,*
„ *Dum captant eſcas. ſi quis peregrinus in agros*
Spiciferos Ithacæ uenit, & modò grata loquetur
Ille meæ dominæ fallax, dum ficta profatur,
Hunc illa excipiens dapibus ſolatur amicis,
Omniaq; exquirens fletus effundit amaros,
Lugentiq; cadunt lacrymæ, dum flumine uultus
„ *Humectat: pietas decet hæc uxoria, terris*
„ *Cum iacet externis coniunx, ſine nomine raptus.*
Mox agè curue ſenex aliquid mediteris, & ora
Effingas uerbis, ut textas ſtamine ueſtes,
Et tunicam lænamq; tibi det habere Lacæna.

Vlyſſis abſentiam & interitum deplorat.

Ille auibus dudum iacet ingens præda per arua,
Cuius & oſſa canes lacerant, rapidæq; uolucres
Iam cute detracta rimantur uiſcera roſtro:
Aut illum celeres rapuerunt æquore piſces,
Quîs fuit eſca mari: multa uoluuntur arena,
Siue iacent terra, ſeu albentia littore curuo
Oſſa, nec eſt uſquam nobis rex ille ſuperſtes.
Sic perijt, fletus curaſq; reliquit amicis,
Sed mihi præcipuè. neq; enim clementior ullus
Rex mihi quæretur, quicunq; eſt ſceptriger orbe.
Quæ me cunq; uocant terræ, aut quócunq; profectus
Iuero, ſiue lares patris charæq; parentis,
Hic ubi natus eram, teneroq; eductus ab æuo
Inuiſam, repetamq; domum dulceſq; penates.
Quorum non adeò lugerem funera mœſtus,
Nec uidiſſe oculis patriæ tam dulcibus oris
Ardeo, quàm regis flagrans abſentis amore,
Et deſiderio teneor tam mitis Vlyßis.

Nominis

Nominis huius erat quondam reuerentia magna,
Abſentem uereor, cui fido cultus amore
Et curæ fueram: patrijs diſiunctus arenis,
Et procul hinc raptus, uirtute inſignis Vlyſſes,
Diuinusq́; fuit. Quem contrà affatur Vlyſſes:
Sed quoniam uſq; negas, nec ſit rediturus Vlyſſes, Vlyſſes ſe-ipſum diſſi-mulans, niti-tur Eumæo perſuadere Vlyſſem redi turum.
Vt memoras, nec ſpes ultrà, nec credula mens eſt:
Eloquar, haud temerè, iuratus numina ſabor.
Mox aderit fateor, ſed præmia digna repoſcam.
Tum, cum Dulichijs *ſuccedet ſedibus aulæ,*
Indue me tunica, Tyrio *quoq; murice læna,*
Arte laboratas ueſtes mihi munera tradens.
Antè tamen, quamuis infœlix urget egeſtas,
Abs te nulla petam, quàm cernes proſper Vlyſſem.
Hoſtis & ille mihi eſt, atri ceu ianua Ditis, "
Fallax pauperies quem iuſſit dicere falſa. "
Teſtis erit præſes diuorum Iuppiter *altus,*
Hoſpitioq́; dapes celebres, atq; hoſpita menſa,
Dulichijq́; *lares iuſti, quos pauper adiui:*
Vt narro, euenient, nec erunt contraria fatis.
Hoc anno ſiquidem, ſacer eſt uenturus Vlyſſes
Ad patrias arces, cum ſeſe exordia menſis
Et finis iungent ſub eodem tempore metæ,
Hoſtes ulturus natíq; & coniugis altæ,
Quicunq; inſultant, & miſcent dedecus aulæ.
Talibus & dictis it contra dicta ſubulcus: Eumæus V-lyſſi.
Curue ſenex, nunquam capies hæc præmia famæ.
Ad dulces Ithacæ *haud unquam rediturus* Vlyſſes,
Vt uereor campos. tu uina liquentia pota,
Tranquillusq́; ſede. neq; enim credenda recenſes.

Verùm alia in menſa memoremus facta, nec iſta
Ingere uoce memor, uideas nec lumina ſicca,
Hei mihi, quòd clarum ſi quis narrarit Vlyſſem,
Virtutesq́; memor tantas reminiſcitur uſquam,
Et dolor & luctus torquent mœrentia corda.
Eſto quidem, ceu iuratus teſtaris, Vlyſſes
Vt redeat ſoſpes: quoties hoc ſancta precatur
Penelopea deos, quo nos optamus amore,
Laertesq́; ſenex, & noſtri natus Vlyßis,
Ora deo ſimilis, quoties quoq; deprecor illud?
Attamen ipſe gemo caſus miſeratus iniquos
Telemachi, ſobolem genuit quam fortis Vlyſſes,
Eductamq́; deis referentem germine frondes,
Et ſimilem ramis, teneris creſcebat ab annis.
Sæpe quidem dixi, ſolus ſi quando ſedebam,
Pubeſcens æuo ueniet cum fortior ætas,
Non minor iſta ſuo proles genitore feretur,
Conſilio rerum, forma, & præſtantibus armis,
Huic uires adſunt, uultus, mirandaq́; forma.
Neſcio ſeu numen, ſeu fortè auerterit ullus
Pectora mortalis, ſenſusq́; inuaſerit altos.
Namq; Pylon ſacram petijt, ſi fama parentis
Fortè relata ſuas tandem circumſonet aures.
Interea inſidijs poſitis ſe turba procorum
Accinxit, tumidas iuuenem exceptura per undas
Incautè, & ſæuis redeuntem obſeruat in armis.
Vt genus Arceſij præclari nobile fama
Ex Ithaca intereat, celebri ſine nomine raptum,
Deſino plura queri, ſeu diris occubet umbris
Oppreſſus, ſiue inſidias euaſerit unda,

Protegat

Protegat & ualidus dextra illum Iuppiter alta.
Nunc agè chare ſenex, tua uoce pericula pandas,
Fortunamq́; tuam, triſtesq́; in pectore curas:
Qua de gente uenis, quis es, aut quæ mœnia iactas,
Quæ patria atq; genus, qui te genuere parentes,
Qua rate uectus ades, qui te ſuper æquora nautæ
Duxerunt Ithacam, qua ſe de ſtirpe ferebant?
Haud reor huc peditem ſic te ueniſſe per æquor.
Ille autem contrà: Loquar ô ueriſsima paſtor.
Non ego, ſi aſsiduò ceres, & ſi dulce lyæum
Sufficeret nobis, intus dum ſede moramur,
Atq; adeò menſis ocioſi epulemur opimè,
Dum foris exercent operæ ſub ſole laborem,
Ipſe meos animi poſſem narrare dolores,
Seu omnia curarum percurrere nomina fando:
Dum niuibus totus, dum labitur annus ariſtis,
Omnia ſeu triſtis fatis quæcunq; ſeueris
Suſtinui quondam. Cretæis editus oris
Aduenio, genus hac duco de gente ſuperba,
Diuitis & ſoboles creui genitoris in aruis.
Sunt plures nati tectis. materna ſuperbos
Nobilitas dabat: at fratres ex matre creati
Legitima fuerant. peperit me ignobilis ipſum,
Empta patri mater. quanquam de pellice natum,
Vt proprios, genitor charo dilexit amore
Hylacides Caſtor: quo me de patre creatum,
Et genus illius iacto. ceu numen in oris
Dictæis fuerat, populo bene cultus, & auro
Atq; opibus magnis, & quondam prole ſuperba.
Vt uerò hunc Parcæ mergentes Ditis in umbras,

Vlyſſes pulchre fingit hiſtoriam ſui aduentus.

Caſtor Hylacides.

Plutoniſq; domos traxerunt fata ſuprema
Morte: iſti ſubitò diuiſis undiq; campis,
Diuitiaſq; patris ſortiti ſedibus altis,
Magnanimi tot agris dudum, rebuſq; ſecundis
Elati, exiguam mihi partem ſorte dederunt.
Diſtribuere domus ſedes, atq; atria longa.
Mox uerò uxorem locupleti gente creatam
Eximiam duxi, quam tum uirtute paraui.
Haud etenim ignauus, nec triſti perfuga bello,
Nec fugitans martis fueram. nunc cuncta ſub æuo,
Deficere tamen. poteras & fronte tueri
Ingenij dotes, animi quoq; noſcere ſigna.
Arbitror aſpectu ſpecimen te marte uidere,
Quæq; animo uirtus. multo me ſæua dolore
Sors premit infauſtum, quæq; urget rebus egeſtas:
Verùm audax pectus donat cum Pallade Mauors,
Atq; armis animum fortem. cum prælia captans
Inſidijs legerem fortiſſima pectora bello,
Hoſtibus & ſtrages campis meditarer iniquis,
Ante oculos nunquam uenit mihi mortis imago,
Horruit aut lethi fatum tam nobile pectus.
Nec quiſquam prior inuadens crudelibus armis
Ferre necem potuit, ſed diros primus in hoſtes
Cæde feror campo. rapta quin hoſtibus haſta,
Marte neci mittens, ſaltu per tela ruebam.
Vnde fuga celeres hoſtes, pedibuſq; fugaces
Terga dabant uicti. talis me marte ferebam,
Talis eram pugna. ſed non mauortia cordi
Bella mihi fuerant, rebuſq; domeſtica cura,
Vtilitaſq; laris, claros miſſura nepotes,

Et claram

Et claram ſobolem: ſed tantum remige naues
Roſtratæ, & ponto ſolum naualia bella,
Ornatæq; haſtæ, iacula, & fera tela ſagittis
Grata: alijs fato dira atq; horrenda uidentur,
Triſtiaq; arma uiris: deus hæc in pectora miſit.
Delectant alios ſtudijs diuerſa, ſed urget "
Quiſq; ſuas artes, ſequitur ſua quemq; uoluptas. "
Nam prius Argolici quàm Troiæ Pergama bello
Irruerent, nouies fueram dux inclytus armis,
Ductabamq; uiros, celeresq; per æquora naues,
Bella ferens haſtis extremis gentibus olim.
Cuncta aſpirabant: nunquam ſucceßibus ullis
Tum carui fœlix, quæ tota mente petebam.
Hinc & opes multas, hinc & ſpolia ampla ferebam.
Creſcebatq; domus, tituliq; inſignis honore,
Dictæoq; grauis populo pietate per oras
Florebam. utq; uias ad Troiæ mœnia triſtes
Iuſſa Iouis magni cogunt iuiſſe Pelaſgos,
Quæ miſere neci quondam tot corpora campis
Iliacis, cædemq; uirûm ſtragesq; dederunt:
Me ſimul & clarum iubet Idomenea per æquor
Tunc armare rates, claſſemq; in Pergama Troiæ
Iliacasq; urbes deducere littore curuo,
Coniurata Hellas. neq; erat tum cauſa negandi,
Dedecus hic animi, turpis quoq; fama timoris,
Et populi rumor prohibebant ocia belli.
Hicq; nouem Troiæ miſcemus prælia campis
Annis, Graiugenæ bellantes mœnia circum.
At decimo Priami populati Pergama regis,
Claſſe domum petimus. Neptunus in æquore Graios

 Diſiecit.

Diſiecit. ſed fata malis Saturnius aſper
Dura dedit quondam. menſem non amplius unum
Prole noua, rebusq́; & læta coniuge, luxum
Inter opum mollem fueram, quæ nupſerat olim
Virgo mihi uultu tenero: mox dira cupido
Mentem agitat, mihi nec placido contenta quieta eſt.
Ergo cum ſocijs impulſus littore claſſem
Aedifico: Aegypti ſacras iubet ardor ad oras
Tendere naue mari. iamq́; alto gurgite ſtructæ
Aere nouem puppes ſtabant, ſubitoq́; coactus
Contrahitur populus, gratis conuiuia menſis
Curabant ſotij iam ſenos littore ſoles,
Ipſe deis, ara ſtructa, ſacra multa ferebam.
Septima uecta rotis ut ſeſe Aurora retexit,
Tum ratibus longis patrium conſcendimus æquor.
Iamq́; è conſpectu Cretæ telluris in altum
Vela damus latæ: boreas à puppe ſecundo
Lenior aurarum flatu ceu defluit alta,
Illæſæq́; rates fluitant: nos ſoſpite curſu
Incolumes ferimur nauis per tranſtra ſedentes,
Aequore dum puppes uentus nautæq́; gubernant.
Quinta ſub Aegyptum pepulit lux acta rigatam:
Pulcher aqua fluuius ſecat hanc per gramē amœnam.
Vt ſtatui Aegypti naues in flumine curuas,
Tum iubeo ſocios portu ſubducere puppes,
Atq́; ipſos iuxta naualia celſa morari.
Tum ſpeculatores hortor, contendere curſu
Per ſpeculas quaſdam miſſos. uerùm impete uaſto
Viribus impulſi, ſua robore mente ſequentes
Depopulantur agros nitidos, ſegetesq́; uirentes
Aegypti,

Aegypti, atq; ſolo captos cum matre nepotes
Ac dulcem rapiunt ſobolem, ferroq; trucidant.
Mox it clamor agris ſerpens, urbeſq; pererrat.
Tum ſimul aurora percepta cæde ſuorum
Conuenere uiri, totuſq; hic milite campus
Completur nitido, peditumq; equitumq;, per arua.
Incendunt æris galeas fulgore comantes.
Iuppiter ipſe fugam, iaculatus fulmina cœlo,
Immiſit ſocijs. nec quiſquam tendere contrà
Suſtinuit, triſtes circumſtant undiq; caſus.
Heu noſtrûm plures ferro mactauit acuto
Hoſtis amarus agris, multos deduxit in armis
Captiuis uiuos, opera ad crudelia raptos.
At mihi conſuluit deuicto Iuppiter altus.
Attamen ô utinam Aegypti me occumbere campis
Ille dediſſet ouans, armorum fata ſequutum:
Nunc etiam infœlix urget fortuna iacentem.
Demo citò galeam capitis de uertice claram,
Atq; humeris ſcutum, manibuſq; horrentia tela
Proijcio, æripedes accedens regis ad altos,
Oſculaq; infigens tango genua ardua ſupplex.
Ille dedit uitam miſeratus, curribus altis
Impoſitum duxit lacrymantem in regia tecta.
Namq; globus denſus pugnans inuaſerat haſtis
Fraxineis, mortem intentans efferbuit ira,
At rex eripuit, ueritus Iouis inclytus iras,
Præſidis hoſpitibus, qui ſupplicis ora tuetur, "
Impia qui terris opera indignatur acerbè. "
Hic tum ſeptenis degi fœliciter annis.
Cogens æra frequens denſa inter ſigna uiroſq;

Niliacos.

Niliacos. nam res dextra mihi turba benignè
Omnis largitur. compleuerat annus ariſtas
Octauus, remeanſq; ſuis aduoluitur horis,
Me tum fallaci Phœnix acceſſerat ore,
Pernicies hominum, ueterator, damna per arua
Sæpius intulerat multis. perſuaſit ut oras
Phœnicum gentis peteremus, ubi ardua tecta,
Ac ſibi prata forent, & opes. tum mitia uerba
Ore refert uano, donec conuertitur annus
Commoror illius tectis. uoluente ſub æuo
Cum metam extremam menſeſq; dieſq; ſubiſſent,
Traxiſſentq; horas redeuntes uere tepenti,
Pontigrada in Libyam me miſit puppe ferentem
Nauis onus, ſecum fallacia pectora fingens,
Scilicet ut Libycis miſerum me uenderet oris,
Non leue tum precium ſperans ſe ſumere prædæ.
Hunc ego naue ſequor, multum ſed ſuſpicor undis.
Vis tamem ire iubet. borea uentoq; ſecundo
Aequore currebat puppis ſupra ardua Cretæ
Mœnia. Myrtoos ſulcantes marmore fluctus
Vix medium Cretæ ſpacium tranſmiſimus altæ,
Iuppiter orditur crudelia fata per undas.
Liquimus ut Cretam, tellus nec iam amplius ulla
Apparet, uerùm cœlum undiq; & undiq; pontus.
Tunc uerò nubem ſtatuit Saturnius atram,
Noctem hyememq; ferens conuexis puppibus alto,
Sub qua tum tegitur cæca caligine pontus.
Iuppiter intonuit crebrò iaculatus in altam,
Dum geminant ignes ardentia fulgura, puppem.
Vertitur hæc prora, percuſſaq; fulmine tota

Tempeſtatis deſcriptio numeroſis uerſibus Homeri, & Virgilii li.3.& 5. Aen. Macrob li. 5. ca. 6. Saturn. & ca. 7.

Sulphure

Sulphure repletur, tonitruſq; uapore, repulſa
Naue cadunt omnes ſimiles cornicibus atris,
Quæ fluitant unda, nigras prope nauis habenas
Inuoluuntur aqua. reditum Deus abſtulit alto.
Iuppiter ipſe tamen, quanquam mœſtiſsimus alta
Iactor aqua, manibus poſuit tum puppe natantis
Longum cærulea malum ſpumantibus undis
Vt fugerem mortem. cui tum complexus adhæſi,
Lethiferis uentis & tempeſtate ferebar.
Perq; nouem ſoles rapiebar flamine diro:
At decima unda rotans Theſprotûm ſiſtit in oris,
Nocte ſub immenſo fluctu, cæciſq; tenebris,
Huc me delatum Theſprotûm littore curuo
Rex Phædon recipit, ſeruatum fluctibus atris.
Nec tulit ut ſeruum. charus nam littore natus
Occurrens miſero, conſumptum frigore fluctus,
Atq; labore maris feſſum, me duxit in aulam,
Erexitq; manu, donec me ſedis auitæ
Intulerat tectis, lænam circundedit, atq;
Induit hic tunicam, miſero uelamina donans.
Hic audita mihi eſt olim iam regis Vlyſsis
Fama, ubi ſe hoſpitio dextras iunxiſſe ferebat
Dulichio, & magno repetentem patria rura
Dilexiſſe pie cultu. tum rebus opimis
Largas monſtrat opes, ſibi quas reparauit Vlyſſes,
Aes aurumq; ingens, ferrumq; ad multa domandum
Vtile: quis rebus pluſquam per ſecula dena,
Progeniemq; aleret denam, gentemq; paternam,
Illi tot regis Theſprotûm dona iacebant,
Theſauriq; aula. quem te ô Dodona petiſſe,

Miſcet uera falſis.

Theſprotia.
Phædon rex.

Te cele-

Te celebris ſylua, patriq; dicata Tonanti,
Narrabat, celſa ſcitatum oracula quercu
Vera Iouis: repetat quà pingueſcentia rura
Fertilis huc Ithacæ, diſiunctus tempore longo:
An ne pedem moueat manifeſtus iturus in arces,
Intret an occultus forma Laertia regna;
Me coram libans aula iurabat ad aras,
Deduxiſſe rates ſeſe ſub littora tinctas,
Accinctosq; ſibi ſocios, qui gurgite naues
Dulichiumq; ducem charas comitentur in oras,
Dulce ſolum patriæ. Sed me præmiſerat ille:
Contigerat ſiquidem Theſprotûm nauis itura
Dulichium, quò fert ſegetes, frumentaq; læta,
Quæ refluunt agris. ueherent, me iuſsit, Acaſtum
Ad regem nautæ, ſecurum puppibus altis.
Aſt illi iniuſtas meditantur pectore curas,
Conſilioq; mali, triſtes me uoluere caſus
Hic cogunt iterum, terræ dum linquimus oras,
Prouehimurq; mari, multum & telluris arena
Deſerimus puppi, ſubitò ſeruile pararunt
Heu tempus. me ſeruitio preſſere feroces,
Me exuerant tunica, Tyrio quoq; murice læna.
Et nitidas ueſtes demunt, uelamina craſſa
Et laceras tunicas, quas nunc quoq; cernis amari
Induerant: clarus cum iam ſe ueſper Olympo
Extulerat, uirides Ithacæ uenere ſub agros,
Tendit amœna iugis quæ ſe per rura ſerena
Inſula, quæq; nitet, dum lucet ueſpera ſtella.
Hic me arctè torto nautæ tum fune ligarunt,
Excelſa in puppi. quà ſeſe littora ponti

Extendunt:

Extendunt: abiere uiri, cœnamq; pararunt
Certatim portu. fregerunt uincula dura
De manibus diui faciles, uelamina denſa
Et laceram pallam circum caput ipſe reuoluens,
In mare me leui miſi temone relapſus
Pectus, utraq; manu fluctus tum remigo ponti
Arte natans unda. ſubitoq; elatus ab illis
Longius effluxi, donec ſub littore nando
Aſcendo pelago, quà ſe querceta uirentis
Attollunt ſyluæ denſa frondentia quercu,
Hic ſtratus iacui. uerùm ſuſpiria nautæ
Multo cum gemitu ducentes, undiq; quærunt,
Errabunda locis paßim ueſtigia ſyluæ
Ibant torquentes. At non & longius illis
Eſt ultrà uiſum me inquirere littore curuo,
Aſcenſaq; caua naui fugere per æquor
Remige. me diui ramis texere ſub altis,
Meq; ijdem ad ſtabulum ueſtrum mouere per arua,
Cuius ceu uideo campis prudentia clara eſt:
Veſcerer æthereis auris, ſic fata iubebant.
Quæ contrà breuiter ſic fatur ab ore ſubulcus:
Ah miſer hoſpes, a quis quæ tanta pericula ponti
Paſſus es, hæc dudum mentem ſub pectore tangunt,
Atq; mouent animum, dum triſtior ordine narras
Errores caſusq; tuos: non digna profaris,
Quæ ſuper hic Ithaco narras male ſanus Vlyſſe.
Nec ſuadebis enim: quid talis ab ore uiator
Mendaci profers temere? fortuna diſertum «
Te facit infœlix. reditus nam regis Vlyßis «
Inuiſus ſuperis, dum Troum mœnibus altis

Eumæus narrationi de reditu Vlyſſis nullam habet fidem.

Non

Non licuit regi, ſeu Troiæ occumbere campis:
Et quoniam pugnas bellumq́; ad Pergama celſa
Rex erat ingenio magnus, præclarus & armis,
Huic tumulum ingentem Rheteo in littore Graij
Exequijs cuncti ſtatuiſſent, alta tuliſſet
Telemacho quondam patria ſe gloria nato,
Atq; fuiſſet eum tùm candida fama ſequuta.
Nunc iacet Harpyis ſolis inglorius agris
Direptus. ſuibus ruri ſum maxima cura
Lectus ego, fugiens hominum commercia crebra,
Ruris amator agro paſcens. nec mœnia regis
Ingredior, niſi cum me Penelopea uocarit.
Cui magna eſt inter matres prudentia, regis
Sic unde allata eſt Ithaci ſibi nuncia fama.
Tum rogitant ſerui, tum cætera turba ſedentum.
Hiq́; dolent longo disiuncti tempore caſum
Dulichij, & triſtes mœrentia pectora plangunt.
Aſt illi gaudent, uictumq́; impunè per aulam
Conſumunt hilares. uerùm mihi nulla uoluptas
Quærendi toties: ut me deceperat hoſpes
Nuncio aduẽtus Vlyſſis etiam antea ſe deceptum narrat. *Aetolus quondam, qui facta cæde per oras*
Errarat uarias, tandem mea tecta per agros
Contigerat, quem tum fido ſolatus amore
Excepi. is regem Cretæ referebat Vlyſſem
Se uidiſſe, ducem quondam Idomenea petentem,
Aptantemq́; rates quaſſas, fractasq́; procellis.
Addebatq́;, ducem uenturum æſtatis Vlyſſem
Meßibus arentis, ſeu cum ſe pomifer agris
Tolleret autumnus, ſeu ramos frugibus arui,
Diuitias uarias referentem puppibus altis

Cum

Cum ſocijs, quorum uirtus innotuit aſtris.
Quare agè curue ſenex, quoniam te fata deusq́;
Huc pepulere, licet multum ſis paſſus in undis,
Ne mihi uana refer: neq; enim mendacia grata,
Mollibus ut uerbis facias mihi gaudia falſa.
Nec mihi propterea tanto dilectus amore
Iungeris hoſpitio: uereor ſed ſumma Tonantis,
Teq; tuasq; uias miſeratus, ſede recepi.
Talia fatus erat, cum talia cepit Vlyſſes:
Eſt tibi non ullis pectus uiolabile uerbis, Vlyſſes ſubulco.
Atq; parum fidens animus, nec credula mens eſt,
Quem neq; iuratus moueo, nec ſuaſibus ullis
Induco. uerùm his addo, mortemq; paciſci
Ipſe uolo: ſtent hæc etiam tibi pacta ſubulce.
Vos dij, uos teſtes, quicunq; habitatis Olympum:
Si tuus hos quondam rex eſt rediturus in agros,
Hic me tum læna, tunicaq; & ueſtibus amplis
Indutum facias mitti trans æquora puppi
Dulichium, quò me dudum iubet impetus ire.
Sin minus ille aderit, ceu narro, hortare per agros,
Dent me præcipitem ſumma de rupe ſubulci,
Vt poſthac alius caueat quoq; fallere mentem,
Seu mendicus erit, ſeu terras pauper oberrat.
Eumæus contrà, diuina mente ſubulcus
Præditus, affatur: Sic ô mihi fama per ora Subulcus Vlyſſi.
Candida ſpargatur, uirtusq; excellat honeſta
Inter mortales, nomenq; decusq; feratur
Iam porroq; tibi, qui te ſub ruſtica tecta
Paſtoris duxi, dextramq; & munera noſtro
Hoſpitio iunxi: mactarem ſacra parando,

Purpureamq́ animam auferrem cum ſanguine porco,
Ipſe Ioui uotum faciens, precibusq́ refuſis
Sacra darem. feræ ſed cœnæ tempus & hora
Inſtat, & intus agunt ſocij, menſasq́ repoſcunt:
Ergo dapes ſtabulo dulces reparabimus alto.
Inter ſe dictis uarijs dum talia fantur,
Huc propè cum ſuibus tardi uenere ſubulci.
Tum de more ſues cubituras cratibus altis
Includunt ſtabuli. hic oritur tum clamor ad amplas
Altus haras, quas Eumæus conſtruxerat agris,
Tendentumq́ ſuum & ſtabulantum auditur ad ædes,
Grunnitusq́ ſonat paßim gregis horridus aruo.
Aduocat hinc ſacra paſtores uoce ſubulcus:
Ducite cuſtodes pinguem mihi de grege porcum,
Qui præſtat. nam ſacra paro, qui ſedibus hoſpes
Succeßit tuguri noſtros peregrinus in agros,
Delatus: dapibus ſacris recreabimur unà,
Qui patimur ſemper curam ærumnasq́ frequentes,
Hoſce greges inter porcorum dente feroces.
Abſumunt alij noſtros impunè labores.
Sic ait. & ſæuo lignum tum fißile ferro
Scindebat, celſa ſpirans immane ſecuri.
Interea adducunt læta pinguedine porcum,
Cui iam quinta ſoli radices duxerat æſtas,
Inq́ foco ſtatuunt. ille ignis ſtabat ad aram.
At non ignarus ſacrorum, ritè ſubulcus
Diuorumq́ memor uotis pia uota uolutat,
Euellens capiti ſetas proiecit in ignes
Dentibus immani, ſumens exordia ſacris
Vota deis fecit, multumq́ precatur ad aras.

Grunnientes ſues domum redeũt, quos Eumæus & Vlyſſes in ſtabulum agunt

Vt ſummas

Vt ſummas carpens media inter tempora ſetas
Ignibus impoſuit ſacris libamina prima,
Sollicitansq; deos, patrias remearet in oras
Laertisq; aulam ſapiens allatus Vlyſſes:
Sublatusq; ferit tum querno ſtipite porcum:
Hic procumbit humi moriens, ferroq; repulſus
Purpuream linquens animam tum ſpargit arenas.
Supponunt alij cultros, iugulantq;, cruoremq;
Accipiunt pateris, medijsq; hic urere flammis
Arte parant, dirimuntq; ſuem. tum cruda ſubulcus
Fruſta ſecans, tepidis hinc partes undiq; membris
Incîdit, nec non & pinguia uiſcera dempſit,
Imponens flammis dulci confuſa farina.
Tunc in fruſta ſecant, uerubusq; affixa colurnis
Aſſabant prunis, mox omnia ritè trahebant,
Et congeſta ſimul menſis poſuere culinæ.
Hic uerò accinctus præcellens arte ſubulcus
Septenas fecit partes, & cuncta diremit.
Inde unam Nymphis ſacris, Maiæq; dicauit,
Vnam Mercurio proli, diuosq; precatus
Cætera diſtribuit quadris ad ſacra ſedentum,
Præcipuumq; loco & ſylueſtri pelle locabat,
Perpetuoq; ſuis tergo ueneratur Vlyſſem,
Dente ferocis. honor pertentat pectora regis.
Veſcitur ille cibis paſtoris, lætus honore.
Tum ſic conſilio fatur præclarus Vlyſſes:
O utinam cœli tanto dilectus amore
Ipſe fores patri, quantum mihi charus haberis,
O Eumæe decus raris: qui ſolus honoras
Me dapibus, rebusq; tuis. namq; aduena munus

Eumæus hoſpitis cauſa ſuem mactat, Diis ſacra agreſtia parans.

Vlyſſes Eumæo.

Ipſe tuis capio meritis ſub tecta receptus.
Eumæus V-lyſſi. Ille autem: O' fœlix hoſpes, tibi gaudia menſa
Iam facito lætus, dapibusq; epulare, benignè
Quæ tibi nunc adſunt, deus hæc largitur Olympi.
„ Nempe dat & quodcunq; lubet Deus ipſe, rapitq;.
„ Cuncta poteſt ſiquidem. ſic dicens, ſacra peregit,
Primitiasq; tulit diuis, qui ſemper Olympum
Perpetui calcant. tum uina ardentia libans
Ipſe ſcypho replet dextram pugnacis Vlyßis,
Qui Priami bello uaſtauit Pergama regis.
Paſtorisq; latus fidi claudebat Vlyſſes,
Sorte ſua fretus, tanti & uirtute ſubulci.
Meſaulius ſubulci ſeruus. Ille dapes menſa, ceteremq; Meſaulius illis
Ponebat. ſibi quem quondam hinc Eumæus Vlyſſe
Emerat abſenti: nec erat Laerte parente,
Seu domina eductus. Taphijs nam uenit arenis,
Emptus ab Eumæo precio, rebusq; peculi.
Iamq; cibos digitis carpunt, epulisq; paratis
Inijciunt dextras, dapibusq; epulantur opimis.
Vtq; exempta fames, & amor compreſſus edendi,
Potandiq; merum pateris, menſæq; remotæ:
Inde dapes aufert, ceteremq;, Meſaulius. illi
Eſca & carne ſuis ſaturi, petiere cubile.
Nox obſcura peplo ueniens circumuolat atro.
Nocte pluit tota deſcendens Iuppiter imbri
Flatibus immanis zephyrus, qui ſemper aquoſus
Flabat agris. illos tentans affatur Vlyſſes,
Vlyſſes anſam quærit commode petendi lænam Si quam præberet forſan ſibi munere lænam,
Aut ſaltem ſocios hortetur. namq; gerebat
Præcipuè ille ſui curas: Eumæe ſubulce,

Paſtoresq;

Paſtoresq́; uiri, mea nunc aduertite dicta.
Me iactans bello narrabo nobile carmen:
Si liceat uires laudem, & ſi glorier armis.
Namq; iubet uinum inſipiens, quod ſæpe liquore "
Muſis uitifero ſapientem inuitat, & illum "
Sæpe facit pateras inter cantare, iocoq́; "
Arridere leui, atq; inter ſaltare choreas. "
Suaſit ſæpe loqui grauior non fanda Lyæus. "
Detegit arcanum, cogit ſecreta fateri. "
At quoniam madido baccho iam garrulus eſſe,
Clamoſusq́; ſcypho cœpi, non facta recondam.
O` utinam illa mihi tenero pubeſceret æuo
Aetas, & uires: ô ſi foret illa iuuenta,
Quæ quondam fuerat Troiæ ſub mœnibus altis,
Cum nos inſidias ſtrueremus Troibus acres,
Atq; duces eſſent Menelaus & altus Vlyſſes.
Tertius imperio fueram delectus ab illis.
Venimus ut Troiam, & ſub Troiæ Pergama celſa,
Denſa inter ſyluæ latæ uirgulta latentes
Circa urbem Priami, & Pataræi mœnia Phœbi,
Sternimur, & calamos inter, pigrasq́; paludes,
Egimus excubias tacitè hic ſuper arma cadentes.
Incidit & boreas, atro nox frigida cœlo
Incubat, atq; niues gelidæ ceu mane pruina
Labitur, & ſcutis glacies hærebat, & armis.
Hic tunicas omnes uarias, lænasq́; patentes
Induti, atq; humeros clypeis per membra ſoporem
Accipiunt tecti. ſocijs ego ueſte relicta
Exieram imprudens caſtris, nec frigora noctis
Tanta ego ſperaram, flammantia cingula ſcuto

Ipſe manu rapiens fueram comitatus Vlyſſem.
Terna ultra medium noctis proceſſerat umbra,
Tranſierantq; alto labentia ſidera cœlo,
Cum propius recubans ſic fortè affabar Vlyſſem,
Et cubito pungens excußi membra quieta,
Hic uerò arrecta tum promptior aure bibebat:
Conſilijsq; aſtuq; uirûm dux inclyte Graiûm,
Laertis ſoboles, clarum genus à Ioue ſummo,
Haud ultrà ætherea potero iam ueſcier aura,
Acris hyems Stygias iam me demittet ad umbras.
Nulla premit corpus denſo uelamine læna:
Hei mihi, quòd ſola tunica tegor, atq; feſellit
Corda deus, nec ſpes hic eſt nunc ulla ſalutis.
Sic ego. mox animo ſententia ſedit Vlyßis:
Conſilio ſiquidem fuerat præclarus & armis,
Seu pugnare manu, ſiue aſtu uincere reges
Vtilis. hic tacita tunc eſt ſic uoce loquutus:
Heu ſileas, ne quis miſerum te miles Achiuûm
Audiat. ut tacuit, cubito caput uſq; reflexum
Continuit curuo. mox ſic affatur amicos:
O' ſocij, æthereis dilapſus ſomnus ab aſtris
Aſtitit in ſomnis, ac talia fudit ab ore:
Longius à ratibus, ſeu caſtris uenimus altis.
Tantalidæ ergo aliquis celerans hæc nuncia regi
Portet, ut à ratibus plures contendere celſis
Hortetur ferro, & ſtrictis mucronibus acres.
Sic ait, atq; Thoas proles Andræmonis alta
Purpureo ſurgens ardentem murice lænam
Proiecit, nauesq; petens celerabat ad æquor.
Cuius ego recubans iacui ſub ueſtibus, altus

Membra ſopor laxat, donec ſeſe aurea ſede
Extulit, & roſeis bigis Aurora rubeſcens.
O` utinam illa ætas foret hic, roburq́; iuuentæ,
Atq; aliquis ſtabuli regis me ſede ſubulcus
Donaret palla, placido commotus amore,
Dulichij referens uirtutem abſentis Vlyßis.
Dedecorant ſiquidem laceræ mea corpora ueſtes.
Cui dedit Eumæus hæc contra uerba ſubulcus:

Clare ſenex, hanc egregiam laudemq́;, decusq́; Eumæus Vlyſſi.
Ipſe tuam ſtupeo, quàm uerè ex ordine narras
Vt decet, & celſæ declaras prælia Troiæ.
Quare nec tunicis, alijs nec rebus egebis.
Quæcunq; & ſupplex duro ſub tempore poſcat,
Et miſerum deceant, non deerunt illa petenti.
Puniceis inuecta rotis cum mane rubebit
Tithoni coniunx roſeo ſub lumine clara,
Circundes humeris iterum, quas corpore geſtas,
Has laceras ueſtes, duri & uelamina fili.
Haud etenim hic multæ chlænæ, tunicæq́; per uſum
Mutandæ uarios: terit & ſua quenq; lacerna.
At cum Telemachus proles remearit Vlyßis,
Et tunicam lænamq́; dabit, ueſtesq́; decoras,
Te miſſurus aqua ponti, quácunq; rogaris
Deduci ratibus. dicens, ſurrexit ab alta
Menſa, ignesq́; illi propius tum mouit, & ipſum
Hic lectum ſtrauit mollem, pellesq́; caprarum
Atq; ouium iniecit. recubans hic membra ſopori Vlyſſes lecto recubat dormiturus.
Tradit Dulichius. teneram uelamine denſo
Impoſuit lænam, qua ſe ueſtire uicißim
Eumæus ſolitus fuerat, iuſtißimus unus,

Commutans Pallas, quoties horrenda per arua
Eſſet hyems niuibus ſub tempeſtate ſonora.
Hic pius in lecto molli recubabat Vlyſſes,
Et iuxtà iuuenes laxabant membra quiete.
At non & ſtratis ſopiri nocte ſubulcus
Suſtinuit. nam ſola greges errare per arua
Haud ignarus erat: ferroq; armatus in agros
Ire parat ſubitò. fœlix gaudebat Vlyſſes,
Ille ſuum tanta regeret quod pabula cura,
Totq; greges campis. humeros circundat acuto
Enſe ſibi fortes Eumæus, iturus in arua.
Hinc lænam uentos pellentem, corpore denſam
Induit & pinguis recipit ſua tegmina capræ.
Deinde ſudem traxit ferrata cuſpide uaſtam,
Quaq; canes, quaq; ille uiros arceret: & inde
Tendit iter duros carpturus gramine ſomnos,
Hic ubi glande ſues alacres ſub rupe cauata
Dentes exerti niueos, & flamina diri
Præſtabant boreæ requiem, uentiq; ſilebant.

Eumæi uigilantia & cura circa greges.

ARGVMENTVM LIB. XV.

Ante oculos Pallas uiſa eſt aſtare iacentis
Telemachi inſomnis, patrias hortatur ut oras
Hinc Ithacæ repetat. cui parens, munera rege
Atrida accipiens Menelao: hinc æquoris unda
Mittitur. utq; ratem fuit ingreſſurus arenis
Telemachus, uatem fugientem crimina cædis
Suſcipit Argiuum puppi Theoclymenon alta.
Mox, ut Dulichio paſtor narrarit Vlyſſi
Eumæus, quondam ut prædas Phœnices agentes,

E Syriæ

E' Syriæ terris raptum ſuper æquora celſa
Se tulerint naui, donec Laertia regna
Legiſſent fluctu, & Laerti littore curuo
Vendiderint regi. patriæq; allabitur oræ
Telemachi nauis, Ithacæq; relegit arenas:
Remigibusq; ſuis ut puppem miſit in urbem
Telemachus pergens, Eumæi rura ſubulci
Ingreditur, ſaluus patrios delatus in agros.

ODYSSEAE LIBER XV.

Venit Vlyßides Ithacam Lacedæmone puppe.

VT latam intrauit celebris Lacedæmona Pallas,
Magnanimi ut clarã ſobolẽ ſtimularet Vlyßis
Hortatum acceßit, patrias remearet in oras,
Telemachum, & clarum priſco de Neſtore natum
Carpentes ſomnos Menelai turribus altis
Veſtibuli exculti. fulgebat gloria regis.
Neſtoridem molli laxantem membra quiete
Deuictum ſomno, prolemq; inuenit Vlyßis,
Quam non ulla quies, non ſomnus dulcis habebat.
Nocte ſacra uarias denſabat pectore curas
Pro genitore. dea aßiſtens affatur in umbra:
Telemache, haud longo decet hic errore uageris Pallas Telemachum in ſomnis hortatur, ut Ithacam redeat.
A' patriæ campis, ſub tectis ſedis auitæ
Diuitias & agros linquens, patrioſq; penates,
Totq; procos domibus celſis, qui ſede ſuperbi
Iam tot opes patria lacerant, & ſorte maligna
Inter ſe dirimunt, dum tu moliris inane
Actus iter circa Menelaum marte potentem,
Cui non eſt unquam belli uox rapta ſub aruis,

Ipſe hortare ducem ſubitò te mittat in oras
Spiciferæ patrias Ithacæ, dum mater in aula
Candida durat adhuc, genitor fratresq; frementes
Voce iubent unà faciat ſponſalia mater,
Nubat & Eurymacho, qui longè excellit amore,
Muneribusq; procos omnes, augetq; ſuperbas
Dotes. hinc igitur properes chariſſima proles,
Ne quid ut inuito te rerum ſede feratur
» Et tectis aulæ. Varium & mutabile ſemper
» Fœmina: noſti animos & mollia pectora matrum.
» Huius nempe domos opibus cumulare marita
» Nititur, ingreſſus thalamos quicunq; petiuit
» Dulces amplexus, ſponſaliaq; alta reduxit.
» Immemor illa ſuæ ſobolis, tædæq; prioris,
» Amplius haud unquam lacrymoſo funere rapti
» Coniugis antiqui meminit, nec uoce requirit.
» Vt fuerit magno quondam dilectus amore,
» Atq; thoros adeò primosq; Hymenæos
» Illi ſacrarit, cum iam pubeſceret annis.
Quare Ithacas poſtquam remeans acceſſeris arces,
Singula committas famulæ, cui fama fidesq;
Et probitas perſpecta fuit, quæq; optima rerum
Suſtinuit curam, donec tibi nupta deorum
Conſilio aſcendat ſacrum uenerata cubile
Dis oſtenſa tuis: animo mea figito dicta,
Quæ ſuper addidero. crudelis turba procorum,
Quæcunq; excellit pugna, ſuper æquore cano
Inſtruit inſidias Ithacæq; Sameſq; per undas
Sublimis ſaxis, qua ſe freta concita uentis
Extollunt fluctu; cupidiq; occidere ferro

Te prius

Te prius expectant, patrias quàm rurſus arenas
Contigeris. nec facta reor ſucceßibus uti:
Sed potius tellus opto ſeſe ima dehiſcat,
Submerſura procos, quicunq; epulantur in aula,
Et res Dulichij perdunt. tu dirige puppim
His procul à terris, cædis fuge littus auarum.
Nocte etiam remos lenta, nauemq́; guberna.
Eſt tibi miſſurus lenes à puppe ſequentes
Ventorum flatus, Deus immortalis Olympi:
Qui te ſeruat aquis, & fluctu liberat atro
Incolumem. Sed poſtquam Ithacæ iam littus amœna
Contigeris, nauim ſocios hortare ſub urbem
Deducant omnes. tu fidi rura ſubulci
Accedas ſubitò, qui paſcit glande uirenti
Syluarum porcos, mitißima pectora geſtans,
Humanusq́; ſues ſeruans: hic ducere ſomnos
Nocte para: Eumæum tunc intra mœnia celſæ
Vrbis paſtorem referentem nuncia famæ
Penelopæ ire iube, cuius prudentia claret
Inter reginas Danaûm, quòd ſaluus arenas
Attigeris patriæ, atq; Pylo quòd puppe remiſſus
Adſis incolumis, donans ſolatia matri.
Sic dicens Pallas, longum repetiuit Olympum.
Hic tum Neſtoriden laxantem membra quiete
Excitat, & ſomnos huic dulces rupit, & urgens
Calce pedum mouit, uerbisq́; his ora reſoluit:
Nunc ô Neſtoride corpus Piſiſtrate ſtratis Telemachus Piſiſtrato.
Corripe, ueloces iuncturus curribus altis
Cornipedes ducens, celeremus ut æquore campo
Noctis iter. fatur contrà Piſiſtratus ore:

Piſiſtratus Telemacho
Telemache, haud tutò tenebroſa nocte uagantes
Ingrediemur iter, quid tam properare iubebis?
Mox inuecta rotis ueniens aurora rubebit.
Contrahito ergo moras, ſaltem dum munera celſo
Atrides heros Menelaus belliger haſta
Martis honos ingens imponat regia curru,
Dimittatq́; hilares, uerbis affatus amicis,
» *Digreſſu uenerans. namq; hoſpes ab hoſpite dignè*
» *Suſceptus, ſemper meminit, dum labitur omnis*
» *Sole dies, omniq; illum reminiſcitur æuo,*
» *Quicunq; hoſpitij peregrinum iunxit amore*
» *Officio certans. ait, & micat aurea curru*
Auratoq́; throno properans Aurora retexit
Luce polum nitida. ſtratis Menelaus ab altis
Exurgens Helenæ, quæ flauos undiq; crines
Sparſerat à tergo, turres acceßit, & ipſum
Veſtibulum ingreditur. quem poſtquam natus Vlyßis
Agnouit, ſubitò feſtinat tollere ueſtes
Et clara pulchrum tunica circundare corpus.
Mox uerò ingentem lænam, cui purpura fulget,
Induit, atq; humeros circumtegit arduus acres,
Egreſſusq́; foras proles affatur Vlyßis,

Telemachus Menelao.
Heros Telemachus: Rex ô Menelae Pelaſgûm,
O dux Graiugenûm laudis clariſsime fama,
Magna Iouis ſoboles: patriæ me dulcis in oras
Rurſus mitte precor, charos repetiſſe penates
Vrget amor patriæ. cui rex Pelopeius infit:

Menelaus Telemacho.
Haud traxiſſe moras cogam, inuitumq́; tenebo,
Telemache: nec te, quoniam cupis ire, morabor.
Namq; & ego indignor, ſi quis mihi detinet hoſpes

Inuitum,

Inuitum, quanquam multo ſeu lenis amore, “
Proſequitur ue odio. medium ſeruantia ſemper, “
Ceu meliora probo. culpa conſiſtit eadem, “
Agreſtis nondum qui cogit abire uolentem, “
Surgentemq́; tenet, prohibetq́; recedere durus. “
Hoſpite namq;,uolens dum permanet hoſpes,ametur: “
Cumq́; abitum reparat, lætum dimittere fas eſt: “
Ergo mane, donec ſaltem tibi munera curru
Imponam nitido, paſcas ut lumina donis:
Fœmineæq́; epulas turbæ,cœnamq́; per aulam
Inſtruere ut iubeam. namq; intus copia rerum eſt.
Hæc mihi ſplendor erit, dapibusq́; ea gloria menſæ.
Vtile quin etiam pranſis, impellere currus, “
Metiriq́; uiam, & multum telluris obire. “
At ſi tendis iter claras trans Helladis *oras.*
Siue Argos *forſan medium tranſire parabis,*
En ſequar ipſe comes lætus, curſuq́; frementes
Aeripedes iungam, mediasq́; per Hellados *urbes,*
Et Graiûm *populos,* Pelopeiaq́; *mœnia circum*
Te ducam: nec rex ullus dimittet inanes,
Verùm aliquod potius munus donabit amanter:
Seu tripodas æris, Dodonæosq́; *lebetes,*
Seu binos mulos, ſiue aurea pocula bacchi.
Telemachus contrà prudenter talia fatur:
Clara Iouis *ſoboles,gentis* Menelae Pelaſgæ — **Telemachus Menelao.**
Inclyte dux Graiûm, *patrias remeare ſub oras*
Ad mea conſtitui: neq; enim tot rebus & aruis,
Diuitijsq́; meis tutorem ſede reliqui,
Diſceſſurus agro patriæ.ne funditus ipſe
Diſpercam, mihi dum diuinum quæro parentem:

Ne ue

Ne' ue mihi pereant theſauri, aurumq́; ſub arce.
His rex auditis fortis Menelaus in aula
Imperat uxori atq; ancillis, prandia tectis
Inſtruere, atq; epulas luxu reparare ſuperbo
Hoſpitibus. ſurgensq́; Boethides Eteoneus
E' ſtratis, adijt: neq; enim procul inde cubabat.
Quem iubet hic ſubitò Menelaus ſuſcitet ignes,
Aſſandi carnes. dicto hic parere parabat.
Rexq́; odoriferos thalamos petit ipſe citato
Deſcenſu, atq; Helene ſimul hoc regina meabat.
His comes ibat opem referens patri Megapenthes,
Hic ubi diuitiæ, argentumq́;, atq; aurea uaſa
Theſauriq́; domus, ueterum monumenta parentum,
Longa erat hic ſeries rerum, cælataq́; in auro
Opes Menelai. Facta uirûm. hinc dempſit Menelaus pocula dextra,
Quæ deflexa auro circa ibat forma rotundo.
Craterem natum iubet & Megapenthea ferre
Argento inſignem. regina acceſſerat arcas,
Arte laboratas ueſtes, acubusq́; ſuperbè
Depictas uarijs, ſeruabant ſcrinia regis:
Harum unam tollens greſſum regina ferebat;
Quæ fuerat uario circum pulcherrima flore
Sparſa, & picta ſinus lucebat maxima cultos;
Et ceu ſtella polo uirgato murice peplum
Splendebat, quanquam hoc inter poſtremà iacebat,
His ultra pergunt amplam remeare per aulam,
Iamq́; ad Telemachum ſteterant, cum flauus ab ore
Grande iubar fudit Menelaus talia fatus:
Menelai dona. Iuppiter altitonans coniunx Iunone ſecundet
Telemache hunc reditum fœlix, ut mente reuoluis,

Munus opum noſtra quæcunq; coluntur in aula
Candidius magno donabo lætus honore.
Ergo Therapnæa pulcherrima munera dextra
Suſcipe. namq; dabo nitido cratera metallo,
Ille quidem totus quacunq; argenteus albet,
Fuluo labra micant auro perfecta per oras,
Fulgida Vulcani diuini opus altitonantis
Artificis: mihi quem dederat clariſſimus heros
Olim Sidonius, Tyrijs regnator in oris,
Hoſpitio iungens ſumma cum texerat aula
Illinc me quondam redeuntem puppe per altum.
Sic ait, inq; huius porrexit pocula dextram,
Quæ conuexa ſinus ambibant arte rotundos,
Heros Atrides Menelaus, ſama Pelaſgûm.
Telemacho coram nitidum cratera metallo
Fortis depoſuit Megapentheus regia proles,
De ſolido argento factum. regina Lacæna
Tyndaris aſtiterat, formoſa nitore genarum.
Tinxerat ora rubor, uultuſq; incenderat ardor.
Illa tenens manibus peplum, tum talia fatur:
Hæc quoq; dona tibi trado, chariſſima proles. Helena Telemacho.
Accipe & hæc, manuum tibi quæ monumenta mearũ
Sint puer, atq; Helenes longum teſtentur amorem,
Coniugis Atridæ. cape dona extrema meorum,
Quæ des ferre tuæ uenient cum tempora nuptæ,
Et referent dulces ſponſalia læta choreas.
Quæ tamen interea ſeruet tibi regia mater,
Arcis Penelope intra penetralia celſa.
Vade (ait) ô fœlix magni pietate parentis,
Et lætare diu repetens palatia clara

Turribus,

Turribus, & patrias oras, & littus amœnum,
Dulce decus patriæ dicens hic munera tradit,
Gaudens ille capit: quæ tum Piſiſtratus heros
Suſcipiens, currus tabulatis condidit altis,
Atridæ pectus miratus, regia dona.
Tum uerò proceres alta in palatia duxit
Atrides, flauus crines Menelaus, & illic
Conſedere thronis nitidis, & ſedibus altis.
Dat manibus lymphas latas formoſa miniſtra,
Perq; aurata manu gutturnia fundit amœna
Vndarum latices ducibus ſuper ipſa, lebete
Suppoſito argenti longè candore micanti.
Inde thoros ſtruxit iuxta menſasq; politas.
Tunc onerat dapibus tabulas, cereremq; caniſtris
Expedit, atq; epulas ponit uenerata puella,
Grata ferens ducibus penetrali fercula celſo,
Diuerſosq; cibos. prope denſas ordine carnes
Arte Boethides ſecat, atq; in fruſta diremit.
Pocula ponebat menſis, uinumq; miniſtrat
Præclari bello Menelai regia proles.
Inq; eſcas uarias nitidas contendere dextras
Aggreßi regis proceres, epulantur in arce,
Vt uerò potusq; & amor compreſſus edendi,
Hic tum Telemachusq;, & Neſtoris inclyta proles,
Aeripedes iungunt, pictosq; aſcendere currus
Inſtituunt alacres, celeresq; egere iugales
Celſo ueſtibulo arcis porticibusq; ſonoris,
Ponè ſequebatur flauus Menelaus in auro,
Vſq; tenens dextra dulcißima uina Lyæi,
Irent ut læti proceres libamine fuſo,

Stans

Stans altum ad currum rex prudens talia fatur:
Viuite fœlices, Neleïa Neſtoris arua, Menelaus ad hoſpites iam iam diſceſſuros.
Ingreßi iuuenes, Pylio mea dicta tyranno
Dicite, ceu quondam fuerat pater æquus in armis,
Cum nos ad Troiam bellantes Pergama circum
Pugnaremus agris, Priami ſub marte Pelaſgi,
Sic mihi ſic maneat. cui talia reddidit ore
Telemachus; proles facundi fortis Vlyßis:
Clara Iouis ſoboles magni, dux inclyte Graiûm, Tel. Menelao.
Hæc tua Neleio regi mandata feremus,
Vt memoras, poſtquam Pylios intrauimus agros.
O` utinam patrias ego ſic ingreſſus in oras,
O` Ithacæ inueniam genitorem lætus Vlyſſem
Dulichijs tectis. equidem ſibi cuncta referrem
Quantis amicitia, quanto ſolatus amore
Dulichij ſobolem me ſede receperis alta:
Tum quot opes dederis, quot regia munera curru,
Cum patrias iterum peterem Lacedæmone terras.
Hæc dum fatur, auis dextra de parte uolauit,
Ingens prodigium. curuis namq; unguibus hæſit
Anſer auis raptus penna candente uolabat
Prædam aquila è ſtabulo geſtans immaniter ungue, Augurium aquilæ aduolãtis rapto anſere. Virgil. 12. Aen.
Aſſuetam domui. magno clamore ſequentes
Ibant turba uirûm, & mulierum denſa caterua.
Armiger ales ouans prope reges aduolat ingens,
Præter equos dexter ſubitis ſecat aera pennis.
Hæc ut monſtra uident, lætantur in omine reges,
Voce ſalutantes: gaudebant pectora cunctis
Florida lætitia. quos ſic affatur ab alto Piſiſtratus Menelao.
Neſtorides curru: Princeps Menelae Pelaſgûm,

Clara Iouis ſoboles, præſtantia pectora uolue,
Et meditare precor: nobiſ' ne hæc monſtra ſub æthra,
An' ne tibi dederit potius deus aere celſo?
Sic ait. Atrides bello præclarus & armis
Cogitat illa diu, monſtrum qua mente referret
Ritè omen recolens. Helene regina ſub auras
Præueniens, ut erat læta cum ueſtè decora
Affatur: Proceres, mea nunc intendite dicta.
Helena interpretatur augurium. *Auguror, ut mentem turbæ docuere deorum,*
Illapſæ, atq; reor fore, ceu Iouis armiger ales
Anſerem auem curuis inuadens unguibus acris
Eripuit, pinguem, nutritam corte ſub alta,
Montibus elapſus, pullos nidumq; relinquens,
Et partum implumem: ſic quondam fortis Vlyſſes,
Multa mari paſſus, multum iactatus arenis,
Inſignis bello, uarijsq; erroribus actus
Arces continget patrias, atq; acer in armis
Vltor erit, ſeu iamdudum meditatur in aula
Cunctis fata procis, ſortemq; minatur acerbam.
Telemachi uotum. *Cui ſic Telemachus: Faciat ſic Iuppiter altus,*
Altitonansq; polo coniunx Iunonis, & illic
O regina tibi facerem ſic uota Lacæna,
Vtq; deæ ſupplex patria tibi ſacra litarem.
Sic ait. æripedes monet, inſonuitq; flagello
Telemachus & Piſiſtratus a Menelao diſcedunt. *Iniecto. aſt illi celeres trans mœnia curſu*
Corripiunt campum, proniq; per æquora currunt,
Præcipitesq; iugum quatiunt urinq; tenentes,
Atq; die tota feriunt undantia lora.
Sol ruit, atq; uiæ paßim umbrabantur opacæ,
Contigerantq; urbem Pheras, & tecta Dioclei,

Orſilochi

Orſilochi proles genuit quem Alpheus ad undas
Arcadicas quondam: hic laxarunt membra quiete,
Liber & hoſpitio proceres hic iunxit amico.
Suſtinuere illa hic iuuenes requieſcere nocte.
Vt roſeis tenebras digitis Aurora fugarat,
Orta die, æripedes iungunt, pictosq; citato
Saltu conſcendunt currus, reſonantibus acti
Porticibus: tum quadrupedes è limine pulſi
Veſtibuli currunt celeres. campoq; uolabant.
Inſtant uerberibus iuuenes, agitantq; flagellis.
Iamq; Pylon celſam, & Neleia Neſtoris arua
Intrarant, cum ſic proles affatur Vlyſsis:
Neſtoridæ, præſtes pacti non immemor ipſe Vlyſſes Piſiſtrato.
Nunc promiſſa mihi dudum, dictisq; maneto.
Hoſpitium antiquum, & patrij ſocijq; penates
Iure patrum quondã, & ueteri coniunctus amore, &
Mos datus hoſpitibus, quo iure tenentur utrinq;.
Adde quòd æquali pubeſcit uterq; ſub æuo,
Atq; pares animis: quin & uia longa perennes
Arctius hæc mentes iunxit, moresq; probauit.
Clara Iouis ſoboles, præter naualia celſa
Ne precor hinc ducas, ſed me ſub littore linquas
Aequoreo: ne me Pylius ſubſiſtere cogat,
Contineatq; aula me inuitum Neſtor auita,
Certans officio, dum me properare per æquor
Fata iubent canum. ſic fatus: Neſtoris alti
Clara ducis proles meditatur pectore fœdus,
Ritè ſecundaret pactum, dictisq; maneret.
Sic alternanti melior ſententia uiſa eſt:
Vertit equos uerſus naues, & littora ponti,

In puppiq; locat, regis nitidiſsima dona
Veſtes atq; aurum, quæ rex Menelaus ituro
Telemacho dederat proli Pelopeius Vlyſsis.
Quem ſic hortatur, celeriq; effatur ab ore:

Piſiſtratus Telemacho.

Iam conſcende æquor naui, celeraq; per undas,
Atq; omnes urge ſocios, prius alta theatra
Quàm repetam, & referam genitori nuncia curru.
Noui equidem ingenium chari mentemq; parentis.
Magnificum geſtat pectus, diſcedere nuſquam
Te ſinet, atq; uocans Pyliam te ducet in aulam.
Non unquam fateor hinc te dimittet inanem.
Si tamen abſcedes, nimis indignabitur ille.

Diſcedunt a ſe mutuo Telemachus & Piſiſtratus.

Hæc ſic uociferans, impellit in alta comantes
Cornipedes urbis retrò cito mœnia curru
Priſca Pyli, dulceſq; patris mox contigit arces.
Telemachus ſocios hortans properare iubebat.
Arma parate citò, ſocijq; impellite remos,
Vt conſcendentes æquor iam puppe ſecemus.
Cui ſocij parent, ſubitoq; aſcendere nauim,
Feſtinantq; ratis paſsim conſidere tranſtris.
Stans iuxta puppim ſoluebat littore uota
Fundebatq; preces operatus ſacra Mineruæ

Theoclymenus uates ad Telemachi nauem confugit ſupplex.

Telemachus, cum ſeſe offert peregrinus arena
Vicina, fugiens Argis ob crimina cædis.
Namq; uirum nudo uates occiderat enſe,
At genere eximius, proleſq; Melampodos alta,

Melampi uatis hiſtoria et Theoclymeni auguris.

Qui coluiſſe Pylon fertur pater ante, ſuperbam
Matrem ouium, atq; inter Pylios ditiſsimus agri,
Qui bene turrigeras Pylijs habitauerat arces.
Pòſt alias gentes, aliaſq; petiuit arenas.

Iam

Iam dulcem fugiens patriam,& Nelea regem
Magnanimum quondam,cuius clariſſima fama
Inter mortales Graijs fulgebat in oris.
Qui quidem opes illi raptas,dum labitur annus
Integer,iniuſta cogens ditione tenebat.
Contra iura fidemq; deûm hic in uincula tractus,
Sæua ligabatur captiuus turribus arcis,
Duro ſub Phylaco,Phylaces qui regna premebat.
Hic uates profugus,triſtes ſubiiſſe dolores
Suſtinuit fortis,propter Neleida nympham,
Eximiam regis ſobolem,ſeu propter amoris
Damna grauis,quæ menti immiſit triſtis erinnys
Noxia.Sed mortem tamen hic euaſit acerbam,
Mugituq; boues Phylace tum fortis abegit
Ad Pylon antiquam,crudelis Nelea regem
Vltus,opus ſæuum,rapta tum coniuge fratri
Quæſiuit gentes alias, Argosq; ſuperbum
Aptum uenit equis,tractus generator equorum
Creditur æripedum. Siquidem hic habitare iubebant
Fata uirum Argiuis dantem pia iura Pelaſgis,
Imperio iuſto.tandem ſponſalia fecit,
Atq; intra thalamum uxorem deduxit,amoris
Tædarumq; petens lectos aſcendit,& altas
Aedes extruxit,generauit coniuge læta
Fortem ſuſceptam prolem.Nam Mantius inde, Melãpi filii & nepotes.
Antiphatesq; ſimul naſcuntur ſedibus altis. Antiphates.
Aedidit Antiphates generoſus Oïclea magnum, Mantius.
Pectore præſtanti.rurſusq; creauit Oicles Oicles.
Amphiaraum,animo ſeruantem præpete gentes, Amphiaraus
Augurijsq; auium.quem Iuppiter æquus amauit

Aegiochus, ſimul & clarus dilexit Apollo
Ardore ingenti. ſed non & curua ſenectæ
Limina contigerat, Thebarum mœnibus altis
Occiderat uates ob munera coniugis acris
Perfidia inſigni, fatum muliebria dona.
Alcmaon. Amphilochus. Polyphideus. Cletus ab Aurora raptus.
Edidit hic natos, Alcmaonaq; Amphilochumq;.
Mantius ille tamen genuit Polyphidea prolem,
Et Cletum, rapuit quem quondam Aurora cubili
Aurato exoriens, formam mirata iuuentæ,
Viueret admixtus cœlo immortalibus alto.
Magnanimum uatem fecit Polyphidea Phœbus,
Qui fama uiguit Graiûm celeberrimus oris,
Occubuit poſtquam ſacer Amphiaraus in armis.
Ille Hypereſiam coluit, cum percitus iras
Geſtaret patri quondam, auguriumq; docebat
Mortales illic habitans, quo deinde creatus
Theoclymenus Telemacho.
Succeßit uates auibus Theoclymenus ingens,
Qui tum Telemachum petijt, naualia iuxta
Vota deo puppim ſoluentem triſtis ad altam,
Libantemq; aris, magna cum uoce profatus:
O quemcunq; loco facientem ſacra ſub iſto
Inuenio per ſacra precor, diuosq; uocatos,
Per caput iſtud ego obteſtor, ſociosq; ſequentes.
Dic mihi quærenti placidè uerißima fando,
Neu celes oro. qui te genuere parentes?
Quis' ue es, & unde uenis, quæ' ue urbis mœnia iactas,
Telemachus Theoclymeno.
Telemachus contrà: Tibi ego uerißima fabor.
Sum genere ex Ithaca, pater eſt mihi fortis Vlyſſes,
Dum quondam fuerat, iam funere merſus acerbo
Interijt, quare ſocios, nigramq; carinam

Huc

Huc ſumens ueni, ſi quæ modò fama feratur,
Auditurus ego iam abſentis tempore longo.
Hæc cui uerba dedit ſacro Theoclymenus *ore:*
Sic quoq; ego arua ſoli patrij tam dulcia liqui, Theoclymenus orat opē
Heu patriam fugiens. demerſi funere ciuem
Occiſum ferro, cuius genus extitit altum,
Cui multi florent præſtanti corpore fratres,
Et ſocij, atq; pares æuoq; & fortibus armis,
Quiq; tenent Argos *magnum, generator equorum*
Ille locus Graia ſemper celebratur in ora,
Argolicisq; aruis multum dominantur Achæi:
Quos fugio trepidus, uitans crudelia fata,
Et mortis pœnam, ignotis uagor exul arenis
Inter mortales peregrinus, ſorte coactus
Heu mœſta nimium. quare ô iuſtißime naui
Excipe me profugum, & tam ſupplicis ora uerere
Defenſor, ne me mittant Acherontis *ad undas*
Occiſuri, illos ferro reor eſſe ſequutos,
Atq; inſtare armis. Equidem nec puppe repellam,
Inquit Odyßides, *te orantem ſupplice dextra,* Telemachus uatem ſuſcipit in nauem
Inuitum'ue abigam, ſequere hac me lætus ad undas,
Excipiere illis, alta quæcunq; carina
Atq; illic fuerint. ſic fatus, dempſerat haſtam
Aeratam, atq; illam tabulata puppe reponit,
Quæ lentatur aquis. poſtquam conſcenderat ipſe
Pontigradam proram, celſa dehinc puppe reſedit,
Atq; locat iuxta ſeſe Theoclymenon, *illi*
Soluerunt funes. ſocios hortatur ad arma
Expedienda ratis. certatim littore cuncti
Parentes malum media de puppe ſub auras
Erectum ſtatuunt, curuoq; foramine nauis

Abietis inſigunt alacres, aptantq́; rudentes
Nectentes: corio factis tum candida loris
Carbaſa contendunt, uentosq́; à puppe ſequentes
Fœlices miſit, ualidosq́; per aera Pallas
Aurarum crepitus, ut pontum naue ſecarent.
Currenti citius ſalſos in gurgite fluctus,
Sol ruit, atq; uiæ cunctæ obſcurantur in umbra,
Pheræ. *At ratis inde legit Pheras, Iouis acta ſub auris,*
Accelerans ponto. tum præterit Elida ſacram,
Hic ubi præſtantes armis dominantur Epei.
Hinc præteruehitur diſperſas gurgite ſedes,
Thoæ. *Quas dixere Thoas, celeresq́; per æquora terras,*
Difficiles ratibus, quà nauim compulit undis
Remigioq́; urgens ut puppi triſtia fata
Effugeret, ne'ue inſidijs caperetur in alto.
Poeta redit ad Vlyſſem. *Interea ſtabuli thalamis & diuus Vlyſſes,*
Inſignisq́; deum magna pietate ſubulcus,
Exhilarant pectus dapibus, cœnamq́; reponunt.
Atq; alij pariter menſis epulantur apertis.
Vtq; exempta fames epulis, potuq́; Lyæi,
Eumæum tentans inquit facundus Vlyßes,
An foret huic curæ & uero dilectus amore,
An ſtabulo iubeat paſtor remanere ſub alto,
An potius moneat greſſum contendere in urbem:
Vlyſſes Eumæo. *O Eumæe, decus ruris, ſocijq́; ſubulci,*
Hinc abiturus ero, greſſumq́; ad mœnia tendam,
Cras ut prima dies albeſcere cœpit Eoo.
Huc illuc currens ego mendicabo per urbem,
Ne te hic fortè premam, ſocijsq́; odioſus oberrem.
Inſtrue, meq́; doce. tum qui nos ducat in urbem,

Ipſe ducem præbe. dudum me cogit egeſtas,
Vt uagus urbe errem, cererem cyathumq; lyæo
Expoſcens, quicunq; dabit tum nuncia famæ
Penelopæ referam dominæ, mixtusq; procorum
Infidæ turbæ, cœnam petiturus in arce
Accedam, ſiquidem dapibusq; & rebus abundant,
Illorum aggrediar quæcunq; capeſſere iuſsa.
Hoc affirmo quidem, credas mitiſsime paſtor,
Strenuitate mihi nemo uel iudice certet
Mercurio, quo nempe hominum ſe gloria tollit,
Gratiaq; accedit factis, & candida fama.
Non equidem quiſquam nec erit præſtantior alter,
Siue focis opus eſt ignes accendere flamma,
Seu quercum cuneis, ſeu ſcindere ligna ſecuri,
Seu partiri epulas, uerubusq; aſſare trementes
Subiectis carnes prunis, & pocula baccho
Implere, atq; alia officio præſtare decenti,
Quæ uel apud proceres altos, opibusq; potentes,
Inferiore loco natus uirtute miniſtrat
Strenuus ingenij. increpitans excepit Vlyſſem
Eumæus, duxitq; imo ſuſpiria corde:
Hei mihi, cur hoſpes ſubit hæc ſententia mentem? Eumæus Vlyſſi.
Certè equidem infœlix optas immania fata,
Atq; mori penitus, dum turbam inſane procorum
Acceſsiſſe audes, quorum uiolentia cœlum
Aeternum tangit, petulantiaq; alta ſub aſtra
Contendit. neq; enim lacerata ueſte miniſtri
Tales illorum celſa uerſantur in arce.
Sed nitidis iuuenes tunicis lænaq; ſuperba
Induti, atq; caput pingues, uultumq; decori,

Ad nutum ſtantes, his ſemper uina miniſtrant,
Et dapibus menſas crebis, & carnibus altas
Atq; cibis ornant uarijs, bacchoq; nitentes.
Quare hortor maneas hoſpes chariſsime, nullus
Inuidet hanc ſortem, nec te præſente dolebit:
Nec ſocij, quicunq; colunt mihi frondea rura.
Vt uerò magni proles remearit Vlyſsis,
Induet ille tibi tunicas, & murice lænam
Egregias ueſtes, tum te ſuper æquora puppi
Dimittet, quácunq; auidum te pectora ducent.
Tum patiens Ithacus ſic contrà eſt ore loquutus:
Vlyſſes Eumæo. *O' utinam te ſic paſtor, ſic æquus amaret*
Iuppiter, ut magno es mihi iam dilectus amore.
O' Eumæe decus ruris, me erroribus actum
Suſcipis, atq; uia redimis, ſolareq; triſtem
Aerumnamq; grauem demis. quid triſtius uſquam "
Errore eſt homini, & peregrina ſorte, per oras "
Externas? ſed enim damnoſus cauſa malorum "
Venter narratur: quo ſic urgente, labores "
Suſcipiunt homines, curiſq; agitantur amaris. "
Sæpe aliquem uenter uarijs erroribus egit, "
Et ſubijſſe malum, & ſæuos ſub corde dolores "
Cogit adire uiros charæ per damna ſalutis. "
Vlyſſes quærit de matre ac patre Laerte. *At quoniam retines, prohibesq; recedere rure,*
Iam de matre refer clara patientis Vlyſsis,
Et genitore ſuper, quem tunc extrema ſenectus
Curuarat, Troiam peteret cum dius Vlyſſes:
An ueſcantur adhuc alacres uitalibus auris,
Sub radijs Phœbi tepidis, ſplendoreq; ſolis?
An' ne obiere diem, atq; infernis ſedibus extant,

Demiſsi

Demiſſi triſtes ſæuas Phlegethontis ad undas?
Cui facit Eumæus paſtorum gloria uerba:
Dicam equidem ô hoſpes ſolus ueriſſima, curuus
Venit adhuc, ſummoq; facit non æqua Tonanti
Vota Ioui ſupplex, pereat ſibi pectus ab armis
Diuulſum, atq; anima lacerentur membra, Laertes:
Vſq; adeò horrendum ſibi raptum luget Vlyſſem,
Terribilisq; dolet dulcis crudelia nuptæ
Fata diu mœſtus, tetigit quæ uirgo cubile
Connubij quondam. nunc triſti funere merſa
Illa ſenem affecit curis, crudæq; ſenectæ
Tradidit immodico luctu. nam rapta dolore,
Et fletu nati fama præſtantis Vlyſsis
Illacrymans caſum, Plutonis ceſſit ad umbras,
Heu triſti fato. non ſic mihi funera tradat,
Quicunq; in noſtris habitat dilectus arenis.
Dum uiuebat enim, quanquam ſub corde dolorem
Geſtabat, tamen hanc quærebam ſæpe rogando
Multa ſuper nato, multum memorabat Vlyſſem,
Dulcis erat ſermo. primo me eduxit ab æuo,
Cum Ctimene nata, cui magna potentia formæ,
Quæ peplum gradiens latum extendebat in auras,
Immenſaq; ulijs uerrebat cyclade terram:
Quam fudit partum quondam enixa ſupremo.
Hac educebar pariter ſub honore iuuentæ.
Virgo tamen cultu fuerat maiore parentis.
Vt pubertatis dulces conceſſerat annos,
Mollior ambobus creſcens & amabilis ætas,
Contigimusq; pares pubeſcens temporis æuum,
Dant nuptum natam, fuerat iam nubilis annis,

Eumæus Vlyſſi de Laerte.

Ctimene Vlyſſis ſoror formoſiſſima

Atq; Samen tradunt dotalia caſtra parentum,
Contulerant etiam regno tum millia dena.
Me uerò indutum læna tunicaq; decenti,
Atq; alio amictu, pedibus talaria donans,
Ad pecoris curam patrios præmiſit in agros.
Nam me præcipuo quondam curabat amore
Ex animo mater. nunc uerò ueſtis egemus.
Sed mihi cœleſtes, quorum una eſt uita beata,
Quos inter uerſor, duros duxere labores,
Hac epulas potumq; mihi bonus arte paraui,
Vnde uerecundis etiam pia dona benignè
Hoſpitibus trado. dominæ ſed dulcia uerba
Rarò quidem audimus, ſeruis nimis aſpera fertur.
Sors non æqua quidem ſucceßit ſedibus arcis.
Luxuriant aula crudelis turba procorum.
Tum famuli heu trepidi reginæ cuncta referre
Dulichiæ horreſcunt, potumq; rogare, dapesq;
Vix audent miſeri, & quarum tamen indiget uſus
Rus portare uiris, agrorum qualia ſeruis
Pectora delectant, faciunt & gaudia campis.
Ille autem contrà: Paſtorum Eumæe ſubulce
Gloria per ſyluas, Dij, quîs erroribus actus
Tam puer à patria, charisq; parentibus æuo
Vſq; adeò tenero Laertia regna petiſti?
Hoc precor edoceas, et caſus ordine narres.
Num diſiecta uijs latis ſunt mœnia celſa,
Quamq; pater quondam materq; habitauerat urbē?
An'ne datum te ouibus placidis, bubusq; ſub agris
Cuſtodem quondam rapuerunt nauibus altis
Prædones, & te celſas Laertis ad arces,

Vlyſſes quærit ex Eumęo ſubulco ſuo, eius genus ac patriam.

Atq;

Atq; domos claras duxerunt æquore uectum?
Qui precium ſoluit dignum prædonibus æquus.
Cui tunc ingreditur paſtor, ſic ore renarrans:
Hoſpes ego pandam, quoniam me quæris, & illa
Vera tibi referam, tacitè mea percipe dicta,
Hicq; ſedens lætus menſa bibe uina Lyæi.
Iam tardæ longas noctes tenduntur in horas.
Tempus erit forſan tibi cum dormire licebit,
Eſt etiam tamen hæc non parua audire uoluptas.
At non antè tamen, ſomni quàm uenerit hora,
Feſſa ſoporifera laxabis membra quiete.
Infert triſtitiam mentis quoq; copia ſomni, "
Et dolor ipſe ſopor menti ſit longior altæ: "
Pectora multa quies inducit turbida curis. "
Aſt alios inter cui languent corda ſubulcos
Exeat, & molli componat corpora lecto,
Carpturus ſomnos, ut ſeſe aurora quadriga
Extulerit roſea apparens rutilante colore,
Manè ſequuturus porcos ientacula paſtor
Sumat, & inde ſues in regia culta reducat.
At nos ſede ſoci libantes pocula Bacchi,
Carpentesq; cibos, referendo triſtia fata,
Hic oblectemus mœſtiſſima corda dolore.
Namq; dolore etiam eſt narrando ſæpe uoluptas. "
Expletur lacrymis egeſtus luctuſo bortis. "
Qui multa eſt paſſus, uariiſq; erroribus actus, "
Eſt quoq; triſtitia ſibi mentis mixta uoluptas. "
At nunc aggrediar, quæ quæris, dicere uerſu.
In noſtro Syria eſt quæ dicitur inſula ponto,
Si quando Syriæ nomen peruenit ad aures,

Narratio Eumæi de genere ſuo ac raptu.

Syria inſ. quę et Syrius, una ex Cycladibus.

Ortygiam ſubter, quà uertit limite currus
Phœbus, & exiſtit Titanis uerſio celſi.
Haud equidem magna eſt, quanquã circumflua terra,
Exiguumq́; ſolum nimis eſt, anguſtaq́; tellus,
Fertilis illa boum tamen affert paſcua denſa,
Paſcendisq́; ouibus diues, bacchoq́; uineta.
Non hic dira fames inuadit in æquore gentem,
Nec triſtis morbus miſeris mortalibus extat,
Cum genus hic hominum ſine labe ſeneſcit in urbe.
Tum Phœbus nitidis, procul hinc argenteus arcus
Splendet, & ardeſcunt rutilo ſub ſole ſagittæ,
Cum Phœbe aggreſſus telis comitante Diana
Demittit letho ueniens, mergitq́; ſenectam.
Hic urbes binæ diuiſaq́; regna per urbes,
Ambasq́; imperio dijs immortalibus æquus

Cteſius Ormenides rex Syriæ ſub Delo, genitor Eumæi ſubulci. Vſq; adeo, ut Ariſtoteles ait, in rebus humanis potens eſt fortuna.

Cteſius Ormenides, genitor præclarus in armis
Ille meus quondam, conceſſis rexit habenis.
Vt uerò has clari Phœnices nauibus altis
Contigerant, merces & ludicra puppe ferentes,
Ingenioſa cohors captandi pectora rebus,
Quæ corda oblectant hominum: ſed ſerua parentis
Aedibus, egregia forma, peregrina puella,
Phœnicum fuerat quædam de gente creata.
Hæc patris arce ſedens, operum ſtudioſa Mineruæ,
Excellens uultu, & præſtanti corpore nympha,
Splendida texebat urianti pectine telas.
Curuas hanc iuxta naues tum fortè lauantem,
Decepere aſtu Phœnices littore ſtantes,
Inq́; cauam puppim deductam mollibus urgens
In ſtratis, lateri gremioq́; infuſus amantis

Compreſſit

Compreſſit ſolam, dulci furioſus amore
Mercator quidam Phœnicum gentis. Amores,
Pectus amicitiæ, & fallentes pectora merces, "
Blanditiæq́; uirûm, ludiq́; & ludicra, mentes "
Fœmineas capiunt. ſi qua eſt tumefacta papillas, "
Pronior in Venerem, mollesq́; Cupidinis artes, "
Sit licet illa operi aſſiduoq́; intenta labori. "
Vtq́; illam futuit, genus hic quæſiuit, & oras,
Quæ' nam eſſet ſcrutans, tum qua de gente profecta.
Illa patris ſubitò celſas narrauerat arces,
Sic effata illi: Patria Sidone puella
Sum fœlix, uarijs ubi tellus æris abundat
Montibus, & ſoboles Arybantis diuitis aruis
Innumeris. hinc me Taphij rapuere, feroces
Prædones, quondam redeuntem rure puellam.
Meq́; adeò huc raptam duxere per æquora curua
Hæc ad tecta uiri, precium qui ſoluerat æquum.
Cui mercator ait, qui tum ſtuprauerat illam,
Clam tenebris nauis ſuaui commixtus amore:
Ergo iterum in patriam nobis comitata redibis,
Vt uideas matris ſedem, genitoris & arcem
Sublimem, atq; illos longo pòſt tempore cernas:
Carpit adhuc auras, & uterq; uireſcit abundans
Diuitijs, fœlix illis opulentia ſurgit.
Cui mulier contra roſeo ſic ore loquuta eſt:
Sic uolo, ſic iubeo. modò ſi mihi iura fidemq́;
Iurati dabitis nautæ, uos eſſe carina
Incolumem ad patrios agros, dulcesq́; penates
Me deducturos: ibo, quócunq; uocatis.
Sic ait. aſt illi iurarunt littore cuncti,

Vt petijt.

Vt petijt.iuramenti iam fœdere facto,
Hæc iterum adiecit ſic nautis Nympha loquuta:
At uos his rebus præſtate ſilentia nautæ,
Ne quiſquam ueſtrûm faciat mihi uerba per urbem,
Siue uia occurrens,gelidas ſeu fontis ad undas,
Ne quis fortè ſeni referat tum nuncia regi
Ingreſſus ſedem, & mihi triſtia uincula membris
Inijciat,religetq́; domo, ſi ſenſerit altus
Rex Syriæ,atq; necem uobis meditetur atrocem.
Hæc igitur taciti retinete,& puppibus altis
Feſtinate uiri res emptas ponere nauis,
Atq; inferre ratis precioſa uiatica tranſtris.
Mercibus immenſis poſtquam eſt ſtipata carina,
Tum celeri ueniat greſſu mercator ad arces
Nuncius,inde aurum eripiam quodcunq; rapaci
Contigero dextra:tum nobile pondus ad altas
Ipſa dabo referens naues,naulumq́; puella
Florentem puerum,quem paſco regis in aula,
Et ſobolem domini aſtutam,dum curret ab arce.
Sæpe illa extra ædes ſe fert,ſociosq́; requirit,
Deducam mecum,qui trans maris æquora uectus
Grandia mærebit,ſi creditis,æra puellus,
Venditus immenſo non notis gentibus auro.
Sic ait,inq́; arces ueſtigia torſit amœnas.
Aſt illi totis dum labitur annus ariſtis,
Mutantes merces noſtra uerſantur in urbe,
Inq́; cauas properant emptas transferre carinas,
Diuitias,onerantq́; rates:ut tempus arenis
Venerat exculptæ funes abrumpere nauis,
Mittitur aſtutus referat qui nuncia nymphæ.

Arte

Arte mei celſas uario genitoris ad arces,
Portans electro uariatam,auroq́; coronam
Oras incluſam fuluo,colloq́; monile
Auratum : ancillæ manibus,uenerandaq́; mater,
Dum tractant,oculisq́; uident,preciumq́; monilis
Pollicitis urgent:hic clam ruit ille puellæ.
Vt ſubitò annuerat,repetiuit littore nauim.
Hæc me tum puerum manibus deduxit ab aula,
Apprenſumq́; foras traxit.tum pocula menſis
Aurea,ueſtibulo potorum repperit alto,
Qui circa regem ſtabant,curasq́; gerebant.
Tum cum rege ſuo properarant turba diſerta
Concilij ad ſedes,ubi magnæ concio gentis,
Et populi rumor,ſtrepitusq́; auditur in urbe.
Inde ſinu occultans terna aurea pocula menſis
Extulit illa ſibi.imprudens ego mente ſequebar.
Sol ruit,atq; uiæ tenebris umbrantur opacæ.
Nos celeri greſſu,præclari littora portus
Contigimus,ſtabatq́; celerrima nauis arenis
Phœnicum gentis:qua nos cum pondere ponunt,
Conſcenduntq́; ratem,remisq́; per humida currunt
Aequora ſulcantes.emiſit Iuppiter auras.
Iamq́; adeò cæca ſenas caligine noctes,
Totq́; dies unà ponto cum naue ferimur.
Vt Ioue miſſa mari lux ſeptima ſurgit ab undis,
Nempe ſagittifera eſt Nympham iaculata Diana, Perfidię pœna diuinitus immiſſa.
Heu telis arcuq́; nimis lætata coruſco.
Corruit inde ratis ſentinæ illapſa puella,
Cum ſonitu ingenti, uelut anſer in æquore ſalſo
Cæde marinus aquas fœdans:tum naue uoluta

Piſcibus æquoreis infœlix præda futura,
Atq; maris phocis, balænarumq́; tremendis
Eijcitur monſtris. ego triſtis puppe relictus,
Deſeror, heu geſtans, mœſtiſsima corda puellus.
Inq; Ithacam rapidus per cærula uentus, & unda
Detulit allatos Phœnices æquore cano.
Hic me Laertes opibus tum clarus arena
Emit. ego gratæ ſic uidi littora terræ
Hæc Ithacæ. cui progenies ſic fatur Vlyſſes

Vlyſſes Eumæum conſolatur.

Alta Iouis magni: Quàm nos Eumæe mouemur
Pectore, dum narras quæcunq; es paſſus ab æuo
Et teneris annis, dum tot ſubijſſe dolores
Ipſe puer poteras. tamen & tibi mollia duris
Miſcuit, atq; malis poſuit fœlicia fata
Iuppiter, ut ſæuos poſt ingentesq́; labores,
Quos quondam tuleras, intrares regia tecta
Tam ducis humani & clementis regis Vlyſſis.
Exhibet ille dapes mitis, patriumq́; Lyæum,
Molleq́; degis agris æuum. uagor ipſe per urbes,
Multorumq́; domos errans hæc rura petiui.
Sic illi uario noctem ſermone trahebant,
Inter ſe fati. nec longo tempore ſomnos
Carpſerunt, breuiter laxantes membra quiete.
Cum ſubitò roſeis inuecta Aurora quadrigis,
Auratoq́; throno ſplendens aduentat eoa.
Telemachi ſocij ſoluebant littore terræ
Carbaſa, tum uentis feſtinant tollere malum.

Telemachus Ithacã redit.

Mox uerò in portum remis de gurgite nauim
Obnixi ducunt, iaciturq́; hinc ancora puppi,
Ac terra nauis religata rudentibus alta

Stabat.

Stabat. at hi egreſsi curabant littore corpus,
Et gremio cœnam reparant telluris ad undas,
Miſcentes pateris ardentia uina Lyæi.
Vtq; amor eſt potus, ſimul & compreſſus edendi,
Telemachus ſocios dictis affatur amicis:
Cæruleam ſocij ſub mœnia ducite puppim, Telemachus ſocijs.
Pellentes remis, repeto dum rura ſubulci.
Agros ingreſſus paſtores uiſere regis
Conſtitui. poſtquam ruris res ordine uidi
Atq; opera agrorum, huc ad mœnia celſa recedam
Vrbis, ubi ſerò proceſsit ueſper Olympo,
Auroram Phaetontis equi cum luce reducent.
Tunc epulum uobis, fœlicia dona uiarum,
Inſtituam lætus, ponam & conuiuia carnis,
Ac fundam cyathis hic dulcia uina Lyæi.
Quem ſic alloquitur rurſum Theoclymenus, ingens
Mente dei uates: Quò me, chariſsima proles, Theoclymenus Telemacho.
Hinc referam? quorum repetam fidiſsima tecta,
Qui ſaxoſæ Ithacæ medijs dominantur in undis,
Quæ prætenta ſinu curuo iacet aſpera campos?
An rectà ueſtras contendam & matris ad arces?
Telemachus contrà eſt prudens ſic ore loquutus:
Certè equidem noſtram dudum te tendere ad arcem Telemachus Theoclymeno.
Iuſsiſſem: neq; enim hoſpitij conuiuia menſis,
Siue epulæ hoſpitio parcæ tenueſq; fuiſſent.
Sed peiora tibi forſan me abſente tuliſſes.
Nam neq; Penelope mater te cernit in aula:
Haud equidem illa procis apparet in arce frequenter:
Sed procul his ſummo percurrit pectine telas
Conclaui texens, ubi culminis arduus ædes

Lambit apex celſas.alium tibi conſulo prudens,
Ad quem te referas, Polybi ſub marte potentis
Et bello egregij prolem, cui candida fama,
Eurymachus Eurymachum,quem plebs Ithaca ceu numen in urbe
Suſpiciunt,quo non Ithacæ præſtantior alter,
Connubio iungi matris ſucceſſor honoris
Imperioq́; patris rex,infœlicis Vlyſſis,
„ Ardet ſacrari.uerùm deus æthere ſummo
„ Iuppiter hoc habitans cognoſcit Olympius,an ne
Ante patris ſolio,quàm nuptæ ſplendida matris
Eurymachus faciat lætus ſponſalia,lucem
Poſtremam triſtis ſupremaq́; funera cernat.
Talia dicentis dextra de parte uolauit
Augurium accipitris, non aquilę, ut quidam inepte interpretanť
Accipiter circus, uolucris pennata,ſub auras,
Acre genus raptu,& Phœbi quoq; nuncius ales,
In curuo pauidam lacerabat & ungue columbam
Euellens plumas,uulſasq́; ſub aere pennas
In terram medias inter iuuenemq́; ratemq́;
Fundebat retinens uolucrem. Theoclymenus augur
Telemachum à ſocijs prenſa uocat omine dextra:
Haud equidē, inquit,auis ſine numine dextra uolauit,
Augurii explicatio. Telemache augurium noſco,coramq́; uolantem
Aſpexi uolucrem.ueſtro haud genus altius extat.
Quin alia haud Ithacæ magis eſt gens regia terris,
Queq́; magis Samijs ſceptro dominetur in undis,
Quàm ueſtra in populis Ithacæ.uos ergo potentes
Imperio undarum ſemper regnabitis alto.
Telemachus contrà prudens orditur: Amate,
O utinam lætum non hoc ſucceßibus omen,
O hoſpes,careat.tunc ô tam munera multa

Hoſpes

Hoſpes amicitiæ caperes,ut ſæpe beatum
Te ferret,quicunq; tibi ſimul obuius iret.
Sic ait,& dictis Pyræum affatur amicis,
Perſpectæ comitem fidei: Fidiſsime nobis Telemachus Pyræo.
O' Clytide,quoniam ante alios Pyræe ſodales,
Vt reliqua officia hic taceam,quæ plurima fando
Enumerare uales,mihi iam parêre ſolebas,
Me quicunq; Pylon trans æquora cana ſequuti
Sulcarunt undas mecum,Pyræe domorum
Ad tua tecta precor ducatur nobilis hoſpes,
Quem donec redeo magno uenereris amore.
Cui tum Pyræus ferrata fulgidus haſta:
Quamuis hic maneas ruri uel tempore longo, Pyræus fidiſſimus Telemachi regis comes.
Attamen hunc ducam ad ſedes ſolatus auitas.
Nec deerit quicquid pius hoſpes ab hoſpite poſcit,
Hoſpitij'ue fides. dicens aſcendit arenis
In proram,ſociosq; iubet conſcendere puppim,
Remigioq; uti celeri,ſoluiq; rudentem.
Certabant ſocij ſubitò conſidere tranſtris
Conſcenſa naui.pedibus talaria pulchra
Nectit Telemachus,tum fortem traxerat haſtam
E' tabulis nauis,ferroq; retexit acuto
Præfixam.ſocij ſoluerunt littore funem,
Remigioq; urgent,impulſa puppe ſecantes
Aequora ſalſa maris,repetebant mœnia clara,
Telemachus ſoboles ut tum mandarat Vlyſsis.
Hic tum progreditur portu,rapidiq; ferebant Telemachus rus ſe conferens, ad ſubulcum diuertit.
Hinc heroa pedes,donec ſtabula alta per agros
Contigerat.porci paſcebant mille per arua,
Innumeræq; ſues,ubi peruigil ore ſubulcus

Pernoctabat agro,qui regibus utilis aruis
Miti ſeruitio nunquam cedebat Vlyßis.

ARGVMENTVM LIBRI XVI.

Contigit ut patrios agros,tum miſit in urbem
Telemachus fortis paſtorem rure paterno
Eumæum,domini laturum nuncia fama,
Vt Pylijs adſit deductus ſoſpes ab oris.
Conſilio interea clarus ſe Palladis altæ,
Dulci Telemacho proli manifeſtat Vlyſſes.
Quiq; proci inſidijs ſteterant ſuper æquoris undis,
Incautum exciperent ſobolem pellacis Vlyſſis
Telemachum,pelago rediere in mœnia celſa.

ODYSSEAE LIBER XVI.

Telemachus fœlix genitorem agnoſcit Vlyſſem.

INterea ut uenit roſeis Aurora quadrigis,
Eumæus paſtor ſimul & præclarus Vlyſſes,
Inſignes pietate deûm,tum prandia menſa
Manè foco accenſis reparabant ignibus alta.
Iam roſeos campis radios diſperſerat Eos,
Cum ſimul emittunt ſuibus per paſcua mille
Cum grege paſtores.uenientem grata canum uis,
Multum natura ſæuis latratibus apta,
Telemachum circa cauda blanditur inerti,
Canes Telemachum uenientẽ agnoſcunt.
Ac ſine latratu gradienti aſſultat,& inſtat,
Et crebro facilis ſaltu ludebat in agro.
Namq; canes propius non latrauere meantem
Telemachum regem.ſenſit tum diuus Vlyſſes
Hoſpes adulantes nullis latratibus aruo
Fronde canes læto,ſonus & circumſonat aures

Atq;

Atq; pedum ſtrepitus.cum ſic affatur Vlyſſes
Eumæum breuiter: Sedi ſuccedit amicus,
Et ſocius certè, ſiue hoſpes notus amore,
Dulichiæq; domus fautor,latratus in aruis
Auditur nullus,nec iam latrare Moloßi
Suſtinuere canes,tacita ſed uoce reſultant
Blanditi circum,pedibus tum uerberat aures
Excußus ſonitus. uix hæc effatus Vlyßes,
Veſtibula aſtiterat cum fortis natus Vlyßis.
Tum ſubitò ſurgis motu ſtupefacte ſubulce,
Ac uaſa è manibus ceciderunt lapſa labore,
Quæ tenuit dextra miſcens ardentia uina,
Accurrensq; citò ſeſe offert obuius alto
Eumæus regi,capitiq; hinc oſcula figit,
Atq; oculis pulchris,manibusq; inſanus amore.
Luminibus cecidit teneris quoq; plurima gutta,
Humectatq; ſinus lacryma,fletusq; reſorbet.
Ceu genitor ſobolem paßis amplectitur ulnis
Dilectam quondam, longinquis nuper ab oris
Iam decimo tandem redeuntem ſerius anno,
Quæ ſibi ſola fuit ſumma quoq; nata ſenecta,
Quam propter uarios quondam tulit ille labores:
Sic tum Telemachum præſtantem corpore fidus
Egregio excepit,prælibans oſcula paßim,
Amplexus iuuenem,ſyluarum gloria paſtor,
Ac uelut erepto fatis, & funere triſti,
Gratatur fletu.tum lugens talia fatur:
Veniſti tandem lux ô dulcißima noſtra,
O' Ithacæ lumen,nunquam me pectora tanta
Speraram te uiſurum,ut mihi puppe per æquor

Vlyſſes Eumæo.

Eumæus Telemachũ excipit.

Hinc Pylon antiquam puer es auectus in undis.
Nunc age chara mihi ſoboles, ſuccede paternis
Sedibus agrorum, ut uultu tandem explear iſto,
Oblecterq; ſatis redeuntem lætus arenis
Huc alijs ſaluum te terq; quaterq; uiuendo.
Haud equidem ô ſoboles accedis rura frequenter,
Paſtoresq; tuos. Verùm peregrinus in oras
Hinc fugis à patria, atq; alienas quærere terras
Conaris multum, ſapiensq; euadere turbam
Ipſe cupis Stygiam, miſſamq; Acheronte procorum.
Telemachus Eumæo. *Cui ſic Telemachus tenero placidiſſimus ore:*
Sic fore ſperamus, pater ô fidiſsime paſtor.
Iamq; tui cauſa uenio, ut poſt tempore longo
Luminibus uideam, & noſtro te iam alloquar agro,
Colloquioq; fruar. Nunquid mea mater in aula
Durat adhuc? ecquid forſan connubia iunxit
Nupta alij ſponſo, noſtriq; cubile parentis
Deſertum luget ſine noto coniuge tectis?
Nunc uerò inuiſas prætexit aranea telas
Vndiq;, dum nemo iacet illo, heu triſtia fata.
Cui contrà dedit hæc Eumæus ab ore ſubulcus,
Eumæus Telemacho. *Paſtorum princeps: Equidem tua mater in aula*
Perſtat adhuc miſerè, uiduoq; in pectore curas
Luctificas paſcit, crudeles paſſa dolores,
Et largos illam fletus noctesq; diesq;
Fundentem abſumunt, lacrymantiaq; ora gerentem.
Sic effatus, ei dextra tum dempſerat haſtam
Aeratam, hic intro ſe fert ſuper ardua ſaxis
Limina portarum. cui ceſsit ſede, locoq;
Dulichius. natus tum patrem amplexus Vlyſſem

Tele-

Telemachus,tenuit clamans:Tu ſede quietus
Hac maneas hoſpes,noſtriſq; ſedilia tectis
Inueniam ſubitò,nec deerit ſedibus hoſpes
Qui reparet.ſic fatus erat,rurſuſq; reſedit
Dulichius. iuueni uirgulta uirentia paſtor
Mollia ſubſtrauit,uiridiq; in fronde locauit
Deſuper,infundens pelles. quibus altus Vlyſſis
Inſedit natus.tum lances carnibus aſſis,
Quas hic relliquias ſeruarant luce priori
Turba epuláta thoris. cumulatam deinde caniſtris
Depromit cererem,tum dulcia uina miniſtrat
Paſtorum pateris miſcens,quibus alta corymbis
Surgebant hederæ diſperſæ ſigna per oras.
Dulichium contrà, paſtor ſe ſede locauit,
Inq; epulas mittunt dextras,carpuntq; paratos
Lance cibos digitis.ut amor iam pulſus edendi,
Et ſitis extincta eſt,compellat uoce ſubulcum
Telemachus: Quis nam ſucceſſit ſedibus hoſpes,
Fare age,& unde uenit,qua puppe allatus arenis,
Aut quibus à nautis Ithacas eſt uectus in oras?
Haud credo huc pedibus ueniſſe ad culmina noſtra.
Tum paſtor: Tibi ego dulcis uerißima proles
Effabor.genus eſt Cretæis editus oris
Hoſpes Dictæum,multas qui uenit ad urbes,
Huc uagus atq; illuc uarijs erroribus actus,
Sic illi Parcæ torſerunt pollice fuſos,
Atq; hæc fata illi penſat fortuna,deuſq;.
Iamq; è Theſprotûm terris allatus,ab alta
Euadens puppi,profugus confugit ad iſta
Infœlix ſtabula. At quoniam iam ſaluus in oras

Telemachus patrem ignotũ amplexus, humaniter ut hoſpitem ruri excipit.

Conuiuiũ Telemachi, Eumæi,& Vlyſſis adhuc incogniti.

Hoſpitis aduentũ exponit Eumęus.

Adueheris patrias, illum tibi trado precatus,
Suſcipias. quare quæ ſunt gratiſsima ueſtro
Nunc facias animo, ſupplex ad limina noſtra
Orat opem. cui ſic contrà eſt hoc ore loquutus
Telemachus: Noſtrum quàm nunc Eumæe ſubulce
Mouiſti pectus? quæ uox hæc excidit ore?
Quî uerò acceptum peregrinum marte tuebor?
Qui primo iuuenis pubeſco floridus æuo,
Necdum confido duro in certamine pugnæ,
Hoſtem congreſsus patrijs depellere ab aruis.
Forte prior ſi quis me contra ſumpſerit arma,
Vix me defendam, ne dum ſeruetur ut hoſpes.
Præterea matri duplex ſententia ſedit,
Et partes animum ambiguum diuiſit in ambas,
An maneat mecum potius, ſeruetq; cubile
Dulichij reuerens quondam genitoris, & aulam
Procuret patriam, & populi rumore ſecundo,
Atq; pudicitia decoris famaq; fruatur:
An dotes largas, & ſponſa ſequatur Achæos,
Quicunq; excellit diues natalibus altis,
Maiores & opes iactat. quoniam hoſpes adiuit
Has ædes pecorum, tunicis lænaq; decora
Ornabo: ancipitem lateri donabimus enſem
Quo ſe defendat: pedibus talaria iungam.
Tum ſic hinc mittam, quócunq; per æquora pectus
Hoſpitis urgebit. ſi uis tamen ipſe, teneto,
Hoſpitio iungens læto, ſtabuliq; receſsu,
Et thalamo cura. ueſtes, cereremq;, dapesq;,
Ne uobis ſtabuli tectis odioſus oberret,
Atq; epulas ſocijs minuat, miſsurus in agrum

Telemachus de ſua & matris impotentia cõqueritur.

Huc ero. Namq; procos inter, non notus, in aulam
Haud patiar ueniat. Sic luxurioſa procorum
Sæuit turba manu, & uiolenta gubernat in arce,
Ne dira faciant illi conuicia lingua,
Ac dolor hinc ortus mihi figat pectora triſtis.
Hei mihi, difficile eſt uni, ſeu fidere dextra, “
Seu bellare inter plures præſtantibus armis. “
Si pugnes ſolus, quanquam fortiſſimus acri “
Decernens ferro, longè maiora potentes “
Tela magis uibrant plures, & robora ſpirant. “
Quem ſic aggreditur dictis ignotus Vlyſſes:
Pectore amice mihi, ſi fas eſt dicere quicquam,
Pro're pauca loquar. Laceror pia corda, tuorum
Triſtia cum noſco, ceu uos narratis, in alta
Fata procos regis molirier arce nepotes,
Atq; tibi inuito dudum uim ferre nefandos,
Qui genus eximio deducis clarus Vlyſſe.
Ecquid & ipſe uolens patria ſic uinceris aula,
Teq; domant illi telis, & uulgus in urbe
Sic odijs urgent, heros clariſſime fare.
An'ne etiam in populo præclara oracula diuûm
Sectantur forſan, dapibusq; epulantur in arce.
Ecquid & accuſas fratres? quum mouit in arma
Impia Mars aliquis, pugnasq; ſubire coegit,
Seditioq; oritur forſan, magnusq; tumultus,
Tunc equidem pugna confidere fratribus acri
Mortalis ſolet, & ſpem fratrum ponere dextra.
O' utinam uiridi ſic eſſem floridus æuo,
Vt iam pubeſcens ſoboles præſtantis Vlyßis,
Qualis & ipſè heros utinam remearet Vlyſſes

Vlyſſes hoſpes ignotus Telemacho.

“ In ſeditione & pugna fratres tutiſsimi amici, atq; in gens præſidium.

Huc

Huc uagus errando:ſpes eſt,& fata iubebunt
Hoc ſperare breui:caput hoc ſecuiſſe liceret
Ex humeris cæſum,peregrino & colla ſecuri
Infregiſſe uiro,ſi non his omnibus unus
Exitio enſe forem,ſedes ingreßus Vlyßis
Laertis prolis.Sin metum turba procorum
Funderet hic maior,ſolumq́; domaret in armis,
Mallem equidem triſti ſemel hic occumbere letho,
Cæſus in arce mea,quàm ſemper turpia facta
Hæc ſpectare domi,ſupplex pulſetur ut hoſpes,
Ancillasq́; pias uiolari turpiter aulæ
Immani ſtupro:tum uina exhauſta procorum,
Heu dira turba,frumentaq́; tota per agros,
Conſumiq́; dapes fruſtra per regia tecta,
Atq; immaturas ſegetes frugesq́; per arua.

Telemachus hoſpiti Vlyſſi,ſed incognito.

Telemachus contrà : Tibi *ego uerißima pandam,*
O hoſpes, me nullo odio(ceu reris)in urbe
Perſequitur uulgus minitans,ira ue mouetur
In nos plebs omnis.nec fratres crimine damno.
» *Spes ſiquidem fratres magno diſcrimine rerum.*
» *Fratribus in dura multum confidere pugna*
» *Mortales ſoliti,ſub ſeditione coorta,*
Sunt,cum marte tument.Sed noſtrum Iuppiter *altus*
Ipſe genus quondam ſic deſolauit in arce.

Genealogia Vlyſsis.

Namq; olim genuit Laertem Arceſius *unum,*
Laertesq́; pater ſolum generauit Vlyſſem,
Meq́; unam ſobolem quondam quoq; fudit Vlyſſi
Penelope mater,genitorq́; hanc ſede reliquit
Diſcedens Troiam:*nec quod ſperabat,habebat*
Auxilium prolis,cuius uerſantur in aula

Hoſtes

Hoſtes innumeri, quot terris æquore cinctis
Inſignes Graijs proceres dominantur in undis,
Dulichioq́;, Sameq́;, & quos tulit alta Zacynthos,
Syluarum lucis circum nemoroſaq́; campis,
Quos Ithacæ ſcopuli, ſterili quos aſpera rure
Hæc Ithacæ tellus regnantes iactat in unda.
Tot paſcunt aula noſtræ connubia matris,
Totq́; domus lacerantur opes, & tecta ſuperba.
At non illa negat ſponſalia odioſa procorum,
Nec finem ſtatuit, dum pendela tela tenetur,
Nec præſtare ualet, ſed luxurioſa procorum
Turba domum uaſtat patriam, menſasq́; frequentat.
Meq́; breui forſan letho dabit enſe nefando,
Deſtructura genus clarum. clementia diuûm
Hæc tamen una poteſt fœlix auertere facta. "
Cuncta quidem pendent è maieſtate deorum. "
Vade age ueloci, paſtorum gloria, greßu,
O` Eumæe, decus ruris, mea nuncia matri
Defer Penelopæ, reducem me puppe per æquor — Telemachus Eumæum ad matrem & Laertem mittit.
Huc ueniße Pylo. opperiar dum rure recedis.
At ſoli matri referas, ne turba procorum
Sentiat, Argolicos inter. nam conſulit armis
In me ſæua quidem diris pars magna procorum.
Eumæus contrà: Noui, mandataq́; prudens — Eumęus Telemacho.
Percipio dudum. Adijcias hæc ore loquutus,
Ecquid eam curſu Laerti gratus eodem
Nuncius heu miſero, qui quanquam triſtis Vlyſſe
Abſenti lugens, tamen hic curare labores
Atq; opera agrorum famulis intentus & aruis
Sede pia ſolitus, ſumebat pocula bacchi,

Et

Et cererem menſis,quoties affectus edendi
Mouerat.at poſtquam digreſſus naue per æquor
Ipſe Pylon fueras,perhibent nec carpere menſa
Appoſitas epulas,nec tangere uina Lyæi,
Vt prius,& ſeruis nihil hunc ſpectare laborem.
At ſedet,atq; imo ducit ſuſpiria corde,
Lamentans agro:tabeſcunt oßa dolore,
Et toto infirmæ decedunt corpore uires.
Tel.Eumęo: *Cui ſic Telemachus: Quanquam dolor afficit acris,*
Sed premo luctificum triſti ſub cörde laborem.
Ergo ſenem mißum longo faciamus in agro
Lugentes.quod ſi forſan mortalibus eſſent
Omnia ſic lecta arbitrio ceſſura,parentis
Optarem potius reditum infœlicis Vlyſſis.
Tu celeri curſu redeas,ut nuncia matri
Sunt delata.procul nihil eſt Laertis in agrum
Quòd uagus hinc erres:reginam hortare,miniſtram
Clam ſubitò famæ laturam nuncia mittat
Laerti.fatus ſic,compulit ire ſubulcum.
Hic rapidus ſubitò pedibus talaria nectens
Contendit paſtor,greſſumq; ad mœnia torquet.
At non è ſtabulo latuit tum Pallada paſtor
Digrediens.Pallas properauit ad arua ſubulci,
Fœmineæ ſimilis præſtanti corpore formæ,
Et Nymphæ egregiæ,decorant quam mēbra decora.
Pallas apparens Vlyſſem hortatur, ut ſe Telemacho filio, abſente Eumęo, prodat. *Quæ nitidas ingens percurrit pectine telas,*
Aſtans ueſtibulo ſedis patefacta colore
Dulichio apparet:ſed non & uiſa Minerua
Telemacho fuerat.neq; enim manifeſta deorum "
Cunctis apparens uiſu mortalibus errat "

Turba

Turba.ſed hanc oculis pannoſus uidit Vlyſſes,
Et uidere canes.nullus latratus in auras
Sæuit.nam gemitu fugiunt,ſtabuloq; tremiſcunt,
Ploratu exiguo ſtupefacti,alioq; remoti
Gannitu exhorrent tacito.ſed nutibus illi Canes ſpiritus tremiſcũt
Significat Pallas.Subitò tum ſenſit Vlyſſes,
Egreſſusq; domo,paries quà maximus aruis
Exurgit ſtabuli,coram ſtetit ille Minerua.
Quem ſic alloquitur Pallas· Generóſa Laertis
O`proles ſenis,& celſum genus à Ioue magno, Pallas Vlyſsi
Cuius apud Graios ſapientia claret,Vlyſſe
Conſilio inſignis,iubeo te prodere nato,
Colloquioq; frui.nec te celaueris unquam.
Sed turbæ mortem,fatumq; immane procorum,
Parcarumq; manus meditantes marte feroci
Hinc iam tendatis,greſſumq; ad mœnia clara
Vertatis.nec prompta manu pugnaq; cruenta
Longius à uobis abero.ſic fatur,& alta
Dulichium aurata percuſsit arundine Pallas,
Ac ueſtem puram,multoq; nitore micantem, Vlyſsi forma priſtina reſtituitur a Pallade.
Lucentemq; dedit tunicam ſibi corpora circum,
Florenteſq; auxit artus,lumenq; iuuentæ,
Afflaratq; hilares huic pubertatis honores.
Quem dedit exauctum, nigro fuſcoq; colore
Viſa redire cutis,macieſq; abijſſe genarum,
Protenſusq; tumor,propexa in pectore barba
Nigra ſubit,nigræq; comæ. tum Pallas abiuit,
Ingreſſumq; patrem proles miratur Vlyſſem,
Obſtupefacta noua facie,uultumq; remittit
Luminibus liquido formidans æthere numen

Eſſe putat miſſum,breuiterq; affatur Vlyſſem
Exclamans: Alius longè quàm nuper in aruo
Telemachus Vlyſsi,adhuc incognito.
Appares hoſpes coram,ueſtesq; nitore
Nunc alio geſtas,ſimilis nec corpore tanto.
O' hoſpes,quem te memorem? namq; haud tibi uultus
Mortalis,ſed certè aliquis Deus eße uideris,
Diuorumq; unus,ſedes quibus altus Olympus:
Sis fœlix, noſtrumq; leues quicunq; laborem.
Parce precor,miſerans noſtris placabilis aris,
Vt tibi grata focis reddamus ſacra benignis,
Et perfecta auro læti tibi dona feramus.
Sis ô ſis placidus,noſtri miſereſce laboris.
Quem contrà alloquitur breuiter præclarus Vlyſſes:
Vlyſſes ſe filio manifeſtat.
Haud deus huc uenio:cur me immortalibus æquas
Aſſimilans diuis?tuus en dilectus Vlyßes
Sum genitor,cuius cauſa ſuſpiria ducens,
Tot pateris triſti toties ſub corde dolores
Vimq; procis noſtra latam crudelibus aula.
Sic ait,& fixit charo tunc oſcula nato.
Plurima gutta genis cadit,atq; humectat arenas.
Hic largos fletus aſtans fundebat Vlyßes,
Aßiduisq; tenens natum complectitur ulnis.
At non Telemachus genitorem agnoſcit Vlyßem,
Nec credebat adhuc,ſtupefactoq; ore loquutus:
Telemachus patri Vlyſsi.
Haud mihi Dulichius pater es Laertis Vlyßes.
Me mulcens forſan ludit deus author, ab imo
Hic magis ut lugens moueam ſuſpiria corde.
Haud equidem ingenio hæc mortalis præſtat imago,
„ Ni Deus hanc formet.facili iuuenemq; ſenemq;
„ Reddiderit forma,celſum Deus æthera calcans.

Te modò, quem dederat, tremulum te curua ſenectus,
Quiq; toga lacera circum pannoſus oberrans
Et ſpecie fueras turpi, nunc forma deorum
Dis ſimilis ſumpta eſt, quis ſedes latus Olympus
Dicitur eſſe. pater contrà ſic infit Vlyſſes:
Ne mirere patrem, tanto obſtupefactus honore, Vlyſſes Telemacho filio.
Sic adeò obtutu raptus. uenturus Vlyſſes
Nunquam alius. ueni noſtras ego talis in oras,
Multa ſolo paſſus, multum iactatus & alto,
Adſum uiceno patrijs allatus arenis
Anno, opus hoc ingens mirandæ Pallados, aruis
Quæ prædas abigit, talem me fecit. & illi
Id facile eſt factu: miranda potentia diuæ eſt,
Seu me mendici, iuuenis ſeu uertere forma
Induti nitida præſtantia corpora ueſte.
Et diuis pronũ eſt, quibus altus habetur Olympus, "
Reddere ſeu claros, ſeu caſu uoluere triſti, "
Seu affeciſſe malis, ſeu clarificaſſe per oras "
Mortales homines. Sic fatus, ſedit Vlyſſes: "
Fuſus in amplexus patri, colloq; pependit,
Ingenti & luctu lacrymas fundebat Vlyßi,
Telemachus dulci. tum iunctus fleuit uterq;,
Tam deſiderio longo, fletuſq; ciebat
Atq; ſinus implens lacrymis cunctatur obortis:
Lugenteſq; hærent, & largo flumine uultus
Dulciter humectant flentes. his fletus abundat Comparatio
Vberius, quàm quondam aquilæ ſeu uultur in aruis
Vnguibus incuruis, cum natos ante feroces
Agricolæ implumes nido rapuere ſub alto,
Quàm poſſent curſus contendere in aera pennis,

Plorantes circa frondes heu flebile lugent.
Sic illis miſerè lacrymæ funduntur obortæ.
Occiduas iſſet Phœbæum lumen in undas
Flentibus, hic ſubitò ni patrem natus Vlyſſem
Sic foret affatus: Quæ te dulciſsime puppi
Nautæ Ithacam genitor ſalſum uexere per æquor?
Haud reor huc curſus te contendiſſe pedeſtres.
Ingreditur contrà uerbis ſic fortis Vlyſſes:

Vlyſſis narratio de reditu ſuo in Ithacam.

Vera tibi ô proles referam. Phæaces in altis
Fidi me comites duxerunt æquoris undis,
Nauibus eximij: qui mittunt, littora ponti
Quicunq; attigerint, alios quoq; puppe per altum.
Meq; cita ſomno laxantem membra carina
Depoſuere Ithacis uectum ſuper æquor arenis,
Largiti Alcinoi ſplendentia munera regis,
Aes aurumq; ingens, & textas ſtamine ueſtes.
Quæ mihi conſilio ſpeluncis abdita tetris,
Et ſeruantur opes inter ſpelæa deorum.
Nunc uerò monitis huc ueni Pallados altis,
Hoſtibus ut cædem meditemur, fataq; dira.
Iamq; procos numerans crudeles ordine narres.
Scire equidem cupio, quantiq; in bella creati,
Quotq; manus arment: ut fortis rebus iniquis
Conſilio inſiſtam. num bella capeſſere ſoli,
Atq; inferre pares ſine defenſoribus enſes
Poſsimus pugna, an' ne alios quæramus in arma.

Telemachus patri recenſet numerum procorum.

Cui ſic Telemachus: Genitor, tua prælia ſemper
Audiui, egregiamq; manus laudemq;, decusq;,
Te bellatorem inſignem, martisq; potentem,
Conſilioq; bonum pugnas ſuadere Pelaſgis.

Verùm

Verùm equidem magno nimium certamina marte
Decernis: ſtupuit ualido mens acta ſtupore.
Haud eſt bina procis tantum decas arce Pelaſgis,
Siue uirûm ſimplex: plures in bella paratæ
Arma gerunt martis. numerum iam percipe Graiûm.
Quinq; decem iuuenes, biniq; è littore curuo
Dulichio lecti celſo, ſeruiq; ſequuntur 58. uiri è Dulichio
Marti habiles ſeni. quos & Samos alta per æquor, 24. e Samo.
Enſe quater ſenos iuuenes. nemoroſa Zacynthos 20. e Zacyntho.
Bis denos armat deductos puppe Pelaſgos. 12. ex Ithaca. Summa 116.
Bis ſeni ex Ithaca, cuncti præſtantibus armis. cum pocillatoribus 2.
Heu noſtram lacerant aulam: quibus una ſororum Proceres 108
Fama canit uates reſidens, & præco ſuperbus
Voce Medon clara. quin & pulcherrima uultu
Corpora bina uirûm, bini præclara miniſtri
Cura penum ſtruere, atq; epulis onerare caniſtros, Procorum fuere cum ſeruis, 118 iuuenes. 8. ſerui. præco unus, Muſicus unus.
Partiriq; dapes menſis. dulciſſime curam
Nunc adhibe genitor. ſi cunctis bella fremus
Oppoſiti clypeis intus, ne forſan amara
Atq; graui pugna moueas certamen in aula,
Ne ue nimis noſtro conſtet uictoria tabo,
Tuq; abeas uictor triſtis. circumſpice mente,
Suppetias ferat arce tibi defenſor in alta,
Sic ubi reppereris. infit præclarus Vlyſſes:
Nunc reputa tecum, ſi cum Ioue Pallas inibit Conſultatio Vlyſſis et Telemachi, de procis tollendis.
Nobiſcum pugnas, an defenſoribus arce
Indigeam hic alijs, an propugnator in armis
Nobis quæratur. rurſus ſic ora reſoluit
Telemachus: Certè egregios ſub marte patronos
O genitor memoras, qui celſi nubibus altis

Arce ſedent cœli, atq; alijs dominantur in orbe
Præclari imperio Dijs immortalibus, atq;
Humano generi. contrà eſt ingreſſus Vlyſſes:
Haud aberunt longum forti certamine diui.
Firma procis mecum ſi decernentur in arce
Robora Laertis, ſi Mars ardeſcere pugna
Cœperit: ut primum rutilanti Aurora cubili
Apparet, noſtros ſoboles pete chara penates,
Atq; procis iterum mixtus conuiuia cura.
Me pòſt hinc Ithacæ per mœnia clara ſubulcus
Deducet ſimilem mendico, triſtis in urbe
Qui petit ore cibos, curuum quem longa ſenectus
Reddidit. at ſi me tum luxurioſa procorum
Turba ignominia tractarint arce Laertis,
Tu tamen interea præſtanti pectore fortis
Suſtineas, quicquid patiar pius arce malorum.
Vel ſi ſternar humi pulſus, retraharq; per arcem,
Seu telis feriar, oculis hæc aſpice mitis,
Atq; animo tolera, uerbisq; hortare benignis
Stultitia abſiſtant: quamuis parĉre recuſant
Turba procûm, metasq; dati peruenit ad æui,
Fatalemq; diem, quin hæc quoq; concipe dicta.
In mentem ſapiens Pallas cum miſerit altam,
Cum capitè ipſe nuam, ſubitò tunc percipe ſigna,
Quæcunq; in ſumma ſeu martia tela iacebunt
Arce patris curui, ſiue arma horrentia martis
Seceſſu thalami celſi memor ipſe reponas,
Omniaq; inde feras: cupidè, ſi fortè procorum
Turba ferox iterum quærens hic arma repoſcat,
Mollibus hos uerbis ſeda, blando ore loquutus:

Vlyſſes Telemachum inſtruit quid factum oporteat, ubi ad procos uenerint.

Conſultatio de cæde procorum.

A' fumo

A' fumo hinc poſui.namq; haud ſunt talia Martis,
Qualia erant quondam, peteret cum Pergama Troiæ,
Arma patris, celſa quæ ſede reliquit Vlyſſes:
Sed corrupta iacent fumis, ignisq; uapore
Halitus hæc tetigit nigro. tum Iuppiter altus
Hic aliud maius menti nunc obijcit, aula
Ne uino madidi bacchiq; liquore furentes,
Crudeli & pugna certamina dira mouentes,
Voſmet lædatis per mutua uulnera martis,
Turpi & fœdetis conuiuia læta furore.
Ne' ue mero ſæui lætis ſponſalia menſis
Deturpetis ibi uitiantes omnia nuptæ.
Namq; uirum in pugnas trahit atq; in prælia ferrum. "
Tu tamen ad bellum, quod mars dabit, arma relinque,
Hic nobis binos enſes, haſtasq; feroci
Marte duas, totidem clypeos & ſcuta ſiniſtra
Protendenda manu. ſic tum, ceu ſacra litantes,
Excipiemus eos. mox illos Pallas in armis
Decipiet pugna, nec non & Iuppiter altus
Conſilio fallet.quin hæc quoq; figito mente,
Quæ nunc edicam. ſi noſtri ſanguinis hæres,
Aut ſi uera meo ſoboles es ſemine nata,
Ne quis ut hic magni præclarum nomen Vlyßis
Audiat, aut tectis præſentem ſentiat eſſe.
Quin nec Laertes, hoc nec ſciat ipſe ſubulcus,
Nec quiſquam quicunq; domo uerſatur in alta.
Quin nec Penelope mater· uerùm unus Vlyſſes
Telemacho iunctus, uarios cognoſcere mores
Fœmineæ turbæ, quæ ſint ea facta per arcem,
Iuſtitiæq; decus pergam, ſeruosq; paternos

Experiar rebus, cui nos ſub honore colamur,
Qui metuat regem, qui deniq; mente ſuperba
Haud curet, ſed te nullo modò pondere pellat
Regem Ithacæ. natus cui ſic eſt ore profatus:

Telemachus Vlyſſi.

O' decus, ô genitor, fidiſſima pectora noſtra
Vt reor agnoſces. neq; enim mihi corda remiſſa,
Deſuetiq; animi torpent: ſed turba procorum
Haud tentata diu fuerit maniféſtior actis
Illis commixto. ſed nec lætabere damnis,
Quæ facimus tectis. lacerantur ſedibus altis
Arcis opes patriæ temerè, regnumq; ſuperbè
Deſtruitur noſtrum: nec luxurioſa procorum
Parcit turba throno celſo, nec rebus auitis.
Fœmineumq; gregem diſces, luxumq; per aulam.
Idq; probo citius, ſi qua eſt, quæ regis honorem
Teq; ſimul temnit, ſeu quæ crudelior urget.
At non & ſubitò mores tentare procorum
Suadeo: ſed potius poſtremò cura ſubibit
Audendi dextra, cum ſeſe monſtra deorum
Oſtendent, noſcesq; Iouis miracula celſi
Edita prodigijs & fulminis ægide ſumma.
Sic illi inter ſe uario ſermone trahebant
Tempora: cum muris allabitur uncta carina
Per fluctus Ithacæ, qua uectus in æquoris undis
Telemachus fuerat ſocijs, & remige ponti,
Contigerant littus ſocij, portumq; ſubibant
E` celſo fluctu: cum puppim ad littora terræ
Traxerunt ductam. tunc armamenta reportant
Nauis aquis ſerui, nec non & regia dona
Ad Clytij ſedes referunt. tum nuncia læta

Laturum

Laturunt mittunt tibi Penelopea ſub arcem
Præconem naui celſam, ſedesq; Laertis:
Telemachum chari paſtoris rura petiſſe,
Sed iuſsiſſe ratem deduci ad mœnia tonſis,
Ne regina metu lacrymas effunderet acta,
Neu tenero fletu ſua triſtior ora rigaret.
Concurrere uia oblati tum forte, ſubulcus,
Et præco, pariter dicturi læta per arcem
Nuncia Telemachi. poſtquam ſubiere domorum
Regia tecta uiri, præco narrauit in aula
Inter fœmineam turbam. Regina reuerſus
Eſt tibi Telemachus, ſoboles chariſsima. uerùm Nunciatur Telemachi reditus.
Penelopæ ſolus propius ſecreta ſubulcus,
Iuſſerat ut natus, reginæ cuncta profatur.
Vt uerò celeri curſu mandata peregit,
Se fert ad porcos remeans, & mœnia linquit,
Ac turres altas. Sed triſtis turba procorum
Indoluit fama, mœſtiſsima pectora fixa,
Extra aulæ ingentis muros ruit ocyus altos,
Ante fores arcis pariter conſulta ſedebat.
Quîs tunc Eurymachus Polybo de patre creatus Eurymachus procis.
Incipit effari: Socij fidiſsima pubes,
Heu quantũ eſt opus hoc iter, et quàm fama perennis
Telemacho. egregium facinus laudemq; ſuperbè
Ille refert. quanquam nunquam ſucceſsibus illis
Telemachum uſurum quondam rebamur inepti.
Iamq; agitè ô ſocij, lectam cum remige nauim,
Aequoreosq; uiros mittamus littore curuo,
Qui ſocijs mandent ſubitò ſtatione relicta,
Vt redeant celeri per concita marmora curſu.

Vix ea fatus erat, ſumma cum uidit ab urbe
Amphinomus ſtantem portus ſub littore puppim,
Extra æquor celſum, ſociosq; hic uela legentes,
Atq; alios tonſas manibus remosq; tenentes.
Amphinomus procis. *Tum ſic uerba procis læto depromit ab ore,*
Dulcè quidem ridens: Nihil eſt, ſuper æquora nauim
Quòd mittamus aquis. ſocij iam littora curua,
Proci ab inſidiis redeũt. *Atq; tenent portum. quiſquis fuit ille deorum,*
Rettulit his famam: aut ipſi uidere per æquor
Cæruleis puppim redeuntem fluctibus altam,
Quam non æquoreas curſu inuenere per undas.
Sic ait. atq; illi ſurgentes littora ponti
Accedunt celeres: trudunt à gurgite nauim
Cæruleam, in terram ſocij præſtantibus arma,
Aſportant animis proræ iam ſtantis arena,
Concilioq; adſunt denſi, ſedesq; frequentant.
Nec cuiquam iuuenum licuit ſectarier, atq;
Ire ſeni, aduenunt tantum fera turba procorum.
Antinous procis. *Ad quos Antinous genitore Eupethe creatus*
Orditur: Socij, quàm non hunc turba deorum
Deſeruit pelago, qui iam diſcrimine tanto
Telemachum redimunt. ſpeculamur montibus altis,
Ventoſisq; locis, celſoq; cacumine rupis,
Perq; uices ſtantes, donec ſe Phœbus in undas
Occiduas merſit, ſpeculis luſtramus ab altis.
Sed noctu ſicca nunquam nos ducere ſomnos
Audemus terra, ſed canum puppe per æquor
Sulcamus fluctus, croceasq; Aurora quadrigas
Læta tuas undis cæci expectamus in altis,
Inſidijs poſitis deprenſam gurgite uaſto

Ferro

Ferro occiſuri ſobolem pellacis Vlyßis.
Quam tamen interea patrias deduxit in oras
Neſcio quod numen. nos hic meditabimur illi
Triſtia fata proci, nec noſtra euaſerit arma:
Haud etenim hoc uiuo ſuccedent facta Hymenæi,
Et tædæ: eſt ſiquidem prudens, animiq; ſagacis,
Conſilioq; bonus, noſtræ non immemor artis.
Non adeò inſidias populi fauor adiuuat acres.
Quare agite ô ſocij, prius hac in cæde Pelaſgi
Conſilio properate hortor, quàm natus Vlyßis.
Conuocet Argiuos. neq; enim requieſcet in urbe,
Verùm inter cunctos ſurgens narrabit, ut illi
Inſidijs cædem & crudelia funera ponto
Struxerimus, liquida decepti curſibus unda,
Dum non aſſequimur pelago. nec ſæua probabunt
Facta uiri, plebes ſi quid perceperit urbis
Auribus infandum. ne quid, tam mobile uulgus,
In nos conetur, noſtriſq; releget arenis,
Nos ferro expulſos alienas quærere terras,
Atq; alias gentes cogens, ueniamus in oras
Externas miſeri. ſi quid mihi fiditis, agro Antinoi conſilium de Telemacho e medio tollendo.
Aggreßi gladijs, procul hinc qui diſtat ab urbe,
Illum cædamus, miſſuri Acherontis ad undas:
Siue uia inſidijs tacitis armemur in illum
Præueniundo haſtis, arcem tot rebus opimam,
Et tot opes regni teneamus fortiter armis
Aequè ſortiti, ſedes atq; atria longa,
Reſq; domus alias reginæ ſorte daturi
Atq; uiro, illius ſcandet quicunq; cubile,
Concubitus miſcens. ſed ſi non iſta ſedebunt,

Quæ uobis retuli, potiusq́; hunc uiuere regno
Hæredem cupitis, patria & dominarier arce
Dulichijs opibus, moneo ne dulciter unà,
Quæ ſibi magna ſatis poſſedit in æquore regna,
Et tot opes lætas perdamus turba procorum,
Lautè epulata thoris crebris conuentibus: aula
Exeat, uxores alias petiturus in oris
Dotibus eximijs quærens, & quilibet arcem
Deſerat hanc Ithaci, & ſponſalia uitet amara
Tædarum. aſt illi mater connubia iungat
Penelope tandem, qui plurima dona daturus
Fatis conceſſus ueniet, dulcesq́; Hymenæos
Adferet. hæc dixit, tenuere ſilentia linguis
Longa proci cuncti, donec pius ora reſoluit
Amphinomus inter procos optimus, regis Telemachi mortem diſſuadet.
Amphinomus, Niſo præclaro rege Pelaſgo
Natus Aretiadæ, celſus uirtutibus unus,
Penelopeq́; placens uerbis, & pectus honeſtum
More patrum referens, herboſæ rector arenæ,
Diuitis & ſegetum, & pinguenti fertilis agri,
Dulichio ueniens, Ithaca dux inclytus arce
Ipſe procis aderat. ſurgens ita farier infit:
Haud equidem ſocij ferro mactare iubebo
Telemachum: regis genus, eſt crudelius ipſum
Demiſiſſe neci. potiusq́; oracula diuûm
Quæramus placidi. quòd ſi Iouis ardua magni
Conſilia affirmant, illum tum primus in arce
Proſternam, atq́; alios omnes hortabor ad arma
In regem ſumenda manu. ſin iuſſa deorum
Abnuerint fato, ueſtris abſiſtite cœptis.
Sic ait, atq́; illis ſedit ſententia menti.

Mox

Mox igitur ſurgunt, greſſumq; ad mœnia regis
Altas contendunt arces, & culmen Vlyßis.
Inq; thronis celſis & ſede nitente locantur.
Interea prudens ſtatuit regina ſuperbis
Apparêre procis, qui tum crudeliter arce
Degebant. triſtis regis perceperat aula
Fata, ſuæ prolis crudelia funera mater,
Præco Medon ſiquidem inſidias patefecerat atras
Penelopæ: audierat coram decreta procorum.
Ergo pedem ad ſæuas ſedes regina ferebat,
Ancillis ueniens pariter comitata puellis.
Contigit utq; procos hic nobilis Heroina,
Aſtitit ornatu claræ prope limina ſedis
Pulchra genas nitido roſeas circundata peplo,
Increpitansq; infit: O crudeliſsime factis
Antinoe, ô ſcelus, ô ſcelerumq; hortator amare: **Penelope inuehitur in Antinoum.**
Tu ne Ithacæ iuuenum numero præſtantior omni
Diceris à populis? At non & talis in arce
Proderis. ô dira longè ſæuißime fraude,
Cur dulci infœlix meditaris funera nato
Telemacho, cædem infandam, nec ſupplicis ora
Aſpicis ora, tamen cœlo cui Iuppiter alto
Teſtis adeſt, equidem nec fas eſt mutua cædes,
Siue inferre manus. profugus cum littora quondam,
Ecquid adhuc memor es, nam contigit æquore latus
Ille tuus genitor, populum gentemq; timebat.
Namq; ira exciti fuerant, armisq; furebant,
Quòd fuit æquoreos latrones puppibus altis
Tum ſectatus aqua Taphios. ſibi bella ferebant
Theſproti populi, quos quondam læſit in armis,

Et nobis

Et nobis ſocios, quem tot petiere per æquor
Enſe tuum patrem, medias ut cæde per undas
Illum deijcerent, animamq́; in ſanguine fuſam
Deſtruerent, imoq́; exectum pectore ueſtrum
Cor epulis facerent dulces, crudelia menſis
Fercula, ceu Stygijs fando uix ore uorantes.
Hos tamen, hos auidos tenuit ſibi fidus Vlyſſes.
Cui iam dedecoras aulam, dominamq́; pudicam
(Heu ſcelus) uxorem princeps petis ipſe procorum,
Coniugium antiquum tibi defenſoris Vlyßis,
Arce uorans epulas: tum natum pignora lecti
Morte petis dira, matriq́; nefande dolores
Triſtitiamq́; infers nimium crudelis Vlyßi.
At nunc edico, deſiſtas cæde, procosq́;
Contineas alios. cui ſic tunc ore profatur
Eurymachus, Polybo quondam genitore creatus:
O regina potens Graiûm decus Oebali celſum,
Cuius & Argolicas complet ſapientia terras,
Parce metu fidens, nec te tua cura remordens
Sollicitet. neq; enim quiſquam crudelior armis
Hic obſtet nato, nec erit qui martia tela
Atq; manus proli uiolentior inferat arce,
Telemachoq́; tuo cædem minitetur acerbam.
Dum ſoſpes fuero deſpectans uiuus arenam,
Hoc affirmo: fides olim quoq; facta ſequetur,
Ille quidem noſtram ſubitò tepefecerit haſtam,
Illiusq́; cruor manabit ſtipite teli,
Et niger è noſtro fluitabit uulnere ſanguis,
Qui ſe Telemacho ſæuis feret obuius armis.
Namq; olim, memini, charo me fortis Vlyſſes

Vlyſſes olim inhibuit Theſprotiæ populos, Eupethea Antinoi patrem bello cum latronibus iunctum inſectantes mari.

Verſipellis Eurymachi animus.

Sæpe

Sæpe ſedere genu fecit, manibuſq́; benignus
Aſſatas dederat carnes, gremioq́; ſedenti
Præbebat patera mihi uina rubentia bacchi.
Quare Telemachus, quo non mihi charior alter,
Ante omnes magno mihi iunctus amore colatur.
Nec cædem horreſcat, nec uulnera dira procorum.
Nulla timenda procis mors eſt: ſed fata deorum
Haud fugiſſe licet, ſupremaq́; funera Ditis.
Sic ait, exhortans animo confidere matrem
Reginam, ſed fraude tamen crudelia regi
Funera Telemacho meditatur dirus in arce.
At regina ferens in ſumma palatia greſſus,
Hic ubi erant celſis miranda theatra feneſtris,
Coniugium charum triſtis deflebat Vlyſſem:
Donec luminibus dulcem per membra ſoporem
Cæſia demiſit Pallas. tum ueſper Olympo
Emicuit roſeo: tarda iam luce ſubulcus,
Telemacho nato, & forti ueniebat Vlyßi
Nuncius urbe procul. cœnamq́; epulasq́; parabant
Sedibus excelſi ſtabuli, porcoq́; litantes,
Qui iam floreſcens unum uix creuerat annum,
Victima grata deo. cum Pallas arundine longa
Aſtitit, & uirga perſtrinxit corpus Vlyßis,
Laertis rurſus prolis, formamq́; ſenilem
Reddidit, & turpes tum circa corpora ueſtes
Triſtia, ne forſan uultus cognoſcat in aruo Pallas Vlyſſem iterum transformat.
Eumæus paſtor, neu nuncia læta per arcem
Penelopæ referat, peccetq́; errore relati
Regis, & infœlix huic uertat pectora rebus
Temporibusq́; ſuis. cui ſic prior ore loquutus,

Talia

Talia uerba dedit natus præſtantis Vlyßis:

Tel. Eumæo *Pectore ſancte, decus ruris, ſyluæq; paternæ*
Gloria, iam tandem ueniſti paſtor in agrum?
Nunc Eumæe precor, quæ fertur fama per urbem?
Ecquid ab inſidijs redijt iam turba procorum,
Faſtu excelſa ſuo? an longis me puppibus alto
Obſeruant pelago, repetentem tecta penatum?
Ecquid adhuc æquor ſulcant? cui talia paſtor

Eumæus Telemacho. *Reddidit: Haud ocium fuerat mihi quærere famam*
Illorum, rapidos tendenti ad mœnia curſus.
Maxima cura fuit, poſtquam mandata peregi,
Huc rediſſe iterum. ſed ſeſe nuncius acris
Obtulerat nobis ſceptro, primusq; parenti
Reginæ defert ſociorum iuſſa per arua.
Verùm aliud uidi, teſtantur lumina noſtra,
Celſus ab urbe procul, quà ſeſe Hermæus ad æquor
Vertice collis agit, relegentem littora noſtra

Eumæus nunciat procos rediiſſe. *Et portus nauim, quæ uelox remigat undis,*
Armatiq; uiri ſplendebant puppe ſub alta,
Quæ ſcutis haſtisq; feris ſub pondere preſſa
Ibat, at haſtarum radiabat acumen utrinq;,
Ferrataq; acie lucem ſub ſole laceßit.
Hosq; procos rebar puppi ueniſſe per undas,
Verùm incertus eram. dixit, cum riſit Vlyßis
Verſus ab Eumæo natus, uirtutibus altus,
Reſpiciens patrem. Poſtquam conuiuia menſis,
Curaruntq; epulas dulces, feßiq; labore
Conſedere thoris, dapibusq; epulantur in aruo:
Haud equidem abfuerat lautæ ſibi copia cœnæ.
Vt uerò potus, & amor compreſſus edendi,

Tum

Tum ſomnos carpunt, & dono membra ſoporis
Reptantis laxant, dum lucent ſidera nocte.

ARGVMENTVM LIB. XVII.

Telemachus patriam rediens iam rurſus in urbem,
Penelopæ narrat curſus & geſta parenti,
Aequoreasq; uias. Deinceps pannoſus Vlyſſes
Intra Ithacæ muros, ex agro ductus auito,
Ingreditur ſedes, conuiuia lauta procorum,
Non ulli notus, ſumma uiſurus in arce.
Narrat & hinc uates, canis ut cognorit Vlyſſem,
Eumæusq; agros repetit. ſed fortis Vlyſſes
Ipſe procos inter remanet, contemptus in aula.

ODYSSEAE LIBER XVII.

Quem canis agnouit, procus hũc pulſauit acerbus.

VT matutinis apparens lutea bigis
Per montes radios roſeos Aurora retexit,
Telemachus pedibus nectit talaria culta,
Dulichij ſoboles, tectis chariſſima regis.
Tunc haſtam ualidam, & manibus iuuenilibus aptam
Corripuit, curſu celſam rediturus in urbem.
Ac ſic alloquitur tali tum uoce ſubulcum:
Euge decus ruris, redeo iam paſtor in arces, Telemachus profecturus in urbem, mãdat ut hoſpes ex agro ducatur Ithacam.
Vt tandem uideat mater me ſoſpes in aula.
Quam non antè reor quieturam fletibus atris,
Atq; odio dignis, lacrymoſis luctibus acrem,
Quàm me conſpiciat reducem. tibi mando ſubulce,
Infœlix noſtram ducatur ut hoſpes in urbem,
Mendicaturus iuxta conuiuia menſis,

Prandia,

Prandia, uel panem cereris, uel pocula bacchi.
Sicubi ſi quiſquam dederit, quem prona uoluntas
Iuſſerit: haud potero ſumptus mortalibus unus
Tradere, nec cunctos homines hic ferre per agros,
Afflictus miſerè, triſtiſq; doloribus atris
Pectora confectus. licet indignetur ut hoſpes,
" Et moueat bilem. tamen impatientius ille
" Dum fert, hoc grauius fuerit. nam uera fateri
Suſtineo potius. quem ſic affatur Vlyſſes:

Vlyſſes Telemacho.

Haud equidem cupio retineri longius hoſpes.
" Pauper enim melius ſemper uerſatur in urbe,
" Vt ſibi mendicet uarijs ientacula menſis,
" Quàm paſsim lectas eſcas inquirere ruri
" Quas dederit, cuicunq; libet. nec iam amplius altis
Vt maneam ſtabulis opto, uillaſq; pererrem.
Omnia mandanti ſiquidem ſeruire paratus
Vtilis ad nutum ſtudeo, modò perge, per urbem
Me ducturus erit, quem iuſſeris ire, calore
Nunc æſtus ueniet, laceraſq; ad corpora ueſtes
Heu grauiter porto, cum meſsis torret ariſtas
Et frumenta æſtus, cum ſe calor intulit agris.
Sed tamen has geſto, ne forſan roris in aruis
Me matutini frigus conſumpſerit. urbem
Hoc ſiquidem agrorum tractu procul eſſe refertis.
Sic ait: & natus rapidis tum paſsibus ibat,
Progrediens ſtabulo, meditatus dira procorum
Fata. Ithacæ poſtquam lætas peruenit ad arces,
Fœliceſq; domos, habitataq; mœnia regum,
Ad celſam ponens haſtile immane columnam
Detulit. hinc intro ſe fert, limenq; ſuperbum,

Et lapide

Et lapide inſtratum tranſit. quem prima per arcem
Euryclea uidens nutrix, cum ſterneret altas
Ad ſedes nitidas pelles, lacrymata tetendit
Tunc ſubitò greſſus, aliæq; ex more miniſtræ
Accedunt denſæ circum: tunc oſcula figunt,
Amplexæ caput atq; humeros. regina per altos
Penelope thalamos, qualis ſeu uirgo Diana,
Aurea ſiue Venus, ſic illi eſt æqua, uel illi,
Adueniens iecit circum ſua brachia colla
Nati dilecti, & libauit baſia mater
Lætitia lacrymans, capitiq; oculisq; decoris
Oſcula mille tenens figit. tum talia uerba
Edidit ore breui lugens: Chariſſime nate,
O' lux Laertis, ſpes ô fidiſſima matri,
Veniſti tandem dulciſſima lumina nobis
Telemache? haud me unquam uiſuram te arce putarā,
Heu poſtquam iuiſti procul hinc Neleïda celſa
Naue Pylon. narra qua ſorte petiueris oras
Neſtoreas, clam me diſcedens nocte per æquor,
Non prius aſpectum noſtrum ſolatus amore,
Quàm te conferres procul hinc genitoris amati
Auditum famam. quam contrà affatur, & infit
Telemachus ſubitò: Mea ne chariſſima mater,
Ne renoues luctum, nec concita corde doloris
Pectora iam moueas fugienti triſtia fata,
Sed potius nitida pulcherrima corpora ueſte,
Aſcendens notis cœnacula celſa puellis,
Ornata, hic cunctis dijs immortalibus, aris
Centenas quondam pecudes, ſolennia ſacra,
Atq; uoue feſtas centum taurilia luces

Telemachus rediens a uirginib. et nymphis in arce excipitur, & a matre Penelope.

Penelope Telemacho.

Tel. matri.

Te laturam olim, pingueſq; altaribus altis
Ducturam tauros, unquam ſi Iuppiter ultus
Hoc erit, hoc facinus, ſeu præmia digna daturus,
Deq; procis pœnas ſumat pro talibus auſis.
Iamq; forum repetam, ſiquidem prius hoſpes ab alta
Sede uocandus erit, qui me eſt per cana ſequutus
Aequora, quem ſocijs præmiſi puppe ſub urbem:
Vtq; domum interea Pyrrhæus duceret illum,
Exciperetq; epulis magno complexus amore,
Lætus honorificè, donec rediturus ab agro
Veniſſem incolumis, dederam mandata recedens.
Dicta uolant nato. Subitò pia mater in altos
Aſcendit thalamos, puras circundata ueſtes,
Membraq; lota, deis centum taurilia uouit,
Et pecudes aræ laturam, ſacra deorum,
Si dignas peteret olim pro crimine pœnas
Iuppiter. interea ſe fert ex ædibus altis
Telemachus, geſtans ferratæ cuſpidis haſtam.
Quem pedibus celeres, ueſtigia ſæua prementes,
Ponè ſequebantur crudeli uoce Moloßi,
Atq; illi Pallas ſacros afflauit honores,
Affuditq; decus populus miratur euntem
Omnis, & aſpiciens obtutu hærebat in uno,
Atq; proci circum denſi, ruit illa ſuperba
Turba uirûm circa, nimium blando ore loquentes,
Verùm imo facinus uoluentes pectore dirum.
At non Telemachus fidens, euaſit acerbum
Agmen, & ad ueteres ſubitò conceßit amicos,
Agnatoſq; patris, cultos ab origine prima.
Hic ubi Mentor, & altior Antiphus, atq; Alitherſes,

Sede ſimul fuerant. quos iuxta ſedit Vlyſſis
Progenies. illi quærebant ſingula, donec
Pyrrhæus iuuenis ſucceſſerat, inclytus haſta,
Quo ſimul adductus hoſpes Theoclymenus ibat
Ad populum uates, pariter comitante per urbem
Pyrrhæo. nec tum diſiunctus ab hoſpite uate
Longius extiterat præclari natus Vlyſſis,
Cum ſic Pyrrhæus prior eſt ſic ore loquutus:
Telemache, ad noſtras ſedes age mitte puellas Pyrrhæus Telemacho.
Ocyus, ut reddam Pelopeia munera dextra,
Quæ tibi Tantalides Menelaus tradidit altus.
Cui tum Telemachus ſapienti pectore fatus:
O` Pyrrhæe, inquit, quæ ſortis facta futuræ, Tel. Pyrrhæo.
Nondum ſcimus, & ignari quid fata minentur.
Quod ſi turba ferox ferro mea corda ſuperbo
Clam dederit letho, fodiens, & turma procorum
Me domitum mittat Stygias Acherontis ad undas,
Nempe frui potius uellem te munere tanto,
Quàm rapiat quiſquam non digna ſorte procorum.
Sin iſtis cædem meditans ego fata propinqua
Intulero, & mortem, uictori dona potentis
Graiugenûm regis Menelai læta reporta
Ad noſtras arces alacris, turreſq; minaces.
Sic dicens, miſerum duxit Theoclymenon altas
Ad ſedes. introgreſſi tum pallia lectis
Atq; thronis celſis exuti magna reponunt,
Atq; alias ueſtes, tunicaſq; colore nitenti.
Balnea tunc intrant, & tecta micantia cultu Balnea ante epulas.
Ornato, in liquido & ſe puro fonte lauabant.
Quos ubi lauerunt ſpecioſæ corpora nymphæ,

Vnxeruntq; leues oleo labente per artus,
Tunc illis tunicam & precioſas ſtamine lænas
Induere ardenti feſtinant. inde relictis
Egrediuntur aquis, & balnea mollia linquunt,
Ingreſſiq; thoris reſidebant arcis in altis.
Antiqua Græcorum hoſpitalitas. *Dat manibus lymphas famula, & ſplendentia in auro*
Suſtentat tenera magno gutturnia dextra,
Deſuper infundens argento inſigniter amplo,
Suppoſito regis radiante lebete. puellæ
Menſas exornant nitidas, cereremq; caniſtris
Apponunt, lautasq; dapes & fercula multa,
Hoſpitibus lætis ea gaudia grata ferentes.
Molli Penelope mater formoſa ſedebat
Fulta thoro, aduerſa renitentem ſede domorum,
Quà paries contrà ſurgens ſplendebat in arce.
Inclinansq; caput, uertebat pollice fuſos,
Atq; colo tenuis lanæ reuoluta trahebat
Penſa manu. interea quæ fumant fercula menſis,
Curuis carpebant digitis, epulasq; paratas
Arripuere uiri. poſtquam compreſſus edendi
Fugit amor, potuq; ſitis ſedata lyæi,
Incipit effari prudens his Penelopea:
Penelope Telemacho. *Nunc ego Telemache aſcendam cœnacula ſumma,*
Alta theatra domus, languenti lumina ſomno
Conceſſura thoro lecti, qui plenus amaro
Luctu & triſtitia nutrit ſuſpiria mœſta,
Humidus & lacrymis noſtris fletuq; rigatur
Aſſiduo, poſtquam ſe contulit Ilion altam,
Tantalidesq; ſequens capturus Pergama Troiæ
Conceſsit quondam Danais inuiſa maritis,

Heu

Heu comes infœlix, bello præclarus Vlyßes.
Tu quoniam antè mihi toties narrare recuſas,
Quàm redeat faſtu ſe tollens turba procorum
In noſtras arces, reditum infœlicis Vlyſſis,
Si quæ fama tuas genitoris fertur ad aures.
Cui ſic Telemachus: Dicam uerißima mater.
Naue Pylon celſam, Neleïa Neſtoris arua, Narratio Telemachi apud matrem, de profectiõe ad Neſtorẽ et Menelaum.
Contigimus, lætiq; antiquum Neſtora regem
Gentis Achiuorum fando cognouimus, ille
Suſcipiens alacris celſis ſub mœnibus arcis,
Tanto ſollicitus ſenior me Neſtor amore
Rex coluit, quanto genitor poſt tempore longo
Accipit amplexus redeuntem nuper ab aruis
Longinquis ſobolem. ſic me Neleius heros
Cum natis pariter, quorum ſe gloria terris
Argolicis tollit, complectens arce foucbat.
At nullam audiuit famam bellacis Vlyßis,
Inter terreſtres homines an'ne exigat æuum,
An letho moriens ſuperis conceſſerit oris,
Vt perhibet. ſed me Neſtor demiſit Atridæ
Aeripedum curru, iunctisq; iugalibus altum, De Vlyſſis fama.
Qui quondam ad Troiam pugnauerat inclytus haſta.
Hic Argiuam Helenam cultu formaq; ſuperbam
His oculis uidi, quam propter Troes in armis,
Argoliciq; ſimul non æquo numine quondam
Compulſi fuerant uarios ſubijſſe labores,
Funera tot paßi bello, cladesq; feroces.
Hic me tum ſubitò præſtantis uocis Atrides
Quærebat, quid ego muros Lacedæmonis altæ
Veniſſem ſacros? cui pando ſingula uerax.

Ille autem contrà ſolio ſic infit ab alto:
Heu quàm prudentis, bello & quàm fortis in altis
Herois ſtratis, molliſsima corpora pugnis,
Imbelleſq; proci uoluerunt ducere ſomnos,
Atq; thoro celſo tenebris requieſcere noctis.
Ceu quondam umbroſis ſyluis, lucoq; ſonanti
Cõparatio. *Arboribus denſis, inter ſpelæa leonis*
Depoſuit fœtus eductos lacte gemellos,
Quos enixa ſolo nemorum ſopiuit in umbra
Cerua, & mox uiridis ſcrutatur paſcua montis,
Vallibus herboſis errans, ſeu collibus altis,
Terribiliq; ſuum repetit dehinc uoce cubile:
Ingreſſuſq; leo crudeli funere traxit
Hic trepidos hinulos, non æquo marte trucidans.
Sic quoq; ſæua procis quondam rediturus Vlyſſes
Fata feret tandem morituris dira ſub arce.
O' utinam faciat Phœbuſq;, & Iuppiter altus,
Et Pallas, talis redeat bellator Vlyſſes,
Qualis erat quondam, cum Leſbo uictor amœna
Ipſe laceſsitus lucta certauit arenis,
Cum Philomeleda multo ſudore reſiſtens,
Quem ſuperans longè deiecit uiribus audax.
Gaudia tollebant lætantia corda Pelaſgûm.
O' utinam talis iam ſæuos inter Vlyſses
Marte procos ſtaret: ſubita tum morte perempta,
Et proſtrata ſolo, tædas lugeret acerbas,
Illicitaſq; faces, inconceſſoſq; Hymenæos,
Tota cohors turpi luxu inuidioſa procorum.
At quæ forte rogas, quærendo uera profatus
Eloquar, haud uſquam declinans uoce, nec ipſum

Te fallam.uerùm æquoreus quæ rettulit olim
Fata ſenex Proteus,qui uera oracula reddit,
Horum equidem nullum te unquam celauero dictum,
Nec tegere hanc potero famam.ſuper æquore celſo,
Quo iacet undarum fœlicior inſula fluctu
Cincta maris,dixit ſenior ſe paſtor Vlyſſem
Vidiſſe,heu diros patientem mille dolores,
Sedibus excelſis Nymphæ radiata Calypſus
Circum tecta Deæ,quæ illum ſuper æquoris undis
Vi cogens retinet, patrias ne lætus in oras
Neritios poßet Ithacæ repetiſſe penates.
Non ſocios,non remigium,nec remige naues
Captus habet fluctu, bello præclarus Vlyſſes,
Quæ ueherent illum lati ſuper æquora ponti.
Hæc ſic Atrides Menelaus uictor in armis,
Atq; haſta celebris.Poſt hæc ego dulcis in oras
Conceßi patriæ ſic geſtis rebus amœnas.
Namq; immortales,celeres ſuper æquore uentos
Donauere mihi,qui me uelocibus alis
In patriæ terræ gratißima rura tulere.
Hæc ubi dicta dedit,ſtetit acri fixa dolore
Penelope triſtis,commoto pectore.uates
Ora Deo ſimilis,fari Theoclymenus inſit:
O' regina Ithacæ,coniunx errantis Vlyßis
Caſta,decus famæ geniti Laerte parente:
Haud equidem ille tenet,quæ certa oracula uatum.
Sed tibi uera loquar uates,mea figito dicta.
Haud tibi noſtra tegam. teſtor pia numina diuûm,
Atq; Iouem primum,menſasq; atq; hoſpita tecta,
Dulichijq; lares ſanctos, quos aduena adiui,
Auguror,in patria iam dudum ſoſpes Vlyſſes

Theoclymenus de Vlyſſe, Penelopæ uaticinatur.

Aut ſedet, aut ſerpit propius: quæ indigna procorum
Sint ea facta domo, bibulas capturus in aures.
Iamq́; procis altis meditatur triſtia fata.
Stans celſa in puppi roſtratæ nauis in alto,
Augurium uidi: talem portendit Vlyſsem.
Telemacho exclamans tum, monſtrum præpetis alæ.
Penelope uati. Cui ſic Penelope ſapienti pectore fatur:
O' utinam, ô hoſpes, faciat ſic Iuppiter altus,
Pectus amicitiæ, noſtri quoq; pignus amoris
Munera larga quidem caperes, teſtantia facta,
Obuius ut fœlix poſses, diciq; beatus,
Cuicunq; occurras. uario ſermone fruuntur.
Ante fores aulæ ludentes pectora diſco
Oblectare proci, iaculis celeriq; ſagitta
Certabant, liquido iaculantes aere tela,
Hic ubi florebat uiridantibus area campis,
Conſpurcata procûm probris, & crimine turpi.
Iam quoq; tempus erat cœnæ, pecorumq́; magiſtris
Ductabantur oues ex totis undiq; campis,
Qui ſoliti prius has fuerant deducere in urbem.
Deinde Medon inquit ludentibus, unus in alta
Præconum longè ante alios gratiſsimus aula,
Qui curabat agens lautis conuiuia menſis:
Medon procos a ludo ad conuiuia uocat. Huc iuuenes, quoniam ludendo pectora dudum
Oblectaſtis agro, properate ad regia tecta,
Vt cœnam læti reparemus, & ardua lance
» Fercula. Nil ludo peius, cum tempus edendi,
» Et iubet hora epulas poſitis iam carpere menſis.
Sic ait. aſt illi ſurgentes, tecta petebant.
Vtq; introgreſſi ſedes & culmina celſa,

Fœlicesq;

Fœliceſq; domos, Lenas poſuere nitentes,
Mollibus in lectis renouantes ſacra per aulam,
Hic & oues magnas ſternunt, lectaſq; bidentes,
Atq; capras pingues, nec non horrentia ſetis
Corpora magna ſuum cædebant arce ſub alta,
Mactabantq; bouem maiora armenta ſequutum,
Dum curant epulis conuiuia larga ſuperbis:
Interea Eumæus, pariter pannoſus Vlyſſes,
Ire parant, greſſumq; ferunt ad mœnia celſa,
Cum ſic Eumæus, paſtorum primus in aruis:
O hoſpes, quoniam nimium contendere in urbem — Vlyſſes medicus, et Eumæus, ad urbem maturãt iter.
Ipſe cupis, ceu hodie patrio me iuſſit in agro,
Te ducturus ero, quanquam ad ſtabula alta receptum
Te uolui potius rectorem regis in aruis
Eſſe ſuum noſtri latis, pecoriſq; magiſtrum.
At timui trepidus, ne poſthac iurgia linguæ
Suſtineam regis, uereor. namq; ira regentum, "
Regaleſq; minæ nimium ſunt ſæpe feroces, "
Difficiliſq; furor. Sed iam tendamus ab agro. "
Maxima quippe dies alto tranſiuit ab axe,
Mox etiam ueniet cliuoſo ueſper Olympo.
Tum frigida accedet quoq; durum frigus ab hora.
Cui tunc Naritius, cuius prudentia multum
Conſilijs floret, contrà ſic infit Vlyſſes:
Sentio quæ faris, dudumq; hortare uolentem. — Vlyſſ. Eumæo.
Quæq; iubes teneo, tandem ſed eamus ab agris,
Duxq; uiæ aſſiduo præcedens dirige greſſum,
Quoq; innitar ego baculum fuſtemq; ſiniſtræ
Porrige, ſi quis adeſt uiridantis ab arbore frondis
Cæſus. inæquali nobis uia tramite fertur

Ardua,& incerto ſe tendit lubrica calle.
Dixit,& hinc humeros turpi circundatur altos,
Et lacera pera contorto fune ligata,
Suſpenſáq; bouis neruo,baculumq; ſiniſtræ
Adiecit gratum prudens Eumæus Vlyſſi.
Iamq; uiam pariter pedibus tendebat uterq;.
At iuxta ſtabulum paſtores ruris amœni
Cum canibus remanent,cuſtodia nota per arua.
At uerò Eumæus regem ducebat in urbem,
Omnia mendico ſimilem,triſtemq; paratum
Et tunicas laceras,formam ſenioris in agris
Nitentis baculo referentem corpore fœdo.
Sic indutus erat laceratis pectora pannis
Triſtia.iamq; ibant,quà ſe lapidoſa per altos
Tollebat colles uia,puluerulenta uiarum
Strata uiros ducunt.propius nunc mœnia cernunt.

Deſcriptio fontis iuxta Ithacam in luco ſyluoſo.

Iamq; ad muſcoſum fontem per rura fluentem,
Qui propè ſtructus erat,riuusq; fluentibus undis
Hinc ibat pulchrè reſonans,& murmur amœnum
Edebat. Ciues hoc fluctu fontis aquabant
Leniter undantis,nitidáq; fluentis arena.
Fecerat hunc Ithacusq;,& Neritus,atq; Polyctor.
Circa erat undarum fluxu lætantibus alnis
Sylua ferax latè, celſumq; horrentibus umbris
Fronde nemus denſe uiridi,diuisq; ſacratum,
Educens latices: tum lucos ora rotundo
Cingebat ductu ſyluarum extrema per arua,
Perq; nemus gelida fons hic uberrimus unda,
Voce cadens rauca ſaxo manabat ab alto.
Frigida lympha nemus ſpargit rorantibus undis,

Atq;

Atq; ſuper uiridi Nympharum rupe dearum
Impoſita ara fuit, qua feßi ſacra litabant
Sæpe uiatores fuſo libamine Nymphis.
Repperit hic illos Dolio genitore Melantheus
Editus, adducens cornutas rure capellas
Præcipuè toto caprarum de grege lectas
Facturas cœnam, & conuiuia læta procorum.
Quas duo paſtores inter uirgulta ſequuntur.
Vt uerò hos uidit, ſubitò conuicia fecit,
Horrendumq; ſonans turpem de pectore uocem
Rupit, & erronis præcordia mouit Vlyßis.

Melãthii caprarii iurgia in Vlyſſem mendicum.

Ergo malum ducit mihi longè peßimus iſte?
Quàm ſemper ſimiles coniungit moribus æquis, "
Aequalemq; deus natura æqualibus addit, "
Conueniuntq; pares unà ceu numine ducti: "
Et malus uſq; malum quærit, turpisq; nefandum. "
Quò miſer ô paſtor nebulonem ducis edacem,
Mendicum, fruges triſtem conſumere natum?
Vt corrumpat opes, epulas & deſtruat altas,
Et cererem largam, & conuiuia nota Lyæo.
Sed uagus huc illuc ad limina crebra potentum
Panis fruſta petens, humeros infractus inertes,
Hic læſas perdet ſcapulas, cæſusq; iacebit.
Haud enſem capiet, Dodonæosq; lebetes,
Hunc mihi ſi dederis cuſtodem ſedis in agris,
Atq; gregis ſtabulo immundo, pecorisq; magiſtrum,
Vtq; ferat frondes hœdis & florida capris
Paſcendis folia, & ramos uirgultaq; ſyluis.
Ebibet ille quidem commixta coagula lactis,
Mulctraliq; ſerum magno, & femora alta uigore

Am-

Amplaq; firmabit ſubitò bene paſtus in agro.
At quoniam ſuetus didicit modò turpia facta,
Haud uolet agreſtes nunc exercere labores,
Sed mendicata nunquam ſatiabilis aluum
Paſcere fruge ſuam perget, peregrinus in urbe,
Heu uagus à populo cererem circa hoſtia poſcens.
Quod tibi dico minans, ſi ad candida tecta profectus
Diuini greſſus tulerit mendicus Vlyßis,
In caput hoc equidem proiecta ſedilia dextris
Crebra manu errabunt. latera ardua turba procorum
Deteret inuadens, raptumq; ex ædibus amplis
Afficiet plagis. ſic dicens, irruit altis
Calcibus, inq; illum non ſano fluctuat æſtu
Melanthius Vlyſſem calce ferit. *Irarum, calcans pedibus. ſed tramite nuſquam*
Extruſit, ſiquidem ueſtigia firmat Vlyſſes,
Securè remanens, meditatus an auferat illi
Fuſam animam, claua nigras Phlegethontis ad undas
Miſſurus, ſumens dignas cum ſanguine pœnas:
An'ne ſolo ſternat caput in ſublime refundens,
Per terramq; trahat. ſecumq; ingentibus auſis
Cogitat ille diu. melior ſententia uicit,
Iratumq; animum preßit. tum dira ſubulcus
Aſpiciens illum, uerbis incuſat acerbis,
Extollensq; manus, diuosq; in uota precatur:
Eumæi precatio. *Fontibus undarum Nymphæ, Iouis inclyta proles,*
Si ſacros unquam adoleuit crura per ignes,
Siue agnis faciens, ſiue hœdis egit odorem,
Nidoremq; dedit ſacra pinguedine flammis
Dulichius quondam, mentis mihi uota puellæ
Naiades cupidè precor ô deducite læto

Euen-

Euentura deo, ut redeat mihi fortis Vlyſſes,
Incolumemq́; deus felici ſorte reducat:
Vt tibi lætitiam hanc minuat ſæuiſſime dextra,
Audacemq́; animum frangat, qui dirus in iſtum
Inſultas, nimiumq́; furis uiolentus in iram,
Iniuſtè hunc pulſans. ſemper uagus urbe pererras,
Indulgens ocio: interea per rura nefandi
Paſtores capras perdunt, & ouilia campis,
Dira lues pecorum. cui ſæua uoce Melantheus,
Caprarum fatur cuſtos: Heu peſtis amara, Melantheus
Perniciesq́; uirûm, canis ô latrator, ab ore Eumæo.
Quale nefas diro cecidit, quem naue recurua
Longè Ithacæ campis ducam ſuper æquora quondam
Acturus prædam, ut captiuus mereat aurum,
Ac mihi ſic uictum quærat. Sic uictor Apollo,
Cui ſonat ex humeris latis argenteus arcus,
Telemachum hac celeri iaculetur in arce ſagitta,
Aut hodie occumbat crudeli cæde procorum,
Vt procul à patria terra iacet exul Vlyſſes
Extinctus, nec ſpes reditum fouet ulla relicta.
Non hunc ulla diem ueniens aurora reducet,
Naritius patrias quo ſit rediturus in oras.
Sic ait, & tacito greſſu illos linquit euntes,
Præcedensq́; domos regis peruenit ad altas.
Vtq́; introgreſſus, parili ſub honore reſedit
Ipſe procos inter, quos diues alebat Vlyſſes,
Eurymachum contrà, magno qui cultus amore
Arce fuit, partem carnis poſuere miniſtri,
Qui dapibus menſas onerant, & pocula ponunt.
Tum famula egregio uultu, cui maxima luxu

Cura penum ſtruere eſt, panes, cereremq; caniſtris
Expedit apponens. propius tum mœnia paſtor
Phœmius Ithacenſis muſicus inter procos. Dulichiusq; ibant, cum iam circumſonat aures
Carmen, & hinc citharæ ſonitus, cantusq; lyræq;
Audiri, ad citharam cantabat Phœmius arte
Muſicus Aonia exhilarans conuiuia menſis.
Tunc Ithacus dextra prendit, ſic uoce ſubulcum
Vlyſſes Eumæo. Compellans: O quàm ſplendent hæc candida tecta,
O Eumæe decus ruris, cernuntur Vlyßis
Hæc procul eſſe quidem, nullis æqualia cultu.
Namq; alia hæc inter miro ſpectantur honore,
Vt facile hæc noſcas hic eſſe herois Vlyſſis.
Altera ad alterius ſedes coniungitur oram.
Nam cùm alia excellunt, tum ſeſe celſior aula
Extollit muro, & turri ſupereminet alta,
Atq; ornata ſuis uallis & mœnibus aſtat,
Verticibusq; polum lambit, geminæq; recludunt
Et biſores portæ, munitæ robore uaſto,
Vſq; adeò ut longis nemo expugnarit in armis.
Percipio multos, epulantes ſedibus altis.
Denſus enim nidor redolenti ſurgit odore.
" Tum citharæ reſonat carmen, quam fecit amicam
" Turba deûm quondam menſis, epulisq; ſacratam
Conſtituit. uocem Eumæus ſic rupit ab ore:
Eumæus Vlyſſi. Aſpicis hæc facilis, cui alijs prudentia rebus
Claret. at hic opus eſt etiam perpendere, ſi quid
Vtilius fuerit. tu regis ſplendida tecta
Huc prior ingredere, hic ubi potat turba procorum.
Interea ante fores atq; hoſtia celſa manebo.
Seu remane, antè feram greſſus, nec multa moratus

Póſt

Poſt tardus ſubeas, ne quis te noſcat, & inde
Expellat, ſeu te non miti uerbere pulſet.
Hæc ut perpendas, iterumq́; iterumq́; monebo.
Cui ſic effatur magnæ uirtutis Vlyſſes,
Qui mala multa tulit fortis terraq́; mariq́;:
Noram equidem prudens. currentem ſponte laceſſis,"
Quæq́; iubes noſco. prior hinc tu dirige greſſus. Vlyſſes Eumæo.
Hic ego ſubſiſtam, mox hinc ueſtigia flectam.
Haud equidem ignarus plagarum, ictusq́; ferocis
Sum tibi. Namq; mari multum iactatus & undis,
Multa quoq; & bello paſſus. fortiſsimus armis
Eſt animus nobis, audaxq́; in pectore uirtus.
Hoc etiam accedat noſtros quodcunq; labores.
Haud enim tegitur uenter, quando urget acerbum "
Dira fames: hominum hic peſtis furioſa labores "
Mille refert ſecum. quæ pernicioſa (per æquor "
Indomitum raſtris, quo nec uindemia floret,
Nec creſcunt gemmæ uitis, ſine fructibus arui
Humeſcit) naues armatas gurgite uaſto "
Concitat, & cædem laturas hoſtibus undis "
Turrigenas armat claſſes. Sic ore loquuntur "
Inter ſe paſtor uario, & diuinus Vlyſſes.
Cum ſeſe ante aulam cœno, quod forte iacebat,
Erigit, atq; aures ueteres canis Argus, & altum Mirifica poetæ in mouendis affectib. ingenium.
Fronte caput releuat, olim canis Argus Vlyſſis,
Præclari bello, quem quondam lætus in aula
Ipſe ſerò aluerat, necdum uenatibus apto
Vſus erat: ſiquidem ad Priameïa Pergama Troiæ
Atridis unà patrijs conceſſerat armis.
Hunc iuuenes olim lepores, & cornua ceruos

Ramos

Ramoſos, damasq́; leues in montibus altis,
Sylueſtresq́; capras uenantem ducere ſueti
Sæpe fuere iugis. abiectus Vlyſſe iacebat
Abſenti ſenio iam curuus ſtercore multo
Mulorum, atq; boum fuſo, ſplendentis amœnas
Ante fores aulæ, quod erant tum regis Vlyſſis
Ducturi ſerui per agros, & regia prata,
Inq́; nemus propius magnum frondentibus aruis,
Qui lucus fuit heroi ſacratus Vlyſſi,
Vt pingues reddant campos agrosq́; feraces.
Hic tum magnanimi iacuit canis Argus Vlyſſis:
Quem muſcæ circum uolitant examine denſo,
Ab Argo cane antiquo Vlyſſes agnoſcitur. *Quarum plenus erat, propiusq́; agnouit Vlyſſem*
Progreſſum, Heroi cauda blanditus inani,
Demittensq́; aures illi aſſentatur utraſq́;.
Non tamen ad dominum potuit iam tardus Vlyſſem
Admouiſſe gradum ſenio: namq; æger anhelat.
At procul hoc cernens, guttas abſterſit Vlyſſes,
Eumæum celans lachrymas, fletusq́; reſorbet.
Vlyſſes Eumæo. *Cui mox ingreditur dictis: Eumæe ſubulce,*
Stercore quàm corpus iacet hic mirandus in alto
Grande canis recubans, pulcherrima mēbra latrator
Ingens. at dubito, fuerit' ne celerrimus olim
Curſibus, & uelox ſpacioſis currere campis,
Tam ualidis membris, & uaſto pondere molis:
An nullos hic ſit forſan nutritus ad uſus,
Quales imperijs docti, menſisq́; ſuperbis
Aſſueti regum, celſa naſcuntur in aula,
Quos reges hominum uirides nutrire per agros
Sæpe ſolent comites: ea regum magna uoluptas.

Cui ſic Eumæus: canis hic Herois, in oris — Eumæus Vlyſſi.
Externis procul hinc demiſſi Acherontis ad undas.
Quòd ſi talis adhuc foret hic præſtantibus harmis
Corporis, & forma egregia, curſuq; rapaci,
Venatuq; fero, qualem, cum Pergama Troiæ
Atridæ hinc peteret, ſub rege, reliquit Vlyſſes,
Et celeres curſus ualidis & robora membris,
Mirare equidem cernens. audaciter olim
Sectabatur agris urſos, & ſaltibus altis.
Nec quicquam fugit ſiluis, quodcunq; ferarum
Vidiſſet ſubitò: quin audax uinceret umbra,
Et nemorum lucis uenans, & ſalle profunda.
Callebat ſiquidem ueſtigia curua ferarum.
Nunc torpet triſtis: quoniam rex clarus Vlyſſes
Occubuit procul à patria, deiectus arenis,
Externis, nulla eſt ancillis cura puellis.
Nam nihil abiectũ curant, nec turba quod æquũ eſt "
Seruorum meminit. Cum non dominantur in oris "
Abſentes reges, aut cum ſua regna laborant, "
Aufert dimidium uirtutis Iuppiter altus, " — Ingenium ſeruitute perit.
Ingeniumq; perit, ſerui quicunq; premetur "
Sorte, uel inuitus ſeruilem uiderit horam. "
Sic ait, atq; intrat turritæ limina ſedis,
Ingreſſusq; domos conuiuia clara procorum
Acceſsit, rectà ſpeculans formoſa theatra
Nobilium. poſtquam uidiſſet curuus Vlyſſem — Argus canis uiginti annorum lætitia obiit uiſo Vlyſſe.
Argus, bis denis dudum defeſſus ab annis,
Mortuus oppetijt, nigræ crudelia mortis
Fata canis paſſus. Paſtorem lætus Vlyſsis
Filius Eumæum primus conſpexerat altas

Intrantem ſedes, oculis tunc annuit, illum
Arce uocans ad ſe. cernensq́; ſedilia paſtor,
Quæ iacuere ſolo rapuit. tunc inclytus illic
Diſtribuit carnes uarias & uiſcera nuda,
Arte coquus celſa reſidens epulantibus aula.
Mox ad Telemachi menſam fumantia carnis
Fercula grata tulit, ſeq́; è regione locauit
Eumæus paſtor, cui partem præco ſuperbus
Luxus procorum. Viſceris appoſuit pinguis, cereremq́; caniſtris
Expedijt. poſt & ſucceßit ſedibus hoſpes,
Triſti mendico ſimilis, curuoq́; ſenecta
Infœlice ſeni innitens pannoſus Vlyſſes,
Veſtes indutus laceras, atq; horridus alta
Membra, ſedens intra ſeptumq́; atq; hoſtia regis
Vlyſſes mendicus ingreditur aulam procorum. Inclinans ſe aulæ curuatus limine celſæ
Fraxineo ad poſtes, quos fecerat inclytus olim
Arte faber mira iuxta antiquaq́; cupreſſo,
Callidus ornarat rectè pendentis amußis
Parietis arte regens apices, operumq́; labores.
Hic tum Telemachus fatur ſic uoce ſubulco:
Mendico Vlyſſi iubet dari cibum Telemachus. Euge age præcipuas carnes, cereremq́; caniſtro
Ornato, quantum circundans utraq; dextra
Eſſe capax poterit, capiens præbeto ſedenti,
Qui baculo ad poſtes altos innititur hoſpes.
Vtq́; procos adeat cunctos ex ordine uoce
» Mendicaturus iubeas. Pudor omnis egeno
» Obfuit. Eumæus nati parebat Vlyſſe
Telemachi dictis. bibula poſtquam hauſerat aure,
Acceßit propius, celeriq́; hæc uoce profatur:
Hoc te Telemachus donat, cunctosq́; precari

Te iubet

Te iubet ipſe procos, menſasq́; adijſſe ſuperbas. Eumæus Vlyſſi.
Mendico pudor eſt nimium damnoſus egeno.
Quem contrà exorſus ſic eſt affatus Vlyſſes,
Conſilio clarus: Nunc ô rex Iuppiter aſtris,
Sit precor ô fœlix opibus, diciq́; beatus
Mortales inter poßit, ſucceßibus uti
Vt queat ille bonis proſper, tum deniq; totâ
Quod ſibi mente petit opto ut fœliciter illud
Eueniat. dicens, manibus ſuſcepit utriſq;,
Ante pedes ſtatuens eſcas incuruus edebat,
Et pera condens fidus ſeruabat inani.
Cum uerò cantor læta cantaret in aula,
Pauper humi ad limen carnes carpebat Vlyſſes,
Donatasq́; epulas tectis mendicus auitis:
Vt cœnatus erat miſerè ærumnoſus Vlyſſes,
Muſicus excelſa finiuit carmen in arce.
Fit ſtrepitus domibus, uocemq́; per ampla uolutant
Atria turba procûm, uario iam mota tumultu.
Tum Pallas Ithacum mouit Laerte creatum,
Colligat ut cererem mendicans alta procorum
Ad madidas audax inter conuiuia menſas,
Noſcat ut iniuſtos nulla ſe lege tenentes,
Seruantesq́; æqui. quanquam aſpera fata malorum
Haud quiſquam fugiturus erat. perrexit Vlyſſes
Idoneus poſcens menſam quemcunq; per altam,
Extendit palmas, & ſupplice uoce rogabat, Vlyſſes mendicatim adit procos in aula ſua.
Vndiq; protendens dextram, ceu forte fuiſſet
Errans mendicus pera iam tempore longo.
Iamq́; illi dantes ſortem miſerantur iniquam,
Mirantesq́; illum, inter ſe tum multa ferebant:

Quis foret, aut quibus hic pauper ueniſſet ab oris.
Ad quos non æqua ſic uoce Melanthius infit,
Sæuus caprarum cuſtos, pecoriſq; magiſter:
Accipite hæc animis clariſſima turba procorum,
Capti reginæ ualido florentis amore,
Quæ ſuper hoc fabor, qui nos hic concitat hoſpes:
Et prius en uidi, cum hunc paſtor duceret agris
Ipſe ſuum ſenior. noſtris ignotus arenis
Hoſpes adeſt: equidem ignoro qua gente creatus,
Vnde genus ducat. ſic fatus, acerbior ore
Antinous ſæuit rabido, duriſq; ſubulcum
Incuſat dictis. Iamdudum note ſubulce
Eloquere, in noſtram cur hunc deduxeris urbem?
Ecquid erant ſatis hic urbis per tecta uagantes
Errones, & qui conuiuia læta pererrant
Mendaci triſtes, fruges conſumere nati?
Nunquid & accuſas, quòd luxurioſa procorum
Turba ſimul tot opes & uictum regis edentes
Hic lecti uaſtant? quin hic quoq; regis in arcem
Duxiſti. cui ſic placida tum uoce ſubulcus:
Antinoe, haud æquè cum ſis modò iuſtior inſers,
Quis nam aliunde hoſpes peregrinum duxerit aruis
Adueniens nuper, celebri uerſetur ut aula.
Ni ſint artifices populo, uateſq; futuri,
Seu medicus clarus didicit qui Pæonis artes,
Siue faber ligni, ſiue Aone muſicus alto
Sacris edoctus muſis, qui carmine blando
Cantando oblectet pectus, Clarius ue poeta.
Hi ſint ingenij præclari dotibus orbe
Inter mortales, quacunq; ut ſine carentes

Antinous ſuc cenſet Eumæo, quod mendicum adduxerit.

Eumæus Antinoo.

Laus poetarum, & muſicorum, artificumq;.

Se tendunt terræ. nullus, mihi crede, uocarit
Mendicum infauſtum, conſumptum corda dolore,
Qui ſeſe excruciat querula dum uoce gemiſcit.
Ipſe procos inter ſemper durißimus unus
Dulichij ſeruis, mihi ſed crudelior uni,
Et me præcipuè incuſas. ſed uana minantem
Haud curo, donec ſapiens mihi Penelopea
Vitales carpet auras, ſimilisq; deorum
Telemachus patria ſoboles erit arce ſuperſtes.
Cui dehinc Telemachus, cuius prudentia fortem
Neritium retulit: Retice iam fide ſubulce, Telemachus Eumæo.
Ne reſponſa diu dederis, nec fare ſuperbo.
Dirus enim noſtris hic eſt contendere ſuetus
Antinous ſemper, uerbisq; inſultat iniquis,
Atq; alios turbat. ſic dicens, uoce profatur
Antinoo aduerſa: Quàm nunc genitoris es uſus
Officio, utq; pater ſoboli proſpexit amore,
Sic me ceu prolem curas ô perfide rerum Inuehitur in inſolentem Antinoum.
Antinoe, è tectis iußiſti excedere auitis,
Qui pius heu noſtris ſucceßit ſedibus hoſpes,
Hunc abigis patria nimium uiolentus ab arce.
Haud ſic eueniet, nec ſic deus author iniquè
"*Perficiet: quare peregrino trade benigna,*
"*Quæ capis ipſe, manu, iubeo. nec talia noſtris*
Inuideo regnis, nec tu uenereris in arce
Hac re Penelopem: nec quicquam patris amicos,
Aut alti ſeruos durus uerearis Vlyßis,
Quo minus huic dones epulas. ſed talia pectus
Haud monuit. mauis potius tu faucibus atris
Tradere edax uentris ſemper geſtator auari,

Quàm præbere alijs epulas, cereremq́; relictam,

Antinoũs Telemacho.

Cui ſic Antinous: Larga eſt tibi copia fandi,
Altiloquoq́; puer dudum uerba ore profundis;
Indomitusq́; animi motu, nil pectoris æſtus
Inuicti retines. duro quale excidit ore
Dire nefas? equidem ſi tantum tota procorum
Mendico forſan lacero iam turba dediſſet,
Hinc procul à tectis ternis ſe menſibus ille
Arceret. dicens, arrepta ſedilia curua
Oſtentat ſæuus, quæ fortè iacentia menſis
Suſtulit iratus, quibus inſiſtebat edendo,
Pinguibus innitens pedibus. epulatus in altis
Ille thoris. alij præbere ex ordine cuncti,
Atq; implere cibo cererisq́; & carnibus amplam
Erronis peram: tunc & pannoſus Vlyſſes
Ceu mendicus erat iam tentaturus Achiuos,
Perq́; pauimentum ſedis progreſſus ad ipſum
Conſtitit Antinoum, celeri ſic ore precatus:

Vlyſſes mendicus Antinoum iratum rogat, cibos ut prębeat mendicanti.

Tu quoq; da nobis. neq; enim mihi peßimus inter
Cerneris Argolicos, uerùm optimus eſſe Pelaſgos
Aequoreos inter, quoniam uel regia forma
Te decorat regi ſimilem: ſic plura daturus
Forſan eris, decet hoc regem, melioraq́; reddes
Et plus panis, ego tum te celebrabo per orbem,
Immenſasq́; oras orbis nomenq́; decusq́;
Ipſe feram. ſiquidem ſedes iam nos quoq; quondam
Pinguibus excelſas opulenti habitauimus aruis,
Atq; homines inter uigui, prædiues egeno
Sæpe uagatori dederam, quicunq; ueniret
Indigus ad noſtras ædes. tum turba colentum

Ingens

Ingens ſeruorum fuerat, rebusq́; ſuperbis
Proſperitas, qua ſæpe homines fœliciter oris
Diuitijs clari uiuunt, opibusq́; uocantur
Fœlices. ſed me populatus Iuppiter altus
Deiecit fato, & fortuna immerſit acerba.
Sic uiſum ſuperis quondam, magnoq́; Tonanti,
Qui me cum ſæuis miſit latronibus altis
Puppibus huc illuc uarijs errantibus aruis,
Ire uias longas cogens ſuper æquore celſo
Fertilis Aegypti uiſurum mœnia clara,
Vt fatis morerer duris: in flumine lato
Aegypti ſtatui puppes, ſociosq́; ſub alta
Expectare diu ripa, nauesq́; per undas
Remiuagas iuſsi fortis ſeruare. ſed inde
Tum ſpeculatores alios ad ſaxa furentes,
Et nitido ſpeculas ferro contendere iuſsi.
Aſt illi ſubitò crudeles impete uaſto
Marte ruere fero, & populati florida rura
Formoſos uaſtant agros, Nymphasq́; per oras
Et pueros teneros, quæ fari neſcia fertur
Aetas, abducunt dextris, cæduntq́; ſub armis.
Iamq́; citus clamor celſam peruenit in urbem.
Quæ poſtquam gentes hauſerunt auribus, omnes
Conuenere armis, ut prima oſtenderat ortus
Apparens Aurora rotis, & milite campus
Impletur totus, peditumq́; equitumq́; ſub armis,
Et ſplendore æris radiabant tela per arua.
Inde fugam ſocijs noſtris, & fulmen ab alto
Iuppiter exhilarans iaculando fulgura pectus,
Immiſit cœlo, nec quiſquam ſtare ſub ipſis

Narratio Vlyſſis de expeditione in Ægyptum ficta.

Suſtinuit telis, aut contrà prælia dextra
Iam renouare manu, circumſtant undiq; ſæua
Arma uirûm, duri furioſa pericula martis.
Occumbunt fato Danai.crudelis ubiq;
Luctus, ubiq; pauorq; & plurima mortis imago.
Hic adeò noſtrûm plures funduntur in armis,
Qui cæſi ferro iacuerunt enſis acuti.
Tunc alios uiuos, qui capti marte fuerunt,
Vi raptos paßim traxerunt mille per arua,
Eq; ſuis ducunt opera ad crudelia pugnis.
At me tum domino, qui Cypro uenerat alta
Dinetori Iaſidæ, qui Cypri regna tenebat,
Viq; regebat opes largas & Cypridas oras,
In Cyprum dederant trans æquora cærula uectum.
Inde huc iam ueni uarijs erroribus actus,
Multa mari paſſus per tot diſcrimina rerum.
Antinous in mendicum. *Dicta parat contrà magno clamore per aulam*
Antinous: Quis nam deus aut fortuna maligna
Triſtitiam menſæ, & conuiuia noſtra per arcem
Turbantem adduxit, Cereris mœſtißima damna,
Perniciemq; domus? medio conſiſte, nec uſquam
Accedas,procul à menſa diſcede nefande,
Quam teneo, ne forte tibi experiaris amaras
Aegyptum & Cyprum ſubitò, quas uideris oras.
Quò pudor ipſe uago,ſiue huic audacia ceßit?
Nil pudet ô audax, urbes terraſq; pererras,
Accedis cunctos hic audacißime menſis
O mendice uiros, tribuunt tibi gratis eunti.
Nec quiſquã uetat, ut peregrinis dona ferantur.
Nemo quidẽ prohibet, neq; enim eſt prohibere neceſ-(ſe.

Dat

Dat fruſtra ſiquidem, & fruſtra miſeretur egeni, "
Qui largitur opes aliorum, epulaſq; miniſtrat. "
Præcipue cum quiſq; opibus prædiues abundet. "
Haud equidem uirtus alienis tradere quadris. "
Cui ſic Dulichius pariter cum uoce recedens,
Dicta parat contrà: Quò mens ſcelerata receßit?
Proh dolor, haud eſſes tectis mihi dona paternis,
Siue ſalem exiguum, ſeu panis fruſta rogati
Ipſe daturus, ego ſi ſtarem limine pauper:
Qui nunc hic gaudes aliena uiuere menſa,
Ipſe thoris reſidens, nec quicquam ſæpe roganti
Crudelis præbes cereris, cum plurima uaſis
Hic extent Ithacis, & copia larga ſuperſit.
Dixit. At Antinous irarum fluctuat æſtu,
Incenſuſq; animo ſæuus ſic fatur Vlyßi,
Torua tuens: Non hac reor amplius arce recedes
Integer, & proſper, dum ſic conuicia dicis.
Sic ait, & dextra ſublata ſedilia iecit,
Impulit inq; humerum dextrum, quà ſe ultima terga
Deducunt dorſo. uerùm ſe firmior ille
Suſtinuit. ceu ſaxum ingens immotus ab ictu
Aſtitit. haud illum iactus commouit, & altè
Sublatum Antinoi lignum, denſum' ue ſedile.
Sed caput ille mouens tacitè crudelia fata,
Fata procis ſecum meditatus marte ſuperbis,
Rurſus ſe recipit, quà limina celſa cupreſſo
Exurgunt, triſtiſq; ſedet, peramq; refertam
Depoſuit. tum uerba procis ſic fecit Vlyſſes:
Inclyta præclaræ reginæ turba procorum,
Accipite hæc animis dedero quæ pectore dicta,

Vlyſſes mendicus ſcabello ab Antinoo uerberatur.

Vlyſſes procis queritur iniuriam ſibi

ab Antinoo illatam. Non equidem dolor eſt ſæuus, nec luctus acerbus "
Circa pectus ei, qui cepit uulnera campis "
Pro patria dulci, uel agris dum pugnat auitis, "
Poſſeßisq; boum armentis, & ouilibus albis, "
Balantumq; grege agrorum per paſcua pingui. "
At pro uentre gerens bellum, mihi ſæuus amaro
Antinous miſero plagas inflixit acerbas.
Pernicies hominum uenter diſcrimina dura "
Affert infœlix miſeris mortalibus omen. "
Verum ô ſi qua pios quæ curant numina diuûm
Mendicos, uſquam reſtant, aut triſtis Erinnys
Perſtat adhuc, precor ante thoros diroſq; hymenæos,
Antinous pœnas perſoluat funere raptus,
Fineq; fatorum ſubeat Phlegethontis arenas.
Cui contrà Eupethei proles odioſa profatur:
Ergo quieſce hoſpes, reſidensq; ſilentia præſtes,
Atq; quietus edas tandem, ſiue arce recedas
Concedens aliò, ne te ſtudioſa iuuentus
Armorum rapiat, perq; arcis tecta trahentes
Te lacerent iuuenes infœlix, omnia circum
Seu pede ſeu manibus raptent, lanientq; feroces.
Sic ait. aſt alij cuncti indignantur acerbè.
Sic aliquis iuuenum, quorum inuidioſa poteſtas,
Et mentis robur fuerat, tum dixit, & ira
Aeſtuat: Antinoe, haud pulchrè peregrinus in aula
Eſt tibi pulſatus non digno uerbere triſtis.
Non agis hoc iuſtè, nec deerit pœna feroci,
Sicubi ſunt alto cœleſtia numina cœlo.
Namq; dei ſimiles induti triſtia ſæpe, "
Hoſpitibus uaria peregrinis corpora forma "

Sæpe

Sæpe intrant oras, & uertunt funditus urbes. "
Vt uidere nefas hominum, ſeu legibus æquis "
Iura fori aſpiciunt. ſic muſſat turba procorum.
At non Antinous uerbis turbatur acerbis,
Non ulliſq; minis, ſeu diuûm lege mouetur.
Telemachus triſtis mœſtiſsima pectora luctu
Auxerat ingenti, chari genitoris ob altas
Inflixas plagas & uerbera ſæua parentis.
Nec tamen ex oculis lacrymas demiſit arenis,
Seu liquidos querulo fletus perfudit ab ore:
Sed caput hic tacitè quaſſans meditatus iniquis
Triſtia fata procis. ſtruit alta funera mente.
Mox ut Penelope, cuius prudentia claret,
Inclyta cognouit, quòd erat pulſatus Vlyßis
Arce hoſpes pauper, famulis ſic ora reſoluit:
O`utinam Phœbus ſic illum clarus Apollo
Arte ſagittifera, & iaculis atq; inclytus arcu
Sic ſic Antinoum telo iaculetur acuto.
Tum ſic Eurynome fatur, cui maxima regis
Cura penum ſtruere, atq; epulas depromere cellis
Arce fuit tota: ſi noſtris regia nata
Penelope uotis caderet, nec fata deorum
Iſta forent unquam precibus contraria noſtris,
Horum non ullus redeuntis lumina Phœbi
Aſpiceret rurſus, radioſq; referret ad altos
Auroræ uitam, roſeis quæ lutea bigis
Auratoq; throno ſplendet. ſic ore renarrat
Penelope: Ante alias nymphas cariſsima nutrix,
Heu quàm ſunt hoſtes cuncti, dum pectore ſæua
Hæc adeò quærunt meditati ſedibus altis.

Penelope ob pulſatum mẽdicum ſuccenſet.

Eurynome.

Pen. nutrici.

Maxima ſed peſtis, atræq; ſimillima morti,
Ceu nigræ Parcæ, furiæq; Acherontis acerbæ,
Antinous miſer hic hoſpes petit arce ſedentes
Emendicatas epulas, ſic cogit egeſtas.
Hic omnes alij dantes implere uagantes.
Hic uerò arreptum præceps immane ſedile
Irruit, atq; humerum dextrum percußit euntis
Hoſpitis ad menſas. dum fatur talia nymphis,
In thalamis reſidens coniunx errantis Vlyßis,
Interea digitis carpebat diuus Vlyſſes
Donatas epulas cœnans. regina ſubulcum

Penelope mē dicum acceſſiri iubet.

Ipſa uocans, inquit: Precor ô Eumæe ſubito,
Vt iubeas iſtum huc mendicum tendere greſſus,
Vt quærens rogitem, ſi quid patientis Vlyßis
Aut tenuem audiuit famam peregrinus arenis
Terrarum, aut oculis uidit. namq; hoſpes in aula
Erranti ſimilis, multum telluris obiuit
Haud dubiè. huic fatur contrà ſic ore ſubulcus:

Eumæus Penelopæ mendicum commendat.

O regina Ithacæ, ſi grata ſilentia linguæ
Præſtarent Graij, noſtris ô qualia tectis
Hic narraret inops demulcens pectora uoce.
Tres illum ſoles, & tres caligine noctes
Detinui ſtabuli thalamis, cum primus ad arua
Huc fugeret lapſus latronum puppibus altis.
At nondum expleuit narrando ſingula, ponto
Quæ tulit, & terris. ceu quis cantoris ab ore
Cum pendet coram ſtupefactus carmine ſuaui,
Dum uates fundit modulamina blanda canorus
Aonidum ſacro Muſarum numine doctus.
Miranturq; homines cantantem carmina Muſis,

Aures præbendo bibulas modulantis ad artem,
Expleri mentem nequeunt: ſic hoſpes in aruo
Me attonitum tenuit, demulcens corda ſonorus,
Sede pius reſidens ſtabuli. quin hoſpes Vlyßis,
Vt meminit, patrius quondam fuit ille diſerti
Cretæ habitans oras, ubi gens Minoe creata
Floret adhuc regnis. huc uenit naufragus undis
Aequore iactatus multùm, tot adire labores
Suſtinuit fortis, dum Tethyos unda uolutat
Huc illuc miſerum. affirmans quoq; ſanctus Vlyſſem
Audiuiſſe ducem Theſprotum gentibus altis,
Hic ubi pinguis humus, iam nunc quoq; uiuere mixtū,
Innumeras & opes ducturum in patria rura,
Diuitis & gazas regis. regina loquuta eſt:
Huc ades ô paſtor, peregrinum ſiſte uocatum,
Vt coràm narret, dum limine turba procorum
Aßidet, & ſumptus facit hanc non æqua per aulam,
Conſumens fruges dum luxuriatur in arce,
Atq; hilaris geſtit, dum ſede tenentur auita
Diuitiæ ipſorum intactæ, nullisq; procorum
Corrumpuntur opes. fruges & dulce Lyæum
Illorum ſerui conſumunt ſedibus altis.
At domini aßiduò noſtra uerſantur in arce,
Sacrificantq; boues, caprasq;, & ouilia denſa
Pingue pecus ſtabulis, & conuiuantur in aula,
Magnificisq; epulis inſtant, & ſplendida luxu
Turba epulata thoris in regia tecta ſuperbit.
Iam ſoles totos, potantq; rubentia uina
Incaſſum, uſq; adeò tot opes uertuntur in aula.
At ſi Dulichius, quo non uſquam fuit alter
Fortior

Fortitudinē narrat mendici.

Iniuriam procorum exponit Penelope

Fortior in Danais, qualis bellator Vlyſſes
Vtilis, & diras & clades pellere tectis,
Iam uenturus erit contingens dulcia rura
Incolumis patriæ, uiolenta hæc facta procorum
Prole ſua iunctus patrijs fortiſſimus armis
Vlciſcetur. ait: cum ſternutauit in arce
Telemachus claré, horrendum ſonuere per amplam
Tum ſonitus aulam. riſit regina ſalutans
Omen Penelope, dans hæc tum uerba ſubulco
Inquit: Ades paſtor, celera reuócetur ut hoſpes
Sternutationis omen apud antiquos. *Huc ſubitò. an' ne uides ad ſingula dicta ſcreantem*
Sternutaſſe mihi natum? ergo turba procorum
Cæſa omnis, ſed non incerta morte iacebit.
Nullus enim Parcas fugiet, nec triſtia fata "
Euadet quiſquam. quin hæc in pectora mitte, "
Quæ fabor. Si illum narrantem ſingula uerè
Experiar, fateor, nunquam indonatus abibit.
Illi equidem inijciam ſplendenti ſtamine lænam,
Et tunicas molles, alia quoq; corpora ueſte
Inſigni ornabo. citus hinc ſermone ſubulcus
Audito properat. tunc aſtans ora reſoluit (pha
Hinc breuiter: Vocat en ſenior pater, inclyta nym-
Eumæus Vlyſſem uocat ad reginam. *Telemachi mater, caſtoq; mouetur amore,*
Multa ſuper charo quondam rogitare marito,
Quæ tot ſuſtinuit iam caſtos paſſa dolores,
Atq; domus curas. ſi norit uera loquutum
Omnia quæ narras, lænaq; indutus abibis,
Et tunica molli, quarum nunc indigus eſſe,
Iamq; uideris inops, cererem quoq; ductus in urbe
A' populo poſces, dum uentrem paſcis inanem,

Mendicabis

Mendicabis opes paruas, quicunq; daturus
Porrigit has clemens. cui ſic diuinus Vlyſſes
Orditur contrà, tulerat qui tanta per orbem:
O' Eumæe, equidem uerax ego cuncta referrem
Penelopæ Icarij natæ, cui gloria fulget
Caſta thori, ſi quid credat, mihi notus Vlyſſes,
Deq; illo famam cepi. nam ſæpe labores.
Aerumnasq; graues unà ſub marte feroci,
Pertulimus. uerùm metuenda eſt turba procorum «
Immanis, quorum uiolentia tangit Olympum «
Ferratum, & penetrat ſublime iniuria cœlum.
At quoniam ille ferox nuper pulſauit euntem
Per ſedes, quanquam nullum me lædere uidit,
Attamen innocuo ſæuos dedit arce dolores.
Non id Telemachus uetuit, non ullus in arce
Auxilium tulerat. roſeus dum Phœbus ad undas
Occiduas tendet, maneat regina, iubeto
Sedibus excelſis: quanquam feſtinat, Vlyßis
Audiat ut famam: tunc me ſub ſole cadenti
Ocyus hic quærat, num ſit rediturus Vlyſſes,
Ille pius coniunx, reſidens ad lumina noctis,
Nocturnosq; ignes. laceris nam ueſtibus ipſe
Incedo turpis. noſti, cum te quoq; ſupplex
Oraui primùm. ſic fatus. Deinde ſubulcus
Audijt ut uocem, celerans diſceßit. euntem
Trans limen ſubitò ſic eſt affata ſubulcum
Penelope: Ecquid ais, quæ nam uagus ille per oras
Erronis ſpecie uarias perceperit aures?
An' ne aliquem iniuſtum metuit, ſiue arce ſuperbum?
An' ne aliàs miſer hic ſic fortè ueretur in aula

Vlyſſes ſe ad focum ſub noctem narraturum Penelopæ promittit.

Seu

Seu pudet hunc forſan: quanquam pudor ille nocebit
„ Mendico: miſer eſt, quicunq; pudicus oberrat,
„ Mendicans cererem. reginæ hæc dicta ſubulcus
Ipſe refert: inquit, prudens quod quiſq; fatetur
„ Mortalis. ſiquidem uitanda ſuperbia ſemper
„ Et fugienda uirûm eſt uiolentia ſæua furentum,
„ Iraq; amatorum, qui luxuriantur in aula
Elati. tamen ad radios ſolemq; cadentem
„ Expectare iubet, melius regina rogabis
„ Sola uirum, uoces bibulis captura loquentis
Auribus. huic contrà regina ingreſſa profatur:
Haud equidem inſipiens hoſpes, dum talia ſentit,
Vt res eſt narrat. neq; enim ſic dira per oras
Vſquam mortales, tantaq; libidine ſæuos
Admiſiſſe reor, ceu luxuriatur in arce
Turba. refert mater. ſe proripit inde ſubulcus,
Ipſe procos repetens. celeri tum uoce loquutus
Telemachum acceßit, tacitam dicturus in aurem.
Admouitq; caput propius, ne turba procorum
Perciperet, referens: Proles chariſſima diuis
Ad porcos abeo, ſiquidem cuſtodia noſtra eſt,
Vtq; greges aruis ſeruem noſtrumq; tuumq;
Setigeros uictum. tibi erunt hic omnia curæ.
Te primùm incolumem ſerues, mea figito dicta:
Ne patiare aliquid, neu tot diſcrimina rerum
Incurras temerè, meditantur dira Pelaſgi
Haud pauci: prius hic precor hos ut Iuppiter altus
Euertat, quàm nos in dura pericula rerum
Ducamur. prudens proles ſic infit Vlyßis:
Euge Eumæe decus ruris, diſcede per arua

Eumæus hortatur Telemachum ut ſibi caueat.

Prouidus

Prouidus illa tenens, ueniet iam ueſpera cœlo.
Vt uerò roſeos ueniens oſtenderit ortus
Auroræ currus, redeas, & ſacra reportes
Pulchra pecus ruris. mihi erunt hæc omnia curæ,
Et diuis pariter cœlo immortalibus altò.
Sic ait illi Ithaci proles, & ſe locat alta
Sede throni rurſus. ſpumanti impletus Iaccho
Atq; cibo Eumæus repetebat rura ſubulcus, Eumæus rus abit.
Setigeroſq; greges, muros & mœnia linquens,
Aulaiq; domos plenas epulantibus. illic
Gaudebat cantuq; & carmine turba procorum,
Ac ſaltu Veneris blando, lætiſq; choreis
Oblectabat iners pectus: cum ueſper Olympo
Proceßit ſero, & montes umbrantur opaci.

ARGVMENTVM LIBRI XVIII.

Irus pugnando forti ſuperatur Vlyſſe.
Penelopeq; procis ſe oſtendit regia cultu:
Textilibuſq; onerant donis, & munera larga
Attulerant nymphæ. quæ cunctis ordine cepit
Penelope. Eurymacho congreſſu mœſta ſupremo
Verba ferox fundit nequicquam hortatus Vlyſſes,
Incaſſumq; minas uenturi ſpargit Vlyſſis.
Eurymachum ad pugnam lacera ſub ueſte laceßit,
Cuius ab Amphinomo tectus uitauerat arma.

ODYSSEAE LIBER XVIII.

Gloria Dulichij, pugna Iri, munera regum.

VEnerat infœlix populo bene notus in urbe,
Mendicus, quẽquondã Ithaca generauit in alta
Mœſta parens; tota paſſim uagus urbe petendo

Mendicabat opes paruas,cui uentris edacis
Iri mēdici deſcriptio. *Proluuies ingens extis dependet auaris,*
Ingluuie excellens,nunquam ſatiabilis eſca
Seu potu miſer.hunc ſemper nimis improba uentris
Exegit rabies,epulas potumq́; Lyæi
Faucibus expectat ſiccis.nam ſemper edendi
Potandiq́; urget uentris furioſa libido.
Non ullæ uires animo,non robora membris.
Forma ingens fuerat,uiſu mirabile monſtrum.
Arnæus. *Arnæo nomen,quod quondam candida mater*
Infanti puero primis natalibus orto
Irus ab Iride. *Impoſuit:iuuenes Irum dixere per urbem,*
Nempe quod ille citò iuuenum reſponſa referret,
Ceu demiſſa polis Iris Thaumantia proles,
Si quis mandaſſet:ſic Irus iuſſa capeſſit.
Is ueniens,ſubitò tectis conatur Vlyſſem
De patrijs miſerum tum pellere ſedis auitæ,
Et breuiter fatus miſcet conuicia linguæ:
Irus mēdicus in Vlyſſē mēdicum. *Veſtibulo iam cede ſenex,ne forte traharis*
Arreptus pedibus ſubitò,& deiectus ab aula
Te ſignari oculis ſentis,nutuq́; procorum
Innuere hic turbam,cuncti iuſſere nefandum
Te exturbari aula tractum.pudet,& moror inde.
Eia age ſurge citò, ne etiam certamina dextris
Inter nos coeant duris, & pugna reſurgat
Quem torue aſpiciens cautus ſic inquit Vlyſſes:
Vlyſſes Iro. *Infœlix,neq́; ego te læſi rebus acerbis,*
Nec tibi lingua acris dixi fecíq́; proterue.
Haud equidem inuideo,ſi quis tibi tradat egenti:
Seu quis multa manu capiat donata,dolebo.

Nempe

Nempe pauimentum hoc recipit & limen utroſq;. "
Non decet infœlix alienis rebus auare "
Inuideas,cum ſis pera ſimul urbe uagator
Sicut ego.Sed opes eſt diuûm tradere cura. "
Sed dextra pugnam manibusq; laceſſere uita,
Ne ue æſtus iræ mihi,ſuccendasq; furorem,
Iraſciq; tibi cogas.ne ſanguine largo
Labra rigans,pectusq; lauem tibi uictor acerbus.
Vt mihi parta quies etiam,cum craſtina lucem
Aurora oſtendet,ſerpat gratiſſima,nec te
Cras Laertiadæ rediturum ad candida tecta
Siue lares credo Troiæ uictoris Vlyſſis.
Cui ſic Irus egens effatur ab ore uagator:
Heu ſcelus atq; luem inuiſam,quàm durus ab ore — Iri in Vlyſſem cõuicia.
Hæc effers breuiter,ſimilis fornacibus atris,
Antro nec diſpar priſco,ueteriq; camino,
Aequalisq; anui curuæ,cui corpore uires
Effœtæ languent,dum neruos fracta caminum
Ad ueterem reſidet,flammasq; incendit ouantes.
In quem ſi raperet manibus ſubiturus utriſq;,
Pulſarem ſæuus,dentesq; ex ordine cunctos
Maxillis truſos ruerem,terraq; profuſos
Eijcerem,uelut in ſegetem floresq; furenti,
Vaſtantiq; ſui campos florentibus herbis.
Ergo te pugnæ accingas,certamina cuncti
Et nos pugnantes ſpectent,ſedeantq; per altos
Turba thronos.ſed qui iuueni certaueris hoſpes
Marte uiro?ſic ante fores & limina celſa
Conſeruere truces animis diſcordibus iras, — Vlyſſem prouocat Irus in certamen.
Miſcentes lites furioſi pectore toto.

Quos primùm aduertit ſacra uirtutē procorum
Excellens turba, riſu ſic defluit arce
Antinous ſuaui, petulantiaq; ora reſoluit:
Hoc precor ô iuuenes ſpectetis. tale nec uſquam
Contigit antè quidem, uideo nunc quale per aulam.
O qualis noſtra iam naſcitur arce uoluptas:
Quæ ducente deo ſuccedunt gaudia tectis?
Hoſpes, & Irus egens, acri contendere pugna,
Et certare parant dextris. ergo ocyus illos
Compellamus, ait. cuncti riſere per arcem,
Surgentesq; proci tollebant ore cachinnos.
Vndiq; uiſendi ſtudijs epulata procorum
Circumfuſa ruit ridens ſpectacula tectis
Circa mendicos triſtes, qui corpore ueſtes
Induti fuerant laceras, ſe turba ferebat
Denſa ſimul. quîs ſic Eupetheî candida proles
Antinous fatur: Mea nunc aduertite dicta,
Quæ fabor, ſponſi turba ô fortiſsima Graiûm.
Ventres igne iacent, caprarumq; ilia flammis,
Victori certaminis a procis præmium conſtituitur. Quæ ſubitò extenta in cœnam pinguedine denſa
Victrices epulas, atroq; cruore referta
Ponamus. dextra qui uictor abibit arenis
Fortior, exurgens capiat quam legerit, ipſe
Partem aliquam uictor. poſthac conuiuia menſis
Nobiſcum celebret, dapibusq; epuletur in aula.
Dehinc alium nullum per regia tecta rogantem
Mendicum pera lacerum ſubijſſe ſinemus,
Miſceat ut ſeſe turbæ. omnes uoce probarunt,
Quæ dedit Antinous placuerunt dicta. ſagaci
Hos animo cautus ſic tunc affatur Vlyſſes

Conſi-

Conſilijs uarius: Equidem res ardua curuo Vlyſſes procis.
Eſt pugnare ſeni, contra iuuenilia membra
Cum ſeſe opponit iuuenis ſuccinctus in armis,
In pugnam duram, cui uis atq; integer æui
Sanguis erit. cum ſint effœtæ in corpore uires,
Atq; dolore ſeni iam fractæ, membraq; læſa
Fortuna triſti. ſed duris rebus egeſtas, "
Et maleſuada fames, ſceleriſq; inuentor acerbus "
Hortatur uenter plagis & uerbere ſæuo, "
Vt domitus uincar, me cogit adire labores "
Venter iners. uerùm teſtati numina diuûm,
Hanc iurate fidem, ne quis ſuccurrat, & Iro
Suppetias ueniat, ne immani pondere dextræ
Ille ruens in me proſternat, & acris amaro
Afficiat letho domitum, iuuenilibus arce
Viribus excellens. ſic fatus: turba procorum
Omnis iurauit, mendici iuſſa capeſſens.
Hic tum Telemachus ſacræ uirtutis amator,
Atq; deûm cultor, ſic eſt affatus, amicis
Ingreſſus uerbis: Hoſpes chariſsime, uirtus
Si tua te ſtimulat, ſeu pectus concitat altum
Hunc ut reijciâs, ſuperes & uictor, Achiuos
Haud metuas iſtic, pugnabit pluribus ille
Impar congreſsus, qui te uiolauerit inde
Afficiens plaga. noſtra feror hoſpes in arce,
Hoſpitijq; dator. laudabunt regia dicta,
Prudenteſq; probant, & iuſſa aſſenſibus implent
Ambo rectores iuuenum, & præſtantibus armis,
Iam reges alios inter, ſimul Eurymachuſq;
Antinouſq; iubent animis & pectore clari.

Sic ait. aſſenſi reliqui ſic uoce probabant.

Vlyſſes ſe ad pugnā parat.

Tunc uerò laceris circum genitalia cinxit
Se pannis Ithacæ rector uagus urbis Vlyſſes,
Et magnos membrorum artus, magna oſſa lacertosq;
Exuit, atq; ingens media conſiſtit arena.
Et femora atq; pedes & crura ingentia forma
Præſtanti apparet, pugnisq; exertus Vlyſſes
Latos oſtendit humeros, & brachia denſa
Extabat ualidus. nam fortia pectora robur.
Spirabat ſæuus. Tunc aſtans Pallas Vlyßi,
Auxit rectori populorum membra decora.
Obſtupefacti animis omnes mirantur Achæi.
Rettulit hic aliquis detorquens lumina clara,
Adſtantem ſocium propius ſic uoce profatus:
Quæ femora ille ſenex, laceris quæ robora coxas
Oſtendit pannis: equidem ſponte Irus egenus
Ipſe malum ſubito, uereor, ſibi contrahet ingens.
Sic illi. Aſt Iro trepidat formidine pectus
Commotum. famuli cingentes arce trahebant
Vi raptum ad pugnam, mentemq; timore repreßum.
Stare loco neſcit, micat artus, carne tremiſcit.

Irū trepidantem Antinous increpat.

At uerò increpitans hæc edidit ore feroci
Antinous: Nec poſt iactes, nec uoce laceſſas.
Indignus naſci fueras, qui horreſcis inanem
Effœtumq; ſenem, & conſumptum membra dolore,
Quo fixus mœret: tamen hunc horrore tremiſcis.
Aſt edico, fide nunquam euentuq; carebunt,
Quæ minor in præſens: quòd ſi te uicerit ille,
Et pugna melior ſternat, tum naue per æquor
Cæruleum in latas magni procul orbis arenas

Ad

Ad regem te Echetum mittam,ſæuiſſimus unus Echetus rex.
Qui nocet in noto miſeris mortalibus orbe;
Vt tibi crudeli nares abſcindat & aures
Sanguineas ferro,canibusq; rapacibus eſcas
Pubetenus diuulſa manu genitalia ſæua
Cruda ferox tradat ſparſos laceranda per agros.
Sic ait.aſt illi ſoluuntur frigore membra,
Et magis atq; magis ſubijt tremor oſſa timentis,
Iamq; illum in medium ducunt,ut pugnet Vlyſſi.
Illi ambo inter ſe multa ui brachia iactant,
Extolluntq; manus.cui ſic diuinus Vlyſſes,
Multa mari paſſus,ſubitò meditatur,an illum
Deijciat ſternens,animamq; effundat in auras
Purpuream,utq; leuis lapſi calor oſſa relinquat
In tenues ſparſus uentos,fugiatq; cadentem:
An leuiter feriens,fuluis extendat arenis.
Talia uoluenti,potior ſententia uiſa eſt,
Vt leuius ſternat,ne tum reprehenſus Achiuis Iri mẽdici et Vlyſsis pugna.
Iram ſuſtineat ſæuam.tunc altus uterq;
Elati manibus pugnant.hic Irus acerbè
Dextrum humerum pepulit pugno certantis Vlyſſis.
Contrà Dulichius ceruicem compulit altam
Infra aures,fractoq; illiſit in oſſa cerebro,
Perfregitq; intus nexus.tunc ora cruore
Purpureo manant.Irus procumbit arena
Puluere fœdatus,mixtoſq; in ſanguine dentes
Ore reiectando pedibus calcabat arenas
Vociferans. riſu tum luxurioſa procorum
Diffluit,atq; altè protendens brachia palmis
Cepit turba mori petulanti ſplene cachinno.

Tunc Ithacus pedibus tractum raptabat ab arce
Veſtibulo exanimem retrahens,quà iungitur aulæ
Porticus,atq; extra limen deuoluerat arcis.
Ad poſtes altos & ſepta patentia muris
Exanguem erexit ſtatuens,murosq́; reclinat,
Inq́; manu ſceptrum poſuit.tunc ora reſoluit
Sic breuiter fatus: Hac Ire in ſede ſedebis,
Hinc arcens baculo furioſe canesq́; ſuesq́;.
At ſcelus hoſpitibus ſæuum dare iura caueto,
Mendicisq́; uelis alijs dominarier arce,
Ne tibi quid peius iuuenilibus accidat annis.
Sic ait,atq; humeris peram ſuſpendit ab altis
Informem,ac laceram,quam nectit tortile lorum,
Ingrediensq́; iterum limen conſedit Vlyſſes.
Intrantesq́; proci ridebant ſuauiter alta
Sede duces Graij fando,dextramq́; prehendunt
Proci Vlyſsi mendico ob uictoriam Irò mendico ſuperato gratulantur. *Voce:Tibi fœlix magnus det Iuppiter hoſpes,*
Atq; immortalis tibi cætera turba deorum,
Quæ petis ipſe tuo,& quæ ſunt gratiſsima cordi,
Qui mendicum Irum domuiſti fortiter arce,
Qui nullis unquam fuit hac ſatiabilis aula
Eſcarum donis.populo non amplius ille
Mendicabit opes.quem mox mittemus arenas
Ad ſolidas orbis,quas pontus continet undis
Regi Echeto,qui iam cunctos feritate nefanda
Mortales ſuperat.miſcebant talia magna
Voce proci.at tacitum pertentant gaudia pectus,
Vlyſſes ob uictoriã laudatus dona accipit a procis. *Victoremq́; effert Ithacum iam gloria palmæ.*
Cui tunc Antinous denſum pinguedine uentrem,
Et nidore leui rubeoq́; cruore refertum

Expedit.

Expedit. hic panes binos, ceterem̃q; caniſtris
Amphinomus tollens, dextra tum pocula baccho
Aurea ſuſtinuit: Salue pater optime Graiûm,
Exclamans alta, ſalue (inquit) ſoſpes in arce,
O` uictor hoſpes dextra pollentior acri,
Sis fœlix poſthac, opibusq́; & rebus abundes.
Quanquam nunc miſer es nimium, ſerieq́; malorum
Oppreßus longa fatis retineris iniquis.
Cui ſic ingreditur præſtanti pectus Vlyſſes
Conſilio uarius: Tibi uirtus ardua mentem
Ornat, & eximius ſapienti corde uideris:
Nimirum tali cum ſis genitore creatus,
Cuius fama quidem noſtras peruenit ad aures,
Et dudum egregijs celeberrima gloria factis
Dulichius Niſus Graijs pater optimus undis,
Atq; opibus clarus, quo te de patre profuſum,
Fama fuit. ſiquidem prudentis & ora relata
Et uultus ſimiles æquaris laude parenti
Amphinome. ergo animis quæ fabor ſuſcipe dicta, Vlyſſes Amphinomũ pręmonet infortunii inſtãtis.
Obſeruansq́; audi. Nil tellus nutrit arenis "
Vſquam imbelle magis miſeris mortalibus æuo, "
Inter cuncta ſuis ſpirantia animalia terris, "
Herboſiq́; orbis lati ſerpentia campis. "
Haud unquam credit fœlix, rebusq́; ſecundis, "
Atq; ignarus homo fati, ſortisq́; futuræ, "
Se mala paſſurum porrò, dum turba deorum "
Virtutem præſtat, dum uires ſufficit æquas, "
Dumq́; uirent genua, atq; ualent, motuq́; mouentur. "
At cum mœſta dei ſimul aſpera fata beati "
Attulerint, nolens haud æquo pectore triſtis "

» *Sustinet illa quidem.mens eſt terreſtribus una*
» *Atq; eadem ſemper,qualem mortalibus ipſe*
» *Iuppiter adducens hominum pater atq; deorum*
» *Quottidie indiderit permutans ſorte ſequenti.*
» *En ego qui quondam fœlix,diciq; beatus*
» *Inter mortales poteram,rebusq; ſecundis,*
» *Exultans nimium facta effera ſæpe ſuperbus*
» *Corporis admiſi confiſus robore celſo,*
» *Imperioq; patris fortiq; parente ſub armis*
» *Viribus indulgens,generiq; & fratribus altis,*
» *Heu mendicata triſtis modò repleor eſca*
» *Pauper & infœlix,uigui qui floridus olim.*
» *Quare equidem nemo ſublatus tempore læto,*
» *Iniuſtè uiuens ſine legibus exigat æuum,*
» *Nec nimis exultet.nimium ſublimia uitet,*
» *Inq; ſinu tacito condat pia dona deorum*
» *Quæ dederint diui,tacitusq; ſeneſcat ab annis,*
» *Et moderetur opes placida ſub pace quietus.*
Heu quàm dira quidem uideo hic,heu qualia facta
Edere crudeles auſos,auſoq; potitos
Arce procos Ithaca,lacerantes regis Vlyßis
Diuitias,& opes claras,& regia tecta.
Moliriq; nefas,nullo ſub honore maritam
Dulichij regis patrias ambire per oras,
Infamare thoros caſtos.Verùm auguror altum
A patrijs Ithacum terris & dulcibus aruis
Et genere excelſo non hinc nunc abſore longum
Abſentem.propiusq; uenit.precor eximat arce
Subducens aliquis hinc te Deus optime Graiûm,
Deducatq; domum incolumem,ſeruetq; reductum,

Neue

Ne'ue illi occurras redituro in patria rura,
Dulcia rura patris. nunquam ſine ſanguine Martis
Arce proci ſæui, belloq; animoſus Vlyſſes
Decernent ferro potius, cum regius arces
Heros contingens, & ſumma palatia muris
Intrarit. fatus, libauit ſuauia bacchi
Vina bibens hoſpes, tunc pocula reddidit alta,
Inq; manu poſuit populorum regis Achiuûm.
Ille abijt triſtis mordaci pectora cura
Excrucians, & ſæpe domo ſpaciatur in alta,
Sæpe caput quaſſans. ſiquidem præſaga mali mens
Augurat infœlix fatum, mortemq; ferocem.
At non augurio potuit depellere Parcas.
Namq; animum fixit Pallas ſub marte potenti,
Telemachi ut manibus caderet, dextræq; ferocis
Haſta animam fundens domitus procumberet arce.
Mox tamen ille throno ſedit, quo concitus ante
Se tulerat. tunc & glauco Tritonia Pallas
Lumine commouit natam de rege Laconum,
Inſpirans menti tenues delapſa per auras
Penelope Icarij, ut tandem ſe oſtenderet arce
Ante procos renitens, ut concita pectora flammis
Augeret uultu claro, mentemq; procorum
Igni detegeret magno ſub honore futura,
Ingentemq; thori famam latura marito,
Et nato pariter: foret ut ſibi gloria maior,
Quàm prius illa fuit. riſit ſine more, decora
Virginis ora gerens, placido ſic ore loquuta eſt:
Eurynome, Pallas ardorem mentibus addit,
Corq; agitat dudum, quanquam crudelibus arce

Palladis inſtinctu Penelope ſe procis ſpectandā offert.

Inui-

Inuiſisq; procis me oſtendam regia ſponſa.
Vtq; horter natum, precium non uile laboris
Allatura ſibi, ne quid communicet arce
Ille procis ſæuis, nimium & commercia ſemper
Miſceat, & uitæ nimis hic ſecurus in aula
Inter amatores faſtu uerſetur amaros.
Ore quidem blandi, ſed tergo ſæua minantur, "
Molitiq; nefas animo dant dulcia uerba. "
Cui tunc Eurynome ſic fatur, cura per arcem eſt
Eurynome Penelopę. Magna penus illi: Decus ô regina Lacæna,
Nata hæc uera quidem fer greſſus ocyus arce,
Et referas nato, nec enim celaueris illum.
Sed prius uncta genas, corpus rorantibus undis
Abluito, nec ſic mœrentia fletibus ora
Humectata oculos lacrymis, uultuſq; rigatos
Progrediare throno. flendi damnoſa uoluptas, "
Et nimio luctu ſemper doluiſſe nocebit. "
Iam tibi progenies teneris pubeſcit ab annis
Tanta quidem, ut tendat Dijs immortalibus æqua.
Quam quondam optabas te poſſe uidere parente
Naſcentem diuis generi decora alta Laertis.
Penelope contrà placido ſic ore loquuta eſt:
Ne mihi ne iubeas, quanquam hæc te cura remordet,
Hoc liquidò corpus puroq; in fonte lauare,
Vnguentoq; mihi languentia membra perungi.
Hei mihi, ſplendorem rapuerunt æthere diui
Atq; decus formæ, qui calcant culmen Olympi,
Diſfregere olim: cum celſæ Pergama Troiæ
Ille miſer petijt, uentis & puppibus altis.
Sed propera, Antinoe ſimul Hippodameia iubeto
Huc

Huc ueniant ſubitò, meq́; hinc comitetur in aulam,
Aßiſtantq́; ambæ. nunquam mihi crede, meabo
Incomitata uiros Ithaca uiſura ſub arce,
Et pudor ipſe uetat. ſic fata, exceßit ab altis
Hinc anus accelerans tectis, & nuncia defert
Virginibus ſubitò, dominamq́; hortatur adire,
Et celerare gradum nymphas. Tritonia Pallas
Glauca oculos, aliud uoluebat mente ſub alta.
Circumfudit enim ſomnos, dulciq́; ſopore
Icarij natæ laxauit membra Lacænæ.
Decumbens lecto dormit regina decora,
Cunctaq́; tum ſuaui ſoluuntur membra quiete.
Tunc illi Pallas dona immortalia fudit,
Vt cuncti talem formam mirentur Achæi.
Inde comis flauis diuinum uertice odorem
Spirat, & ambroſio uultus expurgat amœnos
Vnguento, quali ſe tingit & aurea diua,
Sic formam inducit, qualis Cytherea coronis
Splenduit uncta genas roſeas radiante colore,
Cum blandas repetit Charites, dulcesq́; choreas.
Maioremq́; dedit præſtantia membra uideri,
Candentemq́; ebore eximius ſectoq́; elephanto.
Sic illam Pallas fecit, greſſumq́; per auras
Extulit. At famulæ candentia brachia nymphæ,
Et niueos humeros ueniebant ſede relicta
Iactantes uocem. tum dulcis ſomne relinquis,
Penelopenq́; fugis reſolutam membra ſopore.
Illa genas manibus roſeas abſterſit, & ore
Sic placido effatur: Quàm mollis lumina ſomnus
Condidit, & feſſos dulcis ſopor irrigat artus.

O utinam ſic fata daret mihi caſta Diana,
Mollia iam ſubitò, ne lugens pectore triſti
Amplius hic degam uitam per ſecula longa,
Tot conſumpta malis, dum chari mœſta mariti
Heu deſiderio teneor: uirtute Pelaſgos
Anteibat cunctos uaria, clarißimus armis.
Sic effata, domus celſæ cœnacula ſumma
Linquit, & incedens Ithacam deſcendit in aulam,
At non ſola tamen, binæ comitantur euntem
Reginam ancillæ. poſtquam ſe Herois ad acres
Intulit alta procos, ſtetit imæ in limine ſedis,
Arte laboratæ celebri per candida tecta,
Ante genas tenero roſeas circundata peplo.
Hinc atq; hinc aderant intentæ ad limina Nymphæ.
Inde procis ſubitò genua hic ſoluuntur amore,
Membráq; langueſcunt. mulcebat pectora flammis
Delinita ignis regina Cupidinis æſtu.
Iamq; omnes uotis ardent concumbere lecto,
Amplectiq; thoro Nympham, ardeſcuntq; tuendo.
Tum ſic alloquitur natum regina ſedentem,
Telemachũ: Haud equidẽ reor eſſe in pectore mentẽ,
Aut ſenſus ſupereße tibi. quò fugit ab iſto
Corde animus? quondam puerilibus altius annis
Pectore uoluebas tenero non uile laborum
Conſilium. cum maius adeſt iam uiribus æuum,
Hinc ubi iam firmata uirum te fecerit ætas,
Contigerisq; annos & pubertatis honores,
Vt te aliquis meritò quondam genitore beato
Progniatum dicat, cum uiderit aduena regnis
Creſcentem patrijs procero corpore celſum,

Proci mirantur Penelopes reginæ pulchritudinem.

Penelope increpat Telemachũ ob cæſum hoſpitẽ.

Et

Et formā eximia regnantem culta per arua,
Aequa tibi mens eſt equidem non amplius ulla,
Nec quicquam ſapis ipſe animo. Quod nuper in alta
Accidit arce nefas? es paſſus,ſedis auitæ
Vt tectis hoſpes patrijs tractetur iniquè?
Proh pudor,hoc decuit? quid tali inceſſere probro
Tu finis hunc durus?ſi quis ſucceſſerit hoſpes
Sedibus his feſſus, patriaq; quieuerit arce,
Verbere cum crebro triſtis ſæueq; trahatur,
Dira quidem paſſus:fuerit tibi dedecus æuo
Inter mortales,noſtriq; infamia ſecli.
Talibus hic dictis it contra dicta parentis
Prudens Telemachus:Nihil ô fidiſsima mater
His ego te accuſo, nihil indignantis & iras.
Et teneo hæc animis equidem,ſimul omnia noui.
Sed peiora quidem,& uideo meliora,proboq;.
Antè puer fueram,nec erat ſapientia menti.
Haud tamen expertus planè ſum rebus agendis,
Cunctaq; prudenter peragendi ignarus.& illi
Hinc illinc ſæui terrent,reſidentq; per arcem,
Moliriq; nefas tentant,& dira uolutant.
Nec quiſquam auxilio ſubit hic mihi mater in aula.
Sponte tamen nuper pugnarunt hoſpes & Irus,
Nec certamen eis mouerunt turba procorum.
Quanquam uictor erat,melior quoq; uiribus hoſpes.
O' pater altitonans,Pallas,iaculator Apollo,
Sic precor infœlix, noſtra cadat illa procorum,&
Turba ferox,domitiq; ſimul ſic uertice nutent
Arce proci,cæſi ferro capita alta mouentes,
Pars aula patria,pars fuſi ſedibus altis,

Telemachus matri.

Et gelidæ mortis ſoluantur frigore membra:
Vt nunc ille ſedens aulæ prope limina celſa
Irus egens, ictu iamdudum uertice nutat,
Ac poto ſimilis titubat ceu plenus Iaccho,
Nec ualet erectus firmis inſiſtere plantis,
Siue redire domum, ſeu quò fuit impetus ire.
Stare loco neſcit, tremit artus, ilia pulſat.
Membra ſoluta iacent. ſic hi ſermone fruuntur.

Eurymachus ad Penelopē de laude pulchritudinis.

Hic uerò Eurymachus ſic uoce ſilentia rumpens
Penelopæ loquitur: Decus ô regina Pelaſgûm,
Icarij proles, cuius ſapientia terras
Argiuas complet. Si te modò lumine Graij,
Aſpicerent omnes, quicunq; ſalubribus Argis,
Quiq; Iaſon celſum, Pelopeiaq; tecta per oras
Carpentes auras habitant, conuiuia læta
Turba procûm maior, cum ſeſe aurora referret
Hic ueſtræ celſis agitaret ſedibus arcis.
Longè alias anteis formæ candore maritas.
Quinetiam ingenio, & præſtanti corpore Nymphas
Inachidas, ſuperas & Graia per arua puellas,
Atq; animo excellis pulchræ uirtutis, & alto
Ingrederis uultu clariſſima Nympha Pelaſgûm.
Cui ſic prudenti ſermone ſilentia rupit

Penelope Eurymacho.

Penelope: Dudum uirtutem, & corporis alti
Eximiam formam, carpſerunt æthere diui,
Non morituri unquam: cum quondã ad mœnia Troiæ
Se Danai bello ferrent, atq; Ilion altum
Hinc peterent armis. quibus unà fortis Vlyſſes
Se ſocium addiderat meus, heu Priameia coniunx
Tecta inſcenſurus Troiæ. O' ſi fortè ueniret,

Atq;

Atq; mihi uitam regeret uirtute ſequaci,
Atq; iuuaret opes fœlix.mea gloria terris
Hæc foret Argolicis,& longo illuſtrior æuo.
Nunc doleo,triſtis ſortem fortuna malorum
Intulit,& numen ſæuit,noſtroſq; fatigat
Infœlix caſus.memini cum dulcia rura
Linqueret,& patriæ terras,mihi iunxerat uni
Ipſe manu dextram,placidoq; profatur ab ore:
O' dulcis coniunx,reor haud cum claſſe Pelaſgos
Armatos unquam redituros marte feroci
Incolumes Troiæ campis.Nam Troas ad arma
Viribus eximios perhibent,belloq; ſuperbos,
Et bellatores campis,celereſq; ſagittas
Emiſiſſe leues,arcuſq; intendere neruis,
Et iaculatores celebres,& terga frementum
Aeripedum doctos regere,& uelocius aura
Scandere equos,dorſoq; equitem docuiſſe ſub armis
Inſultare ſolo,& greſſus glomerare furentes,
Dum ſubitò pugnas miſcent in bella ruentes,
Decernuntq; graui ferro ſub marte potenti.
Quare equidem ignoro, an rurſus me numina diuûm
Incolumem ſtatuant patriæ,an ſub mœnibus altis
Captiuus ducar Troiæ.tibi cætera curæ
Hic fuerint oro.quin & memor ipſa parentis,
Laertiſq; patris,noſtra quos triſtis in aula
Deſero diſcedens: hortor clariſsima coniunx,
Arce ſeneſcentes,ceu iam quoq;,reſpice celſa,
Cum procul hinc abſens fuero,ſeu maior amore
Hic ſolare.aſt ut prima lanugine malas
Signantem puerum ſimul ora intonſa uidebis,

Vlyſsis ad Troiã diſcedentis mandata.

Laus Troianorum.

Iamq́; genas tenero primùm pubeſcere ab æuo,
Iungere connubio tædas imitata iugales,
Cuiuſcunq́; quidem dulci flagrabis amore,
Arce tuas ædes Laertia tecta relinquens
Telemacho,& nati ſerua communis amorem.
Sic ait ille abiens.ſimul hæc iam cuncta ſub ipſum
Euentum ueniunt.aderit nox atra Hymenæis,
Atq́; odioſa mihi ſe iam ſponſalia tædis
Oblatura pio nimium infœlicis amore,
Cui fortunam hilarem fatis iam dempſit iniquis,
Fœdauitq́; bonam ſortem,uultuſq́; ſerenos
Iuppiter,& mœrent hæc triſtia pectora curis.
De procorũ iniuria conqueritur. *Nulla procis coram conſtat reuerentia iuſti:*
Iura fidemq́; negant, flammiſq́; libidinis acti
Diuitis hic natam regis,caſtamq́; maritam
Coniugio affectant,inconceſſoſq́; Hymenæos
Et tædas properant.ſtudia in contraria rapti
Inter ſe certant,cui cedat regia nupta.
Abreptaſq́; boues agris,lectaſq́; bidentes,
Pingue pecus gregis,ac deducunt rure capellas.
Et conſanguineis nymphæ dant ſplendida dona,
Regaliq́; domus præbent conuiuia luxu.
Non impunè tamen lacerant Laertis in arce
Regis opes tantas,alienaq́; frugibus arua.
Sic ait.aſt Ithaci ſubeunt pia gaudia pectus,
Qui multos terra,multos tulit æquore caſus,
Dum ſibi Penelope legeret nitidiſſima dona,
Mollibus & uerbis mulceret corda procorum,
Atq́; aliud caſto uerſaret pectore nympha.
Cui tunc Antinous genitore Eupethe creatus:

Icarij proles, cuius prudentia uirtus
Penelope excellit, quæ munera quiſq; Pelaſgûm
Attulerit, capias. neq; fas te regia dona "
Spernere, quodq́; datur turpe eſt contemnere faſtu. "
Nec nos antè aliò referemus ab arce regreſſum,
Res curaturi noſtras, quàm ſponſa Pelaſgûm
Te ſocies uni, iungens connubia lecto,
Qui reliquos anteit Danaos uirtutibus altus.
Sic ait Antinous. reliqui tum dicta probarunt,
Præconemq́; domum miſerunt munera larga
Laturum. Antinoo referebat nuncius acri
Ingentem peplum, uarijsq́; coloribus amplum,
Arteq́; depictum mira, quem fibula nectit
Flexilibus nodis. duodenis aurea bullis,
Hæc biſſena fuit iuncturis undiq; curuis,
Arcebatq́; ſinus apta cum ueſte fluentes,
Præterea Eurymacho ornatus, colloq́; monile
Ceu radians Titan, auro electroq́; refulgens
Incluſum gemmis. nec non portantur inaures
Arte laboratæ, quarum ſpectabilis auro
Ornatus fuerat, ſplendebat gratia gemmis
Multa nitens circum, quas ſumma palatia ſerui
Intrantes bini referebant Eurydamanti:
Tres oculos auro radiantes bractea circum
Mirifica oſtentat lunam, ſolemq́; laceſſens.
Tum quoq; Piſandro demiſſa monilia regi
Arte Polyctoridæ uaria, mirabile donum,
Pulchra quidem ueterũ quondã monumenta parentũ,
Quæq́; oculos retinent dulci ſpectanda ſtupore.
Quin alij huc alia attulerant miranda Pelaſgi,

Antinous Penelopæ.

Procorũ quiſque donũ affert Penelopæ.

Candida dona manu.tunc & regina recedens,
Sedes aſcendit ſuperas,cœnacula ſumma,
Muneraq́; ancillæ referebant ſplendida ſecum,
Reginæq́; ſuæ non enarrabile donum
Penelope Icarij.cantus,citharæq́;,lyræq́;
Tum ſonuere aula.mox ſeſe turba procorum
Contulit ad numeros blandos,dulcesq́; choreas,
Delectabat iners ſuaui modulamine pectus,
Expectans donec ueſper caput efferat altum.
Dumq́; ita ſe exercent,obſcuro ſerus Olympo
Heſperus acceßit.tunc ternas ſedibus altis
Conſtituere faces, noctem funalibus arcent
Lucentes aula flammis.hinc arida circum
Ligna focis ponunt,quæ ſicca humore relicto,
Duraq́; iam nuper fulgenti ſciſſa ſecuri.
Miſcebantq́; faces igni,nitidæq́; uicißim
Incenſas retinent famulæ infœlicis Vlyſſis.
Quas ſic alloquitur prudenti clarus Vlyſſes
Vlyſſes ancillis. Pectore: Progenies magni Iouis inclyta,regis
Vos famulæ moneo inſignes abſentis Vlyßis,
Ite domum ſubitæ,ſedesq́; accedite ueſtras,
Hic ubi caſta manet regina,& uertite fuſos
Hanc circum faciles,reuolutaq́; penſa trahentes
Exercete colos,reginam ſede ſedentes
Oblectate piæ, lanas & carpite dextris
Aptantes penſo.præbebo lumina cunctis,
Vel ſi iam maneant,donec ſeſe aurea cœlo
Aurato ſolio reſidens Aurora reducet.
Haud me equidem uincent:didici tolerare labores.
Dixit,at hic molles famulæ riſere per arcem,

Inq; uicem ſpectant ſeſe.cum uoce Melantho
Pulchra genas turpi ſic increpat,atq; ita fatur,
Quam Dolius genuit,teneriſq; eduxit ab annis
Penelope quondam,& ceu natam nutrijt aula:
Quæ ſibi deliciæ magnæ,quæ ſæpe uoluptas
Pectoris una fuit,ſuauis ludebat in arce.
At nec ſic luctum tenuit,dominæ'ue pepercit
Infœlix animo.nam capta cupidinis igni
Miſcuit Eurymacho femur.hunc ardebat amore,
Concubitus iniens,quæ tunc hic acris Vlyßem
Turpibus inceßit uerbis: En pectora dura — Melãtho iurgatrix laceſſit Vlyſſem.
Attonitus ſæuis,nec dulces carpere ſomnos
Infœlix hoſpes uis,altas ære ſonantes
Arces atq; ducum conuentus,regia tecta
Inter delicias intrans,hic multa profaris
Ipſe uiros audax inter tot,uoce fatigas
Hanc aulam turpis,metuis nec pectore reges
Indomitus:tibi ſeu pectus furiarit Iacchus,
Seu talis ſemper mens eſt,dum uana profundis
Futilis,ore tumens:an'ne hic nunc improbus aula
Exultas fidens,miſerum quòd uiceris Irum,
Erratorem urbis? Sed ne quis fortior Iro
Inſurgat uereor,caput inſanabile nunquam
Robuſtis tundat manibus,tum ſanguine multo
Fœdatum eijciat domibus.quam torua tuendo
Talibus inde modis prudens affatur Vlyßes: — Vlyſſes Melantho.
Hæc citò Telemacho dicam,quale excidit iſto
Ore nefas latrans canis?ô mihi qualia narras?
Illuc te referas,ut membra incidat acuto
Enſe tibi.dicens,uerbis perterruit atrox

Aulai in medio famulas.greſſuſq; citatos
Perculſæ referunt ſubitò,tenduntq; per arcem,
Quis genua ipſa labant gelido reſoluta pauore,
Atq; ſenem fari iamdudum uera fatentur.
Ille faces retinens ardentes,lumen in aula
Præbebat ſtando,atq; oculis errantibus omnes
Aſpiciebat inops.quanquam mens ardua uerſat
Longè alia, & fatis iamiam ceſſura deorum.
At tunc ipſa procis Pallas conceßit iniquis
Diua ignominias nimium exercere ſuperbas,
Et mulcere iocis animum.quo triſtis Vlyſſem
Hic magis incendat dolor,& crudelius intret
Ira animum.tunc & Polybo de patre creatus
Eurymachus,mordens Ithacum,quo uoce cachinnos
Tolleret ille procis ſæuis,ita farier infit:

Eurymachus procis de hoſpite Vlyſſe.

Inclyta reginæ præclaræ turba procorum,
Pectore præfabor mea nunc aduertite dicta.
Haud equidem hic hoſpes tectis ſucceßit Vlyſſis,
Penelopes'ue domum ſubijt ſine numine diuûm.
Namq; facum ſplendor capiti ceu flamma uidetur
Hoſpitis eſſe procul.neq; enim ſibi crinis ab igni
Incenſus flagrat, non ullum flamma relucens
Corripit ipſa pilum.namq; expers ipſe comarum
Aſtat:ait.tum ſic ridens affatur Vlyſſem,
Qui Iliacis campis Troum expugnauerat urbes:

Vlyſſem probris inceſsit Eurymachus

Si ſeruire animus fuerit tibi fortè recepto,
Te mittam ô hoſpes,quà rura uirentia florent,
Atq; agri extremi.te præmia digna ſequentur,
Hicq; ſtruas ſepes religans,ramoſq; feraces
Arboribus plantes longis,ſcrobibuſq; ſubactis

Immittas frondes.totum frumenta per annum
Inde tibi,& cererem præbebo largus ab agris:
Tum ueſtes tradam,pedibus talaria nectam.
At quoniam aſſuetus ſcelera exercere,negabis
Ruri operam noſtro,& duros ſub ſole labores:
Sed uagus in populo mauis circa hoſtia laſſus
Mendicare cibos,errans & paſcere uentrem,
Qui tibi non ulla eſt unquam ſatiabilis eſca.
Cui tunc conſilijs præſtans effatur Vlyſſes:
Eurymache,ô ſi forte mihi,cum floridus annus Vlyſſes Eurymacho.
Tempore ſub uerno,frondet uernantibus horis,
Et longi ſoles,tum tecum pugna laboris,
Atq; operum foret hic Ithaco contentio rure,
Incuruamq; manu falcem uiridantibus herbis
Seruarem ualida, ſimilem quoq; meſſor haberes.
Tentaremus opus longo ſub ſole laborum
Ieiuni, donec iam ſera crepuſcula nigras
Aduehérent umbras,nec tunc agreſtibus herbæ
Deeſſent florigeræ nobis.Sin rurſus arantes
Arua boues eſſent, docilesq; impellere ſulcos
Ambo præſtantes, atq; ambo terga nigrantes,
Ambo herba ſaturi florentia gramina paſti,
Ambo pares annis,atq; ambo uiribus æqui
Ferre iugum uiridi ſpirantes robora campo,
Bisq; duo faciles euertere iugera ſulcis:
Nec minus in quatuor cubitos ſe extendat aratrum,
Glebaq; uerſa ſuo per agrum quoq; cedat aratris,
Me proſcindentem tum longo limite ſulcos,
Findentemq; tibi ſpectares uomere campos.
At ſi cunde armis horrentia bella moueret

Iuppiter hic hodie,ſi bina haſtilia ferro
Criſparem,clypeusq́;,& circum tempora claro
Aere micans galea,& conus ſplendeſceret altus:
Propugnatores inter me marte uideres
Permixtum primos.uentrem non improbus ipſe
Obijceres probro,quanquam non æqua profaris,
Inſultasq́; mihi fidens,magnusq́; uideris
Atq; potens inter paucos,quîs pectora bello
Sunt ignara,quibus pariter uerſaris in aula
Exultans.at ſi repetens ſua rura ueniret,
Et patriæ terras contingeret acris Vlyſſes,
Arcta nimis ſubitò quanquam latiſſima portis
Hoſtia in arce forent fugienti mœnibus altis,
Veſtibuloq́; foras animo trepidante ruenti.
Sic ait.Eurymachus ſæuè indignatur,& ira
Percitus,atq; animo incenſus magis æſtuat atrox,
Illum torua tuens ſic ore ſilentia rupit:
Eurymachus in Vlyſſem. Proh miſer inſanis,iam te crudelia fata
Arce manent.tibi nanq; malum non futilis author
Ipſe feram ſubitò,dirus mihi qualia narras,
Confidensq́; uiros inter non mitia faris?
Nec metuisquẽquã,aut madidus furis improbe baccho,
Aut eadem mens eſt ſemper,qui uana tumendo
Te extollis miſerè.an quòd te ſucceſſibus effers,
Dum uincis ſcurram,nequicquam fortior,Irum?
Sic ait,atq; ruens magno clamore ſedile
Corripuit:tum Dulichij ſe pauper Vlyſſes
Ad genua Amphinomi inclinans deſedit,& acrem
Eurymachum metuens fugit.tunc dira minando
Eurymachus ferijt dextra crudeliter ipſum

Pincer-

Pincernam,ſonituq́; graui gutturnia lapſa
Impulit,in ſparſam latè reſonantia terram.
Aſt hic cum gemitu plorans in puluere crines
Fœdauit,labens media reſupinus arena.
Conuenere proci,& magno trepidante tumultu
Ederunt ſtrepitum ingentem,umbroſamq́; per aulam
Iactabant uoces.aliquis quoq; talia dicta,
Aſpiciens alium propius,ſic ore profundit:
O utinam antè alijs hoſpes cecidiſſet arenis,
Quàm noſtras errans Ithacæ ueniſſet in oras,
Nec tantos celſa ſtrepitus mouiſſet in aula,
Clamoresq́; feros.nunc nos de paupere in alta
Mendico incenſi leuiter contendimus arce,
Lætaq́; conſequitur conuiuia nulla uoluptas.
Nam peiora equidem uincunt.quibus ora reſoluit,
Telemachus,tandem iuſta commotus ab ira:
Proh miſeri,inſana furiati mente per aulam
Sæuitis nimium.premitis non uina Lyæi,
Non epulas,diroq́; urgetis cuncta furore.
Voſq́; agitat numen.poſtquam conuiuia menſis
Curaſtis læti,tandem date membra ſopori,
Inq́; domos tenebris ueſtras contendite greſſus,
Cum lubet,haud ullum cogam,nec conſequar ipſe.
Sic ait.aſt omnes impreſſo dente labella
Mordicus hærentes ſcindebant,oreq́; duro
Telemachum audacter non mitia uerba loquutum
Mirati,ſæua pariter iam mente ſtupebant.
Quîs tunc Amphinomus,proles clariſſima Niſi
Regis Aretiadæ,ſermone ſilentia rumpit:
O ſocij,nemo uerbis ius faſq́; laceſſens,

Vlyſſes mendicus ictū Eurymachi effugit,& pincerna ſcabello proſternitur, dum petitur Vlyſſes.

Telemachus in procos inuehitur.

Amphinomus æquiſsi-

mus inter procos.

Nec quiſquam dictum precor indignetur ob æquum,
Morſibus inuadens contrà: ne'ue hoſpes in arce
Pulſetur, neu quiſquam alius, qui ſeruus Vlyßis
Sedibus eximij quondam, famulatur in altis.
Eia age principiò iam pocillator iacchum
Miſceat, & cyathis fundat libamina prima,
Prælibetq; pio liquentia pocula baccho,
Vt menſa cubitum poſita libemus ituri,
Atq; lares patrios repetamus. at hoſpes, Vlyßis
Hiſce relinquatur tectis, pia cura futurus
Telemacho, cuius gratas intrauerit arces.
Talia dicentem, complent aſſenſibus omnes.
His cratera auro renitentem Mulius heros
Dulichius præco, mira uirtute potentis
Amphinomi ſeruus celebris, permiſcuit altè,
Impleuitq; mero cunctis ex ordine præbens.
Aulai in medio libantes pocula bacchi
Numinibus menſa ſacris, diuiſq; beatis
Dulcia uina bibunt. Sed poſtquam ritè Lyæum
Libarunt omnes pateris, laticemq; refuſum
Potarunt, hinc quiſq; domos, altaſq; parentum
Contigerant ſedes, molli ut ſua membra quiete
Laxarent feßi ſoluentes lumina ſomno.

ARGVMENTVM LIBRI XIX.

Arma & tela domo natus exponit Vlyſſe.
Vt quoq; Cretæis oriundus uenerit oris,
Penelopæ memorat, ponto iam liber Vlyſſes.
Tunc Euryclea, ueteris ueſtigia damni
Atq; cicatricis notas tangente ſub unda,

Dum lauat illa pedes,Ithacus cognoſcitur heros:
Vtq; ſit in ſacro quondam percuſſus ab apro
Parnaſſo,narrat ſubiungens carmen Homerus,
Aonius muſis & doctus Apolline uates.
Quem Latium fecit Phœbi decus inclyta fama
Pieridum nuper nemoroſis Lemnius oris,
Quas Alpes cingunt natiuo robora ſaxo.

ODYSSEAE LIBER XIX.

Tuber anus tangens,reducem cognouit Vlyſſem.

ASt Laerte domo generatus diuus Vlyſſes
Linquitur excelſa meditans ſibi fata procorũ
Pallade,mox nato loquitur,linguamq; reſoluit:
Chara mihi ſoboles,nunc arma horrentia Martis Vlyſſes Telemacho.
Omnia deponas intus,thalamiſq; recondas.
Mollibus hinc uerbis turbæ ſic fare procorum,
Si cupidi martis te forſitan arma requirant,
Ex fumo poſui:quoniam mutata per æuum
Haud ita, ceu quondam,ſplendeſcunt ære micanti:
Qualia, cum peteret Priameïa mœnia Troiæ,
Liquerat ingenio atq; armis præclarus Vlyſſes.
Sed uitiata rubent ignis fumiq; uapore,
Halitibuſq; nigræ flammæ.quin numina maius
Obijciunt menti,atq; mouet mihi pectora dæmon,
Ne pugna madido furiata mente Lyæo
Certantes forſan per mutua uulnera menſas
Atq; epulas ſacras, nec non ſponſalia nymphæ
Fœdetis turpes.ad prælia trudit,& enſis, "
Sponte uirum impellit dura in certamina ferrum. "

Sic

Sic ait.imperio chari parêre parentis
Telemachus properat,nutricemq; euocat acri
Tel.nutrici Eurycleæ. *Voce Eurycleam: Nutrix chariſſima,nymphas*
Intus age includas tectis, & ſedibus altis,
Dum thalamis condo genitoris tela coruſca,
Armaq;,quæ nulla cura nigrantia fumus
Olim fœdauit,fuſcans neglecta per arcem,
Dum pater hinc abſens errat.puerilibus annis
Antè fui imprudens:nunc arma reponere curæ eſt,
Ne uapor ignis edax contingat ferrea tela.
Euryclea Telemacho. *Illa autem contrà: Cordi gratiſſime nate,*
O utinam attingat tandem prudentia pectus,
Et ſapere incipias cautus,ſeruesq; parentis
Resq; domumq; tui,poſſeſſaq; rura per oras.
Verùm age quæ lumen portet comitata puella,
Huc ueniat patiare oro,greſſumq; ſequatur,
Dum non admittis famulas,quæ lumina flammis
Atq; faces geſtent.cui ſic reſponſa dabantur
Telemachi:Mihi longinquis peregrinus ab oris
Hic teneat,qui iam ſucceſſit ſedibus hoſpes.
Haud equidem uacuus uerſabitur arce labore.
Nec patiar lentum,procul huc cum uenerit ille
Tecta petens Ithacæ,dimenſaq; noſtra uorando
Perdat iners ocio.ſic fatus:paruit illa.
Atq; fores clauſit ſummæ compagibus arcis.
At properè illuſtris ſoboles & fortis Vlyſſes
Telemachus & Vlyſſes omnia arma arcis abſcōdūt clam procis. *Tutò iam galeas,& ſcuta umbonibus alta,*
Baltheaq; & clypeos,& acutæ cuſpidis haſtas,
Telaq; & immanes enſes atq; arma ferebant.
Tum coram auratam Pallas ſuccincta lucernam,

Splenden-

Splendentis lychni retinens ardentibus ignis
Luminibus claram faciebat candida lucem.
Iamq́; ſuum proles genitorem affatur Vlyßem:
O pater, ô noſtra quæ nam miracula ſede
Hic oculis uideo? quàm magna incendia tectis?
En paries muriq́; arcis, ſedesq́; nitentes,
En abiegna trabes paſſim, celſæq́; columnæ
Noſtris apparent oculis ceu flamma per arcem
Ardentesq́; ignes rutilant. eſt numen in illis:
Aut aliquis diuûm, qui calcant culmen Olympi,
Intus agit. contrà ſic fatur clarus Vlyſſes:
Chara tace ſoboles, hortor, mentemq́; coerce.
Nec iam quære diu. ſiquidem eſt aſtræa deorum
Iuſtitiæ uirgo, qui ſe ſtellantis Olympi
Sedibus accingunt, & cœli tecta frequentant.
Hic manſurus ero: tu ſcande cubilia, ſomnos
Ducturus ſtratis. famulas, matremq́; per arcem
Hic tentabo tuam: quæ me, dum ſingula quæret,
Sola loco lachrymans luctu famaq́; ciebo.
Sic ait. at natus facibus lucentibus exit.
Regius eſt thalamus, quo dulci membra ſopore
Ante thoro fultus, ſi quando lumina ſomnus
Præriperet ſuauis, feſſus laxare ſolebat.
Huc ingreſſus erat, recubans & laßa fouebat
Oſſa ſoporatus expectans, donec eoos
Sacra Aurora daret rutilantes æquore currus.
At ſacer excelſis remanebat ſedibus hoſpes,
Cæde procis meditans ſæuis cum Pallade fata,
Heros Dulichius. mox & regina Lacæna
Penelope, thalamo picto nitidiſſima cultu

Pallas cum lucerna apparet.

Vlyſſes Telemacho.

Tandem

Tandem progreditur,qualis ſeu caſta Diana,
Aurea ſiue Venus:cui tunc poſuere miniſtræ
Ad flammas ſedem,qua ſe regina locaret,
Penelopes ſtibadium. Quæ fuit argento mirè tornatilis albo,
Atq; ebore eximio uerſatilis,atq; elephanto
Secto.illam quondam fecit faber inclytus arte
Icmalius faber. Icmalius:pedibus tum iunxerat ille ſedile
Adhærens aptè.quin pellem deſuper arte
Ingentem ſtatuit.hac ſe tum collocat altam
Penelope ſapiens,famulæq; ex ædibus imis
Currentes humeros niueæ,& candentia circum
Brachia conſpicuæ,cererem menſasq; ferebant,
Atq; cibos uarios & pocula larga per arcam,
Ex quibus ebiberant hic turba ſuperba procorum,
E facibusq; ignem quatiunt,flammasq; micantes
In terram ſpargunt,alia inſuper arida ligna
Accumulant flammis,ut ſeſe lumina latè
Effundant paßim,combuſtaq; ligna calorem
Melãtho minatur Vlyſsi uerbera, niſi abeat domo. Emittant circum.tum rurſus uoce Melantho
Increpat infœlix,quæ nondum norat Vlyßem:
Ecquid & huc hoſpes te confers nocte ſub atra,
Inter fœmineam turbam uerſatus in arce,
Aſpiciens nymphas.ergo hinc nunc ocyus exi,
Infœlix hoſpes,conuiuia noſtra leuabis
Hoc odio aſpectus,aut torre expulſus ab arce,
Et facibus mißis tandem conceſſeris iſthinc
Ipſe foras fugiens.quam ſic tum torua tuendo
Alloquitur Troiæ quondam expugnator Vlyſſes:
Vlyſſes ancillæ. Quid miſera inceßis crudeliter ore remordens?
An tibi ſordeſco,laceras quòd corpore ueſtes,

Quòd

Quod mendico cibos populo?ſed cogit egeſtas,
Tales mendici,atq; errones urbe uagantur.
En ego,qui quondam fœlix opulenta colebam "
Mortales inter latos mea tecta per agros, "
Sæpe uagatori dederam,quicunq; ueniret "
Indigus ad noſtras ædes.nam copia rerum,&
Mille mihi ſerui fuerant,& candida pubes,
Diuitiæq; aliæ multæ,quibus inclyta turba
Vitam hominum degit fauſtè,diuesq; uocatur:
Nunc miſer in lacera mendico ueſte per oras.
Iuppiter ætherea eſt me iam populatus ab arce
Saturni ſoboles.ſiquidem ſic ille uolebat.
Tu quoq; fac caueas,ne quando tempore triſti
Infœlix fias,& perdas pectore toto
Lætitiam:& qui nunc eſt uultu ſplendor in iſto,
Intereat,cedatq; procul tam clara uoluptas,
Atq; uenuſtatis raptæ decora alta queraris:
Qua nunc exultas,interq; ornata puellas,
Ancillasq; inter ludens ſermone ſuperbis:
Ne quando irarum lædat regina dolore,
Teq; agat hinc atrox:redeat neu fortis Vlyſſes.
Spes etenim ſupereſt,& adhuc ſic uoluere Parcas,
Fama uolat dudum.ſin nigris occumbat umbris,
Nec ſperare licet reditus,tamen extat Vlyſſe
Natus Telemachus iam talis Apolline fauſto,
Conſilioq; deûm,quem nuſquam fœmina ſede
Hic latet excelſa,ſi qua eſt hic impia factis,
Haud puer ille quidem eſt puerilibus altior annis.
Sic memorat.poſtquam hunc regina audiuerat arce,
Penelope ſapiens,uerbis inceſſit amaris,

Ancil-

Penelope ancillæ petulantiã increpat.

Ancillæq́; refert: Canis audaciſsima rictu,
Intrepido ore furens, equidem haud ignara malorum
Sum tibi tantorum, quæcunq; hac aſtruis arte:
Atq; audes facinus magnum, quod ſæua dolendo
Ipſa lues iſto capite, & pro crimine pœnas
Ore tuo reuehes. Siquidem cuncta improba noſti,
Meq́; audiuiſti, noſtra quòd ſede rogare
Multa ſuper charo quondam mihi coniuge rege
Ex hoc, quem cernis crudelior, hoſpite famam
Quæſitura meo ſtatui. Nam pectora mœſta
Excrucior nimium. dicens, tum uoce miniſtræ
Eurynomæ fatur, cui tectis cura recumbit
Digna penus uni: Precor ô fidiſsima cuſtos
Eurynome, huc referas ſellam, pelleſq́; bidentum
Deſuper iniectas: reſidens qua triſtior hoſpes
Audiat, & reddat uoces: mihi quærere curæ eſt.
Sic ait. illa citò formoſa ſedilia iuſſa,
Attulit, ad flammas ponens, pellemq́; decoram
Inſtrauit. ſuper his diuinus ſedit Vlyſſes.
Tum ſic Penelope orſa loqui, huic prudentia clarum

Penelope Vlyſsis mendici genus & patriam ſciſcitatur.

Lata per arua decus tenuit: Te prima rogabo:
Vnde ades ô hoſpes, ſeu qua de gente creatus?
Dic mihi, quæ patria eſt, qui te genuere parentes?
Cui ſic ingenio atq; armis præclarus Vlyſſes:

Oratio Vlyſſi mendici ad Penelopen.

O' regina, hominum latum non ulla per orbem
Perq́; oras uarias terrarum fine carentes
Fœmina, quæ tecum poſsit contendere laude
Virtutis. ſiquidem magnum tua gloria cœlum
Contingit, decoris iamdudum fama ſub aſtra
Clara uolat: præſtans ceu quondam gloria regis

Floret

Floret agris paſſim, qui relligione deorum
Numina magna colit, regnatq́; interritus inter
Fortia corda uirûm, atq́; homines tot mille per arua,
Iuſtitiæ cultus ornans, ſeruatq́; tuendo
Virginis Aſtrææ ſtudium. fert terra benigno
Nigra agro fruges, frumentaq́; larga per oras
Triticeam in meſſem, ſegetesq́; ex ubere glebæ,
Hordeaq́; & ſpicas. pendentq́; ex arbore poma,
Et grauibus frondes onerantur fructibus aruo,
Spesq́; gregis pecorum fœcundant gramine partus,
Et pariunt fœtus, augentq́; caprilia ruris
Prole ſub aßidua. multos dant æquora piſces,
Et florent gentes, & proſperitate fruuntur,
Virtutemq́; colunt populi ſub rege beato,
Atq́; opera exercent fœlices ardua rerum,
Dum bona iuſtitiæ cura eſt, laudataq́; regna.
Quare alia ô regina Ithacæ me quære ſub amplis,
Inq́; tuis tectis quondam charißima regi,
Nec ſcrutare genus noſtrum, patriamq́; ſolumq́;,
Ne mihi cauſa meos fueris renouare dolores.
Ne'ue magis luctu replens animumq́; querelis
Incendas: dum tanta maris diſcrimina narro,
Multa gemo ducens ſuſpiria crebra labore.
Nec decet ut mœrens alienis ſedibus uſq́;
Deplorem caſus, & luctus flebilis atros
Sæpius hic renouem reſidens. damnoſa uoluptas "
Lugendi nimium ſemper. quid fletibus ora "
Humectare iuuat? ne qua indignetur in illis
Quas famulas nutris: neu tu regina dolorem
Concipias ira, narrantemq́; oderis arce.

Ne'ue putes lacrymas madido me ſpargere uino,
Atq; grauem pectus nimio lugere Lyæo.
Hoſpes ab his tacuit. Sic Penelopea ſequuta eſt
Oratio Penelopis. *Prudens ore pio: Pulcherrima corpora quondam,*
Atq; decus formæ, ſpeciemq; inſignis honoris
Virtutemq; Dei, quorum ſine morte beata
Vita, mihi dudum uitiarunt tempore longo,
Tum cum Dardaniæ petierunt Pergama Troiæ,
Idæamq; plagam ferroq; & claſſe Pelaſgi
Aſcendere, ſolum Priami: quis fortis Vlyſſes,
Marte comes fuerat, meus heu dulciſſima cura
Optatus coniunx. O ſi rediturus in arua
Dulichius patriæ, regeret moderamine uitam
Diuitiasq; meas, quanto mea gloria maior
Splendidiorq; foret? lacerant nunc pectora curæ,
Mœſtaq; iam doleo luctu. mihi talia fata,
Aſpera fata Deus uoluit, reuolutaq; fuſis
Triſtibus intexunt Parcæ. quicunq; gubernant
Aequoreas terras clara uirtute ſuperbi,
Quis paret medio fluctu nemoroſa Zacynthos,
Dulichiumq; Sameq;, & Neritos ardua ſaxis,
Quiq; colunt Ithacæ ſcopulos, Laertia regna,
Quiq; Ithacam circum teneris paſcuntur in aruis,
Hic ubi temperies & amœnior aura liqueſcit,
Tot nec grata petunt connubia noſtra procorum,
Inuitam affectant, inconceſſosq; Hymenæos:
Deuaſtantq; domum regis, Laertia tecta,
Et lacerant regnum turba inuidioſa procorum.
Ergo hic hoſpitibus nullam, nec ſupplicis ori
Adhibeo curam, nullam & præconibus altis

Quamlibet hi regniq; & publica munera tractant,
Sed deſiderio teneor tam dulcis Vlyſsis,
Tabeſcoq; pio nimium quoq; pectus amore.
At tædas properant ſacras ſponſalibus altis,
Inuidioſa cohors iuuenum. Sed cogito fraudes;
Atq; dolos uerſo. ſiquidem mihi numina diuûm
Inſpirare animum, percurrere pectine fila
Erectamq; manu noſtra contexere ueſtem.
Immenſas igitur tenui ſubtegmine telas
Conſtitui ſubitò noſtræ penetralibus arcis,
Incipio ſuper his fari ſic orſa loquendo:
Accipite ô iuuenes connubia noſtra petentes,
Inſignesq; proci: quoniam crudelibus umbris
Occubat infœlix quondam præclarus Vlyſſes,
Expectate precor, quanquam properatis amantes
Penelopes tædas, noſtri ſponſalia lecti,
Donec contextam radijs deduxero ueſtem,
Percurrens telam. ne pendula fila ſub ipſo
Pectine ſic fruſtra nullos uertantur in uſus,
Laertiq; duci contexam ſtamina digna,
Atq; ſepulchralem tunicam, triſtesq; paratus:
Vt ſi quando illum lugubri funere fata
Aſpera ſurripiant, & ſorte immergat acerba
Mors atrox ueniens, crudeli obeunda dolore,
Forſan Achaïdum ne qua indignetur, & ira
Obijciat crimen nobis, ſi regius heros
Conditus indigno iaceat uelamine buſtis,
Qui tot opes diues, qui tot quoq; poſſidet arua.
Sic ego. ſic illi perſuaſi, mente ſuperba.
Tunc ego lanificæ non cedere laudibus artis

Penelope narrat hoſpiti Vlyſsi, ut té la procos fe fellerit.

Sueta, die magnam faciebam ſedula telam
Intexens radijs, nocturno tempore flamma
Atq; face appoſita ſtamen telaſq; retexo.
Sic ego ſub tota luſi trieteride ſponſos,
Perſuaſiq; procos iam ternis meſſibus acres
Tecta fraude pia. cum iam quater annus ariſtas
Feciſſet longo mihi ſic labentibus æuo
Menſibus, & tandem iam extrema ſuperuenit hora,
Actaq; tranſierant multi per tempora ſoles,
Sæua ſub indicio famularum turba procorum,
Latrantumq; canum, nympharum heu nobile crimẽ,
Nec dominam curant illæ, caſtumq; pudorem,
Fila retexentem inueniunt, uerbiſq; minantur.
Sic ego. ſic feci, ſed non ut mente petebam.
Iamq; coacta dolis deſiſto nympha, nec atras
Nunc uitare queo tædas, triſteſq; Hymenæos.
Nec iam conſilium ſupereſt: quin uoce parentes
Connubio iungi dulces hortantur amaro.
Natus opes cernens lacerari ſedibus altis,
Conſumiq; cibos, nimium excandeſcit, & ira
Percitus heu triſti genitorem deflet Vlyſſem.
Iam firmata uirum fecit uirtutibus ætas,
Magnus enim creuit, taliſq; euaſit in altum
Spes columenq; laris, domus inclinata recumbit
In ſolum iuuenem, regnum qui curat in arce,
Cui decus altitonans, famamq; extendit Olympo.
Tu quoq; fare genus, qua ſis regione profectus,
Haud etenim è quercu, priſca ſeu rupe creatus,
Hoſpes ades nobis. cui ſic facundus Vlyſſes,
Vlyſſes Pene *Conſilijſq; ingens heros:* O' *fœmina caſta,*

Et ue-

Et ueneranda thori fama bellacis Vlyßis, — lopæ, ſe ex Creta oriundum fingit.
Qui Laerte ſatus: neq; enim ceſſare uideris,
Quin genus exquiras noſtrum, patriamq;, docebo,
Quanquam me triſtes cogis renouare dolores,
Pluribus & curis, quàm nunc hic fortè remordent,
Me tradis miſerum. Pœna eſt, quando exul ab oris "
Vir abſens fuerit patrijs ſic tempore longo. "
Quanto iam tibi ſum uarijs erroribus actus,
Multorumq; hominum uagus ad tot mœnia latus
Erraui, impulſus fatis tot adire labores,
Heu curas patior. tamen ô regina quod optas
Inquirisq; diu, fabor. iacet inſula ponto
Cœruleo quædam, ſed amœna ſub æquore terra
Creta ferax medio, protendit culmina celſa — Cretę deſcriptio.
Pinguis humus campis. ſed quam circumfluus humor
Præcingit, quam mille homines, numeroq; carentes
Mortales habitant nouies dena oppida muris.
Eſtq; alijs alius ſermo, permixtaq; lingua.
Hic Eteocretes fortes, clariq; Cydones,
Dorenſesq;, Trichaicesq;, ſacriq; Pelaſgi,
Quos inter magnæ latiſſima mœnia Gnoſi.
Hicq; nouem Minos quondam regnauerat annos, — Minos rex.
Minos ille Iouis magni conuiua tonantis,
Colloquioq; fruens genitorem uoce tenebat,
Nugatorq; Iouis parili ſub honore ſedebat.
Deucaliona patrem quondam uirtutibus altis — Deucalion.
Edidit ille meum, Minos Creteius heros
Magnanimum. Sed Dictæo Minoe creatus
Me genuit quondam rex, Idomeneaq; regem, — Idomeneus.
Deucalion. uerùm Idomeneus ad Pergama Troiæ

Diſceßit quondam, & roſtratis Ilion altam
Puppibus, Atridis comes infœlicibus iuit.
Æthon Vlyſſis fictum nomen. Aethoniſq; mihi præclarum nomen in aruis,
Iunior at natu. ſed maior frater & armis
Me melior. uerùm hic uidi tum lætus Vlyſſem,
Hoſpitioq; illum iunxi, tectiſq; recepi,
Cum peteret Troiam Cretæas pulſus ad oras.
Namq; illum uenti uis ingens detulit alto
Errantem excutiens, Maleæq; ſequacibus undis
Eiectum Ammiſo ſtatuit. ſpelunca ſonabat,
Lucinæq; ſpecus, ſeu uirginis antra Dianæ.
Hic ſtatio fuerat, portuſq; ſub æquore curuo
Difficilis ratibus. uix huc tum puppe procellas
Fugit aquis. poſtquam Dictæas uenit in oras,
Vrbem ingreſſus erat ſubitò, Idomeneaq; regem
Quærebat. namq; hunc non parua laude ferebat,
Iure ſibi hoſpitij magno florentis amore
Coniunctum Creta, celebri uirtute uerendum.
Iamq; illi dena atq; undena oſtenderat ortus
Ilion incuruis roſtris aurora petenti
Puppibus. hunc ductum ſub patria tecta locaui,
Hoſpitio excipiens, multo ſtudioſus amore
Perſequor acceptum. multi per læta frequentes
Limina conueniunt, ſocijſq; benignus Vlyßis
Hunc quicunq; ſimul ſectantur ad Ilion altum,
A patria exhibitas largitus plebe farinas,
Accumulo uaſis ardentia uina Lyæi,
Mactariq; boues & ſplendida ſacra parari
Impero, ut expleret mentem fortiſſimus hoſpes.
Iamq; dies aderat duodenos dia Pelaſgûm

Turba

Turba ſedens menſis, boreas dum flaret, & undas
Immenſus tumidas agitaret in æquore cano:
Vſq; adeò, ut terra ueſtigia tolleret alta,
Stare ſolo ut nuſquam ſineret terráue teneri:
Neſcio quod numen crudeles concitat auras,
Iamq́; dies abeunt tredecim. cùm uentus & omnis
Concidit aura mari, flatus poſuere per æquor,
Argoliciq́; duces ſoluerunt littore puppes.
Sic ait, immiſcens uero mendacia ficta,
Multaq́; prænarrat. quem cum regina loquentem
Audiſſet, duplicat gemitus, lacrymæq́; fluebant,
Tabeſcitq́; artus languentia corpora fletu.
Non ſecus atq; niues liqueſcunt montibus altis,
Quas eurus molli liqueſecit flamine uentus,
Vt Zephyrus confudit agens, tum flumina magna
Implentur ripis uaſto labentia fluctu,
Et niuibus liquidis torrentes undiq; currunt:
Sic roſeas regina genas atq; ora rigabat,
Multa gemens, largoq́; humectat flumine uultus,
Et facies ſtillat lacrymantis roſcida guttis,
Deflentisq́; uirum coram iuxtaq́; ſedentem,
Lugentisq́; ſuæ miſeretur coniugis altæ
Heros Dulichius. Stabant ceu cornua fronte
Lumina bina uiro, uelut æra rigentia fixa
Palpebris oculi immoti. fletusq́; reſorbet,
Atq; aſtu celat. Poſtquam regina dolore
Tot lacrymis fuſis, guttaq́; cadente per ora
Hic ſatiata fuit, uultusq́; humore rigata
Oblectauit amans pectus, longasq́; ciebat
Incaſſum lacrymas, ſic tandem rurſus Vlyſſem

Alloquitur: Te iam certè tentabimus hoſpes,
An uerè hoſpitio præclarum mitis Vlyßem
Coniugium noſtrum, tectisq́; receperis altis
Eximios ſocios, ceu tu mihi uoce profaris.
Qualiter indutus, ſeu quales corpore ueſtes
Ille fuit memora, & ſocios in bella ſequutos.
At contrà ingreditur Graiûm decus altus Vlyſſes:
Laude per Argolicas clarißima fœmina terras,
Heu quàm difficile eſt diſiuncto tempore tanto
Hæc proferre mihi. uicenus labitur annus,
Ex quo nempe mea patria diſceßit Vlyſſes,
Atq; illinc abijt. tamen ô regina profabor
Vt uiſum eſt animo. Fuit en diuinus Vlyſſes
Purpuream indutus ardenti murice lænam,
Eximiam precio, & duplicem. nam purpura denſa
Fulgebat circùm, duplicíq; foramine ſplendens
Ex aurò nectit precioſas fibula ueſtes,
Sculpta quidem uario ſed parte priore labore,
Arteq́; præcellens. ſiquidem canis ore ferebat
Ante pedes ſecum maculoſum pelle priores
Raptum hinulũ picta trepidantem, et multa gementẽ.
Hoc nitido cuncti iuxtà mirantur in auro
Cælati, ex auro canis & ſua præda ſub ore.
Strangulat hic hinulum, cupit ille euadere fauces,
Palpitat & pedibus moriens, atq; ilia ducit.
Tunc imam tunicam ſplendentem membra notaui,
Ceparum folijs leuiorem mollibus horti.
Mollior illa herbis fuerat, cepeq́; uirentis
Membrana tenui, radijsq́; albentior alti
Solis. multæ illam miratæ ſæpe maritæ

Penelope quærit quali habitu fuerit Vlyſſes.

Vlyſſes Penelopæ.

Obſtu-

Obſtupuere manus.tamen hanc ignoro, ſed ipſa
Hoc memori uoluas animo,num clarus Vlyſſes
Indutus fuerit,dum conterit ocia dulci
Pace domi florens præſtanti corpore & arte:
An'ne aliquis dederit ſociorum puppe ſub alta,
Siue hoſpes forſan.multis comitatus amicis
Ille fuit,multis etiam chariſſimus unus.
Rari quippe pares quondam uirtute Pelaſgi,
Aut tales fuerant.& ego tum nobilis enſem
Illi ferratum dederam,duplicemq́; ſub ipſos
Tendentem talos tunicam,ſed murice tinctam
Purpuream,quem tunc celſis in puppibus ipſe
Dimiſi lætus magno ſub honore ſedentem.
Hunc paulo maior natu,qui uoce Pelaſgos
Mulcebat,præco ſequitur. narrabo profando
Qualis tum fuerit.gibboſus,& orbe rotundus Eurybates gibboſus Vlyſsis præco.
Circa humeros curuos,nigro quoq; corpore fuſcus,
Crinituſq; caput,criſpo ſed crine decorus,
Eurybates nomen:quem bello clarus Vlyſſes
Ante alios ſocios grato decorabat honore,
Integer,atq; ſuo fidiſſima pectora regi
Cultus erat. dixit:maius tum luctibus atris
Huic deſiderium mouit,renouatq́; dolorem
Reginæ,dudum certiſſima ſigna notanti,
Quæ pius haud dubijs notis referebat Vlyſſes.
Vtq; expleta fuit lacrymoſo concita luctu,
Ploratuq́; pio,tandem ſic ora reſoluit:
Iamq; hoſpes noſtra poſthac mihi cultior arce
Verſeris,certè digno ſub honore receptus,
Quamuis forte prius fueras miſerabilis aula.

Has illi ? .deram ueſtes,quas ipſe recenſes,
Depromens thalamo caſto uelamina tanta,
Arte plicis iunctis, quæ nectit fibula clara
Adiecta ex auro,manuum monumenta mearum.
Hei mihi, quòd nunquam redeuntem ad dulcia rura,
Rura ſuæ patriæ,dilectaq; coniugis arua
Suſceptura fui. fatis digreſſus iniquis,
Hinc abijt celſæ uiſurus Pergama Troiæ,
Heu non fanda mihi,ſceleratáq; mœnia Troum,
Claſſe caua ſulcans Aegei marmora ponti.
Cui ſic eſt contrà ſapiens reſequutus Vlyſſes:
Vlyſsis adhortatio ut deſinat a luctu Penelope. O ueneratâ thoro coniunx præſtantis Vlyſſis,
Rege Ithacæ quondam nati Laerte ſerenæ,
Deſine:ne luctu uities tam nobile corpus,
Triſtitiáq; tuum cogas tabeſcere pectus,
Dum fles coniugium,& clarum uirtute maritum.
Haud tamen indignè.iuuenem cum nympha maritum
Sæpe aliqua amiſſum lacrymis lugere uidetur,
Cui commixta pio natos effudit amore:
Quanto acrius bello celebrem lacrymeris Vlyſſem?
Quem perhibent fama dijs immortalibus æquum.
Sed requieſce precor,lacrymoſo & deſine luctu,
Quæq; loquar certè ſub mentem percipe dicta.
Non equidem illa tegam, noſtras quæcunq; per aures
De reditu cepi regina herois Vlyſſis.
Theſprotia pars Epiri,iuxta Chaoniã. Pinguibus eſt aruis Theſprotûm gente ſuperſtes
Exceptus nuper,precioſáq; munera ſecum,
Theſaurosq; uehit multos,& barbara dona,
Quæ petit à populo,ſociosq; ſub æquore charos
Cæruleo amiſit, Siculis cum tenderet oris,

Trinacrioq́; ſolo, quæ iungitur inſula fluctu.
Perdidit hic nauem diſiectam naufragus alto,
Ob Iouis & Solis cœleſtia numina læſa.
Namq́; boues ſocij mactarunt littore Phœbi,
Qui cuncti undoſo merguntur in æquore ponti.
Hunc uerò puppis proiecerat unda carina
In terram, & claras Phæacum mobilis oras,
Quæ fertur cœli natis gens proxima diuis,
Diuinè ſiquidem quondam generata receptum
Ceu numen placido uenerantur pectore regem
Ex Laerte ſatum, multo ſub honore ſedentem,
Multaq́; donarunt. quin illum mittere naui
In patriam reducem uoluerunt æquore Graio.
Iamq́; olim patriæ campos repetiſſet, & arces,
Si non utilius uiſum conducere gazas
Diuitiasq́; foret, multum telluris & undæ
Et crebras terras peragranti. uidit Vlyſſes
Aſtutos hominum mores, diuerſaq́; gentis
Ingenia & fraudes, uarijs uerſatus in oris,
Hac quoq; parte quidem nemo contendet Vlyßi.
Hæc rex Theſprotûm Phædon narrabat in arce.
Quin hæc delibans laticem iurabat in aula,
Iam puppes etiam deductas littore toto,
Inſtructosq́; ſibi ſocios, qui gurgite uaſto
In patriam hunc ducant comites, & dulcia rura.
Sed me præmiſit, cum caſu puppis in altum
Theſprotûm labens peteret ſementis abundans
Dulichium uiridis celſum, terramq́; feracem
Triticeæ meſſis. rex idem littore Phædon
Hic monſtrauit opes nobis, quas fortis Vlyſſes

Socios Vlyſſis ſubmerſos eſſe narrat.

Phædon Theſprotum rex.

Accu-

Accumularat,& in denam ſub tempore longo
Progeniem faciles natum feroſq; nepotes
Enutriiſſe domi.tanta eſt opulentia parta.
Hic tot opes illi regis ſeruantur in arce.
Oraculum Iouis ex quercu Dodonæ Epiri.
Dodonamq; Ithacum Phædon iuiſſe ferebat,
Vt celſa audiret Iouis hic oracula quercu,
Quæ ſublata comas altas extendit in auras.
Qualiter ad charas patriæ rediturus arenas,
An ne diu iam abſens manifeſtus currat in arcem,
An tacitè occultus ueniat.ſic ſoſpes in oris
Theſprotûm degit,propiuſq; ad patria tecta
Iam mouet ille pedem,patriæ nec longius aruis
Cognatiſq; aberit.iuranti teſtis & altus
Iuppiter,atq; Iouis præſtantia numina primo
Haud ignara adſint uocis: dehinc teſtor Vlyßis
Laude lares magni, quos aduena nuper adiui,
Iſta ſub euentum uenient,ceu narro,ſed iſto
Diuitijs ingens anno uenturus Vlyſſes,
Menſe ſub exacto,quum ſeſe orditur & alter,
Qui ſequitur curſu.ſic tum regina profatur:
Pollicitatio Penelopes pro aduentus Vlyſſis nuncio.
O utinam hæc fierent,ſubitò tum munera noſtra
Pignus amicitiæ caperes,& plurima dona,
Vſq; adeò ut te aliquis memoraret ſorte beatum,
Obuius accedens.ſed enim ceu pectore conſtat,
Vtq; reor fiet,ſic nunquam ſoſpes Vlyſſes
In patriam ueniet,nec tanto munere lætus
Et pompa egregia doniſq; ornaberis hoſpes,
Deducendus aquis.nec princeps talis in arce
Imperat excelſa,qualis regnabat Vlyſſes:
Si modò quis fuerit,qui tanto clarus honore

Hoſpitio

Hoſpitio iunxit peregrinos,ſiue receptos
Dimiſit,quanta noſter cum laude maritus,
Si quis honoratus tectis ſucceſſerat hoſpes.
At uos hunc famulæ tepidis nunc hortor in undis
Abluite,& mollem ſubſternite tegmine lectum,
Splendidaq; iniecta uelate cubilia ueſte, Iubet Penelope parari lectũ Vlyſsi.
Aulæumq; thoris,& ſtragula picta tapetis
Addite,ut hic ducat tepefactus membra quietem,
Donec inaurato reſidens Aurora curuli
Venerit.at poſtquam lux alma refulſerit orbi,
Manè lauate uirum,totumq; perungite corpus,
Vt cum Telemacho cras ſumat prandia menſis,
Arce ſedens.quem ſi quis uoce laceſſat acerbus,
Triſtitiamq; ferens turbet præcordia curis
Hoſpitis,haud poſthac noſtra uerſabitur aula,
Siue opus hic faciet,quanquam indignabitur atrox.
Noſtra quidem fama eſt claræ uirtutis honore.
Tu tamen ô hoſpes refer,ut mea cognita uirtus
Sit, qui cognoſcis reliquas me anteire maritas,
Conſilio celebrem uirtute & pectore ſano?
Si benefacta tibi mea ſunt incognita rebus,
Squalidus,& lacera menſis conuiua ſedebis
Veſte aula regis.Breue & irreparabile tempus "
Eſt homini,metaq; citò peruenit ad æui "
Qui uirtute caret,nimium crudeliter auſus, "
Atq; auſo potitur meditatus dira profanus, "
Exercetq; nimis crudelis inhoſpita facta, "
Hunc execrantur cuncti per tempora uitæ "
Mortales, donec non gratum exegerit æuum: "
Poſt cineres etiam ſupremaq; funera buſti, "

Sæpe

» Sæpe incuſabant,ſequiturq; infamia longa.
» At qui non ullo degit culpabilis æuo,
» Et mitis nulla unquam immitia facta peregit,
» Huius nempe decus latas ſpargetur in oras
» Hoſpitibus claris,& læta gloria fama
» Inter mortales uiuet,laudabilis ipſe
» Et uirtutis amans ſemper narrabitur altæ.
Dictaq; tum prudens in talia ſoluit Vlyſſes
Ora: Laertiadæ coniunx ueneranda marito,
Tunc equidem ueſtes & candida ſtragula lecti,
Tunc odioſa mihi fuerant,cum rura reliqui
Et iuga nota mihi Cretæ,monteſq; niuoſos,
Nobilis heu longis remis cum claſſe profectus.
Nunc etiam inſomnes cæca caligine noctes,
Exigo,ut antè quidem,uigilatæ tempora noctis
Ducebam infœlix,curis turbatus iniquis.
Sæpe qnidem multas tranſegi gramine noctes,
Sæpe caſa obſcura & tecta de ſtramine ſede
Heu iacui expectans,donec ſeſe aurea curru
Oſtendit ſacro,oceanumq; Aurora reliquit.
Ergo pedum tepida nec peluis amabilis unda
Me iuuat,ulla pedes nec tanget uirgo per aulam
Illarum noſtros, quæcunq; operantur in arce,
Præter anum curuam,ſi qua eſt antiqua per annos,
Et prudens animo,quæ tot mala damna ſenectæ,
Quot tuleram quondam,& uarios ſit paſſa dolores,
Cui tetigiſſe pedes noſtros & fonte lauare
Haud equidem inuideam.tum ſic regina loquuta eſt:
Non unquam nobis hoſpes clariſſime regis,
Horum longinquis quicunq; uagantur in oris,

Vlyſſes Penelopæ.

Laudat hoſpitem Penelope.

Et procul huc tendunt peregrini longa per arua,
Tam prudens animo, noſtras aut gratior arces
Contigit: uſq; adcò ſapientior omnia narras.
Eſt anus hæc animis longè pollentior æuo,
Conſilijsq; ualens, miſerumq; enutrijt illum,
Atq; infœlicem quondam puerilibus annis
Eduxit, teneris immulgens ubera labris,
Suſceptum manibus, cum primùm regia mater
Hunc peperit quondam. iamq; hæc tibi fonte lauabit,
Quanquam incurua, pedes, hoſpes ſit corpore paruo.
Surge age, & hunc prudens ſera Euryclea *ſenecta*
Aequalem, ſociumq; tui uenerata lauato
Regis. & haud dubie nunc eſt quoq; talis Vlyſſes.
Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora, pedesq;.
Aſpera mortales facit & fortuna ſeniles, ‹‹
Inq; malis ſubitò tacitisq; ſeneſcimus annis, ‹‹
Inq; ſenes curuos ſubitò ſub ſorte malorum ‹‹
Mortales abeunt, feſtinat clade ſenectus. ‹‹
Sic ait. aſt anus hic manibus celauerat ora,
Ac tenuit uultus, lacrymasq; effudit obortas
Ore tepeſcentes, luctuq; in uerba ſoluta
Sic lingua effatur: Proles *ô maxima princeps,*
O Laerte *ſate, ô quàm ſæpe hic anxia nutrix,*
Hei mihi proh dolor, heu deſperans, fortis Vlyſſes,
Pro te ſæpe fui triſtis, deiecta dolore
Quum memini noſtri, memini ſæpiſſime regis,
Atq; tui recolo diuino pectore celſe.
Iuppiter exoſus tete magis omnibus unum
Perſequitur, quamuis numen cœleſte colentem,
Pectora ſublimem. neq; enim tot crura per ignes

Accerſitur Euryclea anus, nutrix Vlyſsis, ut hoſpitis Vlyſſis mędici pedes lauet.

Euryclea defert Vlyſſem, audito eius nomine apud Penelopem.

Pinguia combuſſit quiſquam per ſecula regum,
Arce patri ſummo, qui torquet fulmen in auras
Iuppiter aerias, & flammas ſpectat ouantes
A tonitru incenſas, dum gaudet fulgure claro.
Quin nec tot pecudes centum, lectasq́; Hecatombas,
Et toties ſacris centumtaurilia feſtis,
Obtulit, ô patriæ princeps fortiſsime Vlyſſe,
Quot tu nempe Ioui dederas ſolennia quondam,
Heu quàm ſæpe preces fundens, matura ſenectæ
Vt poſſes plena contingere tempora meta,
Illuſtremq́; tuo ſobolem enutriiſſe ſub æuo.
Heu nunc ille tibi reditus in patria rura
Quaq́; tibi liceat lucem rediiſſe, negauit.
Puellarum petulantia in miſeros hoſpites.
Sic quoq; fortè illum derident uoce puellæ,
Sicubi degit inops, & candida tecta petiuit,
Hoſpitiumq́; rogat, peregrinæ heu ſæpe miniſtræ "
Inſultant miſero: ceu te quoq; ſede ſub iſta "
Deludunt nymphæ petulantes ore, latratus
Ore canes certè miſcentes atria circum.
Quarum ignominias turpis conuicia linguæ
Vitabas hoſpes, ne te nunc fortè lauarent
Fonte pedes tepido. quare regina creata
Icario, cuius claret ſapientia, iuſsit
At non inuitæ, te fonte tepente lauabo,
Mota tui cauſa precibus iuſſuq́; Lacænæ
" *Penelopes. ſiquidem mentem mortalia tangunt,*
" *Atq; mouent animos muliebria corda dolores.*
At quæ nunc fabor, memori tu concipe mente:
Multi equidem has miſeri quondam uenere ſub arces,
Qui peregrinantes multum telluris obire

Suſtinuere uiri, fateor non ullus adiuit
Has ſedes unquam, qui te magis ore referret
Laertis prolem, & præſtantem pectus Vlyſſem,
Ac membrorum artus fortes, gratumq́; decorem,
Omnia Dulichio ſimilis, uocemq́; coloremq́;.
Ille manus talis, talis fuit ora, pedesq́;.
Sic uultus, ſicq́; ipſe femur, ſic corpora geſtas.
Talibus hanc dictis prudens affatur Vlyſſes:
Sic equidem cenſet, quicunq; aſpexerit ambos,
Inq́; uicem ſimiles, nos ſic teſtatur utroſq́;:
Quare hæc ritè refers animo gratiſsima noſtro:
Sic ait, aſt nitido ſplendentem anus ære lebetem
Accipit, infundens gelidos humore liquores,
Tum ſuper exhaurit lymphas feruore calentes,
Vt lauet illa pedes defeſſos hoſpitis unda.
Ipſe foco reſidens tenebras conuerſus ad altas
Naritius, ſubitò uoluebat pectore curas,
Ne illa cicatrices forſan deprenderet imas,
Dum lauat ære pedes. neu res patefacta ſub auras
Prodatur. propiusq́; ſui iam candida regis
Acceſsit lotura pedes anus, inter agendum
Vulneris agnouit ueteris ueſtigia dura,
Quod ſpumantis apri percuſſus dentibus albis
Accepit quondam, peteret cum ruris acuti Vlyſſes agno ſcitur, dum lauantur pedes ab Euryclea, ex cicatrice.
Parnaſum excelſum Muſis, Bœotiaq́; arua
Hinc ad auum Autolycum genitorem matris amœnã,
Autolyciq́; pias natas, qui Phocidos amnes
Rauciſonos iuxta, furtis & fraude uiarum
Perfidiæq́; dolis cunctis mortalibus orbe
Præſtabat. dedit hoc ſibi munus Atlantide natus: Digreſſio.

Huic etenim rutilos adolebat crura per ignes,
Grata deo ſacris hœdorum uiſcera flammis
Agnorumq; focis tradens. deus æquor illum
Mercurius ſequitur, furtumq; doloſq; ſecundans
Prædantis pelago. iamq; ingens rebus abundans
Autolycus uenit, Laertia regna requirens,
Et populos Ithacæ pingues, flauentiaq; arua,
Inuehitq; ſuæ natum de ſemine prolis.
Ad genua hunc nutrix epulis menſaq; remotis
Infantem ſtatuit regis. iam cœna peracta
Arce fuit, cum ſic eſt Euryclea loquuta:
Autolyce inuenias, quæ ponas nomina proli,
Ex nata, ſiquidem multa uirtute notatur
Inſignis. Tunc Autolycus ſic ore profatur:
Et gener, & proles, quodcunq; imponite nomen,
Hic effabor, ait. per tot diſcrimina rerum
Huc ætatis ego, mulieres inter & acres
Cæde uiros ueni, peragratis orbis arenis,
Millia quæ paſcunt hominum, iactatus, & oras
Has lugens tetigi: quare eſto nomen Vlyſſes,
Ceu gentile ſibi. ſed poſtquam acceſſerit ætas,
Pubeſcenſq; ſibi ſignauerit ora, domoſq;
Maternas ueniens Parnaſſum inuiſerit altum,
Hic ubi diuitiæ, poſſeſſaq; rura coluntur,
Quîs illum quondam donatum, & munere regis
Dimittam lætum. quare ſucceßibus æui
Floreſcens uenit Parnaſſum cultus Vlyſſes,
Splendida dona daret ſibi auus maternus. Vlyſſem
Excipit Autolycus puerum, Autolycoq; creati
Hunc geſtu cupidi aſſantur, uerbiſq; ſalutant.

De Autolyco auo materno Vlyſſis.

Vlyſſes ad Autolycum profectus, magnifice excipitur.

Dulcibus.

Dulcibus. aſt auia hinc circundat brachia collo
Amphithea, atq; hæret iam circumfuſa lacertis, Amphithea.
Oſculaq́; infigit, capitiq; oculisq́; decoris.
Autolycus uerò cœnam & conuiuia larga
Aſtruerent iußit natis, quos fama ſub aſtra
Effert, hortantiq; illi parêre parabant.
Atq; bouem ſubitò, qui iam quinquennia campis
Maſculus implerat, ducunt, & tergora coſtis
Diripiunt paßim, fundunt & uiſcera cuncta.
Hinc in fruſta ſecant, uerubusq́; trementia figunt.
Pars aſſare parant prunis, aſſataq́; ſcindunt.
Iamq́; die tota lætis conuiuia menſis
Curabant alacres. donec deſcenderet axe
Phœbus ad occaſum properans, & Tethyos undas.
Non epulæ atq; dapes, animis nec copia rerum
Defuit. ut Titan ſubijt, tenebræq́; ſubortæ
Acceſſere polo, & uenere crepuſcula noctis,
Sopiti dulcis captarunt munera ſomni.
Vt matutino ſubuecta eſt roſcida curru
Apparens Aurora polo, croceosq́; per altum
Extendit digitos, ſtratisq́; excita iuuentus
Autolyci nati, nec non & odora canum uis,
Venatum ire parant: ſtrepit omnis murmure ſylua,
Tendebatq́; unà canibus comitatus Vlyſſes.
Iamq́; aſcendebant umbroſa cacumina montis
Parnaßi excelſi, quem cingunt undiq; ſyluæ
Frondibus indutum denſis, & concaua ſaxa Parnaſſus mons.
Contigerant ſubitò, & rapidis iuga ſubdita uentis.
Cum ſol iam radijs urens percuſſerat arua,
Lampadeq́; incenſa uirides incurrerat agros,

Oceanoq́; ruens roſeo, taciteq́; fluenti
Gurgite ſed uaſto ponti, fluctuq́; profundo,
Extulerat Titan lucem per candida rura,
Iam uenatores medijs in uallibus acres
Conſtiterant canibus ueſtigia curua ferarum
Scrutantes ibant, præcincti indagine ſyluæ:
Autolyciq́; genus nati, & delecta iuuentus
Ponè ſequebantur. quos inter clarus Vlyſſes,
Non procul à canibus uibrans haſtilia longa.
Eſt locus arboribus denſis, lucoq́; comanti.
Hic nutritus aper ſyluis horrentibus umbris
Delituit, uernansq́; immania membra iacebat,
Quem non ulla quidem uentorum hic humida flantũ
Vis adijt penetrans, radijs nec clarus iniquis
Splendeſcens tetigit Phaeton, non impetus imbris
Tanſijt infeſtus penitus. ſic denſa tegebat
Sylua comis. uiridi foliorum multa iacebat
Fuſio ſparſa ſolo paßim, frondesq́; recentes.
Vtq́; pedum ſtrepitus reſonans, clamorq́; uirorum,
Latratusq́; canum ſæuum peruenit ad aprum,
Sic ibant canibus turbæ, ſeſe obuius alta
È latebra eiecit, ceruicemq́; excutit horrens,
Atq; oculis igni flammantibus acre tuetur
Circumfertq́; truces ardentia lumina rictus.
Vtq́; canes inter, lato & uenabula ferro
Subſtitit, infremuitq́; ferox, & inhorruit armos.
Iamq́; prope infrendens ſæuit, cum primus Vlyſſes
Concitus, inſurgens prælongam uiribus haſtam
Vibrauit, ualida laturus uulnera dextra.
Quem præuenit aper ſpumans, & dente receptum
Fulmineo

Fulmineo excutiens ſtantis genua impulit alta,
Extraxitq́; fero carnem ſub dente tepente
Ingentem frendens per obliquum compulit atrox
Setigeros rictus. at non tamen oſſa feroci
Ictu tranſegit. ſpumanti uulnus Vlyſſes
Intulit, & dextrum uenabula fixit in armum.
At parte ex alia cuſpis tranſiuerat haſtæ
Splendentis ferro. cadit alto in puluere ſpumans
Magnus aper, ſonitu ingenti reuolutus, & armos
Setigeros tinctus nigro manante cruore,
Membris horreſcens, animusq́; uolauit in auras.
Tum uerò Autolyci nati, præſtantis Vlyßis,
Curabant uario iam circumfuſa labore
Turba diu ſuccis hic uulnera cruda ligantes,
Siſtentesq́; uiro cantando uoce cruorem
Carminibusq́; feris: tum chari ſplendida patris
Tecta petunt ſubitò. qui ſaucia crura nepotis,
Cum natis pariter medicatus, uulnera fouit.
Iamq́; iterum incolumem, iam fulgida dona ferentem,
Quæ ſibi tradit auus, miſere in patria rura,
Dulcia rura Ithacæ, læti. uenerandaq́; mater,
Cum genitore pio, fecerunt gaudia prole
Soſpite: & ut læſus, quærebant ſingula. natus
Ipſe ciatricis cauſas narrabat, ut ipſum
Sæuus aper niueo percußit dente ſub alto
Parnaſo, Autolyci natis in ualle reducta
Venantem canibus comitatum per iuga celſa.

Vlyſſes adoleſcens ab apro uulneratus, quem tamen haſta tranſfixit.

Ergo cicatricem manibus dum curua ſupinis
Ipſa terit tergens, agnouit uulnus Vlyßis
Antiquum domini, anus Euryclea, latentis

Redit poeta ad inſtitutum

Mendici ſpecie. ſubitoq́; inſana ſtupore
Illa pedem liquit, tum ſura lebete ſonanti
Decidit, & latè reſonarunt æra repulſa,
Inq́; latus uergens cecidit, peluimq́; ſtrepentem
Pes grauis euertit, terræq́; effunditur unda.
Aſt illam mixtus dolor, & pia gaudia mentem
Inuaſere, ſimul lacrymantia lumina fletu
Implentur madido, & dulcis uox faucibus hæſit.
Tum mentem tangens, pexamq́; in pectore barbam,
Talibus ipſa modis ſupplex affatur Vlyſſem:

Euryclea nutrix Vlyſſi iam agnito.

Certus es ô fœlix, io chariſsime fili:
O lux, ô Ithacæ lumen, tu certus Vlyſſes:
Nec priuſ agnoui tete dulciſsime nate.
Hei mihi, quàm toto tractaui corpore regem,
Atq́; heroa meum. dicens, reſpexit ad ipſam
Penelopem, nimiumq́; ardet proferre, maritum
Dilectum quondam, nunc intus adeſſe. ſed illam
Haud uſquam contrà potuit cognoſcere, ſiue
Cernere luminibus, uerterunt numina mentem
Palladis armiſonæ: dextraq́; inuaſit Vlyſſes.
Guttura rapta manu palpans, urgensq́; ſiniſtram
Admouit propius fauci, tum talia fatur:

Vlyſſes nutrici ſilentium imperat.

Heu cur me nutrix, nobis fidiſsima quondam,
Perdere conaris. tua mulgens ubera, labris
Vbera chara meis, nutriſti lacte iacentem,
Meq́; tuis quondam pauiſti noſtra mamillis.
O dulcis nutrix, poſt funera multa meorum,
Poſt uarios hoſpes terraq́; mariq́; labores,
Quos heu paſſus eram, tandem poſt mille dolores
Vicenis equidem iam nunc labentibus annis

In pa-

In patriæ terræ ueni dulciſsima rura.
At quoniam noſti, & deus hæc in pectora miſit,
Eurycleá tace, ne quis me ſentiat aula.
Quare edico tibi, euentus mea dicta ſequetur,
Si deus ipſe procos domiturus marte ſuperbos
Per me deijciet, ni forté ſilentia rebus
Præſtiteris, nec te dextras arcebo furentes,
Sis licet ipſe mihi nutrix, cum cæde puellas,
Et famulas reliquas patria mactabo ſub arce.
Cui tunc prudenter ſic Eurycleá loquuta eſt:
Chara mihi proles, heu heu quale excidit ore Eurycleá Vlyſſi.
Ore nefas tanto? quod ſeptas dentibus imis
Effugit fauces dictum? ſcis pectora firma
Noſtra fide longa, ſcis altæ robora mentis
Eſſe inuicta mihi: retinebo firmius illa,
Quàm ſolidum ferrum, aut durus lapis. accipe contrà
Quæ tibi ſubijciam: ſi numina forté procorum
Proſternent turbam, mactatam ſanguine in alto,
Ipſa recenſebo famulas, dirasq́; puellas,
Quæ te dedecorant, nullo ſub honore uerentes,
Admittuntq́; ſcelus tectis. orditur Vlyſſes
Effatus rurſus: Nihil eſt, chariſsima nutrix, Vlyſſes Eurycleæ.
Cur referas: nec te decet hoc. meditabor in arce
Ipſe quidem, & noſcam ſimul omnia cautior altá.
Tu retice ſaltem precor, & tum cætera diuis
Hic permitte: refert. anus hinc properata per aulam
Exijt, ut lymphas alias inferret. Vlyſſes
Cuncta lauacra pedum prius hic effuderat. inde
Fonte pedes lauit regi, pinguiq́; per artus
Vngebat labente oleo. tum rurſus ad ignem

Attraxit propius ſedem, recaleſceret oſſa,
Atq; cicatricem pannis obtexit Vlyſſes.
Talibus inde modis huic Penelopea loquuta eſt:

Penelope Vlyſſi.

Hoc etiam ò hoſpes quæram ſermone parumper,
Horaq; iam ſuauis ueniet dulciſſima ſomni,
Lenis & illa quies, reparat quæ membra labori.
» Nempe ſopor mœſtos etiam dulcedine captat,
» Et ſuperat cunctos, dulciq; quiete relaxat:
» Quamuis ſunt curæ, quæ triſtia corda remordent.
» Hei mihi luctificos præbet fortuna dolores.
Luce quidem lugens lamentor. ſola uoluptas
Hæc oblectat iners miſeram, dum mœſta labores
Curo domo regis, famulasq; ad penſa trahenda
Addo operi exercens. poſtquam nox atra tenebris
Aduenit, & terris animalia ſomnus habere
Cuncta ſolet, ſuadentq; cubilibus aſtra ſopores,
Inſomnis iaceo deſerto frigida lecto,
Infœlix animi ſum Penelopea, nec uſquam
Soluor ego in ſomnos, oculiſ ue aut pectore noctem
Accipio, ingeminant curæ, rurſusq; reſurgens
Sæuit amor flammis, uexatq; dolentia corda.
» Sic iaceo tenebris. uigilatæ corpora noctes
» Extenuant, triſtisq; terit præcordia luctus,
» Et curæ intentæ lacerant. ego defleo noctem,
Qualis & arborea mœrens Philomela ſub umbra
Chloreis cantu, quondam Pandione nata,
Fronde ſuper uiridi reſidens miſerabile carmen
Integrat, & mœſtis latè loca quæſtibus implet:
Arboris & folijs denſis uocalis aedon
Vere nouo cantat, dum uertens membra frequenter

Semo-

Se mouet huc illuc ramis, uocemq́; ſonoram
Emittit, uarians pulchros modulamine cantus.
Deflens ales Ityn, puerum ſibi luget ademptum,
Heu Itylum quondam, chariſsima pignora lecti:
Quem ſibi mentis inops quondam uæſana tumultu
Mactauit ferro, Zetho de rege creatum.
Sic mens in partes uarians diffinditur ambas.
An maneam nato, ſemper uiduata marito,
Omniaq́; ipſa domo curem ſtudioſa ſub alta,
Poſſeſſosq́; agros, famulasq́;, & regia tecta
Arcis ſublimis uenerata cubile mariti,
Atq; Ithacæ uerear populi famamq́; decusq́;:
An ſequar ipſa faces thalami, ſponſosq́; Pelaſgos,
Quicunq; arce procos ambiuerit optimus inter
Argolicos noſtra, dotesq́; opulentus amore
Innumeras tulerit, repetens connubia regnis.
Nubere me nunquam nimium puer ille ſinebat,
Coniugis atq; arces & prodere tecta prioris.
At poſtquam grauior maturum uenit ad æuum,
Nunc poſſeſſa iubet me celſa palatia ſedis
Linquere natus atrox ira, regnisq́; mariti
Cedere, quæ Graij lacerant. Expone ſoporis
O'hoſpes noſtri precor hæc inſomnia, mente
Concipe, ab anſeribus uicenis, arce ſub alta
Paſcuntur mixto lymphæ frumenta liquore.
Quos ego dum uideo paſcentes, lætor. ab alto
Monte uolans pennis roſtro crudelis adunco,
Atq; ingens aquila inuaſit, pendentia colla
Ceruicemq́; ruens uictos mactauit: at illi
Sternuntur cæſi paſsim, & iacuere cruore.

Penelope hoſpiti quæſtionem inſomnii ſoluendā proponit.

 Armiger

Armiger igniferum ſublatus in æthera pennis
Fugit, & inſurgens ſimul aera uerberat alis.
Dum queror inſomnis ultro flens ipſa uidebar,
Et lacrymas ſomno, largosq; effundere fletus,
Lamentansq; diu mœſtas expromere uoces.
At circum flauæ funduntur Achaides unà,
Lugentes miſerè, & triſtem ſolantur, ab alto
Miſſa aquila anſeribus quòd mortem immiſerit acrē,
Veſtibulum ante ipſum rurſus librata per auras
Inſedit tectis, quæ ſumma palatia iungunt,
Ac ſic uociferans humanis uocibus uſa eſt:

Aquila ad Penelopem.

Nobilis Icarij proles, clariſſima fide,
Non ſopor illud erat, non ſomnia uana tenebris,
Sed fœlix potius omen, factumq; ſequetur
Vera fides. Namq; anſeribus portenditur arce
Turba procûm. ſed ego tibi ſum pennata uolucris:
Vnca aquila antè fui, nunc coniunx dulcis Vlyſſes
Adueni nuper, qui cunctis aſpera fata
Morte procis mittam, & crudelia funera martis.
Sic ait, atq; meos ſopor ipſe reliquerat artus,
Et dulcis ſomnus languentia membra remiſit.
Tum uerò anſeribus ſtabulis intenta ſub arce,
Illos aſpicio ſegetem & frumenta reſecta
Iuxta urnam poſitam denſos, uelut antè ſolebant,
Carpere ueſcentes commixto murmure rauco.
Tunc Ithacus prudens infert ſic ore loquutus:

Vlyſſes Penelopæ.

O regina, equidem uix fas eſt dicere cauſas,
Quæq; aliò uergunt, inſomnia noctis in umbris
Declaraſſe notis. Quoniam tibi fortis Vlyſſes
Iamdudum incumbit, meditatus atrocia facta.

Namq;

Namq; procis cædes, & triſtia funera mortis
Omnibus impendent, fluitabit & aula cruore.
Nullus enim lethum, & Parcarum fata ſuperba,
Effugiet. contrà tum Penelopea profatur:
Sunt equidem ô hoſpes inſomnia uana figuris, Penelope Vlyſſi.
Et gelido quamuis currunt infirma ſopore,
Illaq; iudicio, certa et ratione uacare,
Nam ſine delectu quædam uolitare uidentur,
Atq; adeò euentu non omnia facta ſequuntur
Somnia: ſæpe quidem ueniens deludit imago.
Sunt geminæ ſomni portæ, quarum altera fertur
Cornea, qua ueris facilis datur exitus umbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto,
Quæ ueniunt eboris porta, ſectiq; elephanti,
Somnia fruſtrantur falſa ſub imagine noctis,
Decipiuntq; notis uèrba imperfecta futuri.
Sed quæ miſſa foras nitidiſsima cornua lapſu
Tranſiuere leni, quà cornea porta relucet,
Implent uera quidem miſeris mortalibus acta,
Cum uidere thoris uolitantes nocte figuras.
At non hac credoueniſſe inſomnia porta.
Tam grauia ô utinam miteſcant omnia ſomni,
Et placida dudum nobis ſub imagine currant.
Quin aliud paucis prior, hic aduerte, docebo
Hei mihi quàm noſtro ueniens Aurora cubili
Infamis radios non fauſtos orbe reducet
Execranda mihi, quæcunq; arcebit Vlyßis
Penelopen tectis. Sed enim certamina ponam.
Sunt mihi bis ſenæ præſtantes ſede bipennes,
Quas aula quondam metas ſtatuebat Vlyſſes

Ordine

Ordine coniungens, qua parte foramina ſurgunt.
Omnes ſic poſitas duodenas ære nitenti,
Inde procul ſtando mittebat ab arte ſagittam
Traijciens ferrum, & ſplendentes ære ſecures.
Hoc nunc ipſa procis ſtatuam certamen in arce:
Quiq; manus facili neruum contenderit arte,
Tranſmittens telo duodenas ære bipennes,
Hunc ego uicta ſequar coniunx. hæc candida tecta,
Quæ quondam petij uirgo, deſerta relinquam,
Plena opibus claris olim, uictuq; ſuperbo
Vt reor hæc olim reminiſcar laſſa ſopore:
Horum etiam in ſomnis quondam ſuccurret imago.
Taliter affatur contrà bene cautus Vlyſſes:

Vlyſſes Penelopæ.

O' Ithaci coniunx nati uenerata Laerte,
Ne precor ulterius certamen in arce moreris.
Antè quidem ingenio ueniet præclarus Vlyſſes,
Quàm nitidum incipiant denſo contendere neruo
Tractantes arcum manibus, celeriq; ſagitta
Inuictam poßint metam transfigere ferro.
Prudens ore pio eſt tum Penelopea loquuta:

Penelope Vlyſſi.

Si nos oblectans hoſpes ô digne ſedebis
Multa meis tectis narrando, lumina ſoluet
Nocte ſopor nullus mihi circumfuſus in atra.
» *Semper at inſomnes totas tranſmittere noctes*
» *Non datur humano generi: durabile non eſt,*
» *Quod caret alterna requie. ſic numina diuûm*
» *Non moritura unquam, ſortes poſuere per oras*
» *Frugiferas terræ cunctis mortalibus olim.*
Nunc uerò aſcendam celſæ cœnacula ſedis,
Laxatura thoro languentia membra quiete,

Qui mihi perpetuo ſuſpiria mœſta fouendo,
Hei mihi, nocte meis lacrymis fletuq́; rigatur:
Ex quo diſceßit uiſurus Pergama Troiæ,
Heu non fanda mihi & Danais inuiſa puellis,
Dulichius quondam. carpes per membra quietem
His tectis, ſeu ſtratus humi, ſeu laſſa cubili
Membra locans. tibi enim famulæ iam ſtrata parabũt.
Sic ait, aſcendens ſplendentia tecta ſuperna,
Structa auro nitido, uarijs comitata puellis.
Contigit utq́; domus ſedes regina ſupernas,
Coniugium charum quondam, deflebat Vlyſſem,
Donec ei Pallas lacrymantia lumina ſoluit,
Dans oculis requiem, dulci laſſata ſopore.

ARGVMENTVM LIB. XX.

Mactaturus erat famulas crudelis Vlyſſes,
Turpes concubitus fuerant quæcunq; ſequutæ,
Miſcuerantq́; procis latus. at ſententia uertit
Dulichium ſubitò. Sermone Philœtius arce,
Eumæusq́; ſenex inter ſe longa trahebant
Tempora, cumq́; illis mendicus diſputat aula
Dulichius patria, & uenturum narrat Vlyſſem
Excidio turbæ iuuenum. quin dura procorum
Colloquia, atq; epulæ lucis & ſacra litantur.
Confirmans Ithacum tonitru deus, arcet Achiuos.
Oſſeq́; Dulichius miſer inter uina Lyæi
Cteſippo petitur, quanquam uitauerat ictus.
Telemachusq́; procos dictis obiurgat amaris,
Qui pietatis opus rident atq; hoſpita facta.

ODYSSEAE LIBER XX.

Arce procos retinet, tonitru ſed firmat Vlyſſem.

Aſt in ueſtibulo patrio iam dius Vlyſſes
Sopitur tenebris noctis nigrantibus umbris,
Subſtratoq; bouis corio caligine denſa
Innixus iacuit crudo, pelleſq; bidentum
Deſuper iniectas ſtrauit, quas turba Pelaſgûm
Mactarat ſacris: alias quoq; candida ueſtes
Eurynome addiderat ſopito, ſede ſub alta.
Hic pius, hic meditans Ithacus iam dira, iacebat
Peruigil in lectis, teneræ exceſſere puellæ,
Quæ prius arce procis mixtæ aſcendere cubile,
Concubitus paſſæ turpes, ſub nocte cachinnos
Tollentes ibant, riſuq; iocoq; proterue
Ludebant alacres. ſed pectora motus Vlyßes
Multa diu uoluens, irarum fluctuat æſtu.
Exarſere ignes animo, ſubit ira furorq;.
Sed dubius mentis, crudeli funere nymphas
An ſternat letho cunctas, & an arce ſuperbis
Ipſe procis thalamos patiatur inire ſupremos
Concubitus turpes miſcentes corpore iuncto
Ancillas Ithacas. ſic illi ferruet, & æſtu
Mens furit intus agens ueluti latratibus acris.
Comparatio *Ceu canis immanis teneros cum luſtrat in antro*
Acta pedum ſonitu catulos, in limine latrat,
Illa uirum licet ignoret, latratibus aſtat,
Atq; ardet pugnare animis: ſic pectus Vlyßi
Intus latrabat, dum cauſis æſtuat iræ,
Vt facinus ſubeat dirum. ſic terq; quaterq;

Percutiens manibus pectus ſeſe increpat ultro:
Hoc quoq; ſuſtineas animo fortiſsime Vlyſſes, Vlyſſes ſecū ſub nocte uaria meditatur.
O' ingens pectus quondam maiora tuliſti,
Cum ferus inuicto lacerabat robore Cyclops
Heu fortes ſocios medio reſupinus in antro.
Haud impunè quidem, nec talia paſſus Vlyſſes,
Oblitus' ue tui es, uitæ diſcrimine tanto
Audebas fortis, donec ſapientia mentis
Clara tuæ ſæuis tutum te educeret antris,
Qui moriturus eras dudum, uenturaq; fata
Rebaris. memorat ſecum ſic corda remordens,
Curarum fluctus uoluebat pectore toto,
Affectus patiens huc illuc uertitur æſtu
Irarum aſsiduo. Vt flammis ardentibus ignis Comparatio
Innumeris, cum quis uentrem pinguedine plenum
Atq; cruore grauem huc illuc mouet aridus uſq;,
Dum ſtudet ad prunas celerans coxiſſe rubentes:
Sic ſeſe hinc atq; hinc meditans uoluebat Vlyſſes,
Morte procis inferre manus crudelibus arce,
Cum multis audens ſolus pugnare ſub armis.
Tunc uerò Pallas ueniens deſcendit Olympo,
Et noctis illi ſupra caput aſtitit umbra
Fœmineum renitens corpus, mutataq; formam,
Sic effata: Quid hic infœliciſsime noctes Pallas Vlyſſi.
Inter mortales uigilas ſermone trahendo?
Hic domus, hic patria eſt, hac coniunx dulcis in arce,
Et natus celebris, qualem ſibi ſæpe per oras
Argolicas Danaæ prolem optauere maritæ.
Aſt Ithacus contrà eſt placido ſic ore loquutus:
O' dea, quàm pulchrè narras ſermone decenti. Vlyſſes Palladi.

Verùm

Verùm ego iam meditor fatum crudelibus arce
Ferre procis dextra ſolus, qui ſedibus altis
Intus ſemper agunt, ſiccantes pocula denſi.
Ergo procos Stygias diros ſi miſero ad undas
Hic cæſos ferro, ſed non ſine numine ueſtro,
Et Iouis aerij nutu: quò cæde peracta,
Hinc miſer aufugiam, in medium iam conſule Pallas.
Tum dea, cui fronti duo cæſia lumina ſplendent:
Pallas Vlyſſi *Sæpe ait, infœlix aliquis quoq; paret amico,*
" *Sit licet ille minor longè, & mortalis ad æui*
" *Contendat metas, nec tot ſub pectore condat*
" *Conſilia arcano, quot Pallas numine dextro.*
Aſt ego cum dea ſim, ſemperq́; laboribus æqua
Te ſeruem cunctis, tibi iam manifeſta profabor.
Quinquaginta hominum turmæ ſi marte feroci
Hinc illinc ruerent, totidem & nos agmina circum
Armis inſtarent, ut nos Acherontis ad umbras
Marte darent letho: tamen his tu fortis Vlyſſes
Vertere terga retro poſſes, armenta bouesq́;,
Balantumq́; greges, & ouilia pinguia rure
Horum armis abigens. Sed iam per membra ſoporem
Ipſe trahas ſomni, capiant & dona quietis
Te feſſum tandem, fugiat dolor omnis, & arce
Seruantes uigilem tota ſub nocte remittant
Triſtitiæ curæ, finemq́; impone labori,
Atq; malis. dixit, ſomnumq́; in lumina fudit,
Inq́; oculos laſſos. retro dea rurſus Olympum
Hinc fugiens petijt, dum ſomno membra reſoluens,
Et curas animi ſopitos occupat artus
Dulichij herois. nec non regina Lacæna

Inclyta

Inclyta laude thori, uigilabat mota ſilenti
Nocte domo mœrens, reſidensq́; cubilibus altis
Incubat, & molli queritur mœſtiſſima lecto,
Coniugis errores pelago deflebat Vlyſsis.
At poſtquam lacrymis expleuit pectora fletus,
Vota deæ fecit non exaudita Dianæ,
Effundensq́; preces inquit: Iouis inclyta proles, Penelopes uotum Dianæ
O`dea ſyluarum & nemorum ueneranda Diana,
O' utinam celerem ſub triſtia corda ſagittam
Diua mihi iaculans arcu, pharetraq́; decora
Hanc animam ſubitò auferres. ſeu miſſa procella
Ventorum raperet miſeram, uerrensq́; per auras
Aeriasq́; uias ferret, me deniq́; ponto
Abijceret refluo, oceaniq́; meatibus altis
Spargeret iniectam, cum Tethys mota recurrit.
Ceu olim Pandarei natas rapuere procellæ, Pandarei natæ procellis uentorum raptæ.
Quarum fata deum quondam euertere parentes,
Deſertasq́; domo mœſta liquere puellas.
At Venus interea caſum miſerata ſororum,
Dulci melle quidem Nymphas, ſuauiq́; Lyæo
Lacteq́; nutriuit preſſo, pecudumq́; liquore.
Inclyta ſed celebris formæ decus addidit altum,
Prudentiq́; animo reliquas ſuperare puellas
Iuno dedit, claras procero caſta Diana
Corpore. Sed Pallas docuit uariare labores,
Pingere acu ueſtes, opera ardua texere telis
Præclaris. poſtquam Venus altum aſcendit Olympum
Oratura Iouem gaudentem fulmine Nymphis
Tædas & thalami tempus dulcesq́; Hymæneos.
Ille quidem norat ſortes & fata futura,

Quæq; ſit & fœlix, & quæ mortalibus acris
Incurſu fortuna ſuo latura dolores.
Interea Harpyæ Nymphas rapuere ſorores,
Iamq; illas dederant Plutonis Erinnybus atris,
Atq; odio dignis furijs ſeruire puellas
Impulerant. ſic me quæ calcat Olympia tecta
Turba deûm perdat: ſeu me formoſa Diana
Compta comas flauas, telis iaculetur acutis,
Vt uiſura thori ſocium Phlegethontis ad undas
Deſcendam Stygias ſub terram flebilis umbra,
Ne mihi peiorem exhilarem uiduata maritum,
Quicunq; heu forti quondam ſuccedet Vlyßi.
» *Sorte malum tamen eſt aliqua tolerabile ſemper,*
» *Cum quis luce dolens deflet ſua fata frequenter*
» *Pectore luctifico, recipit ſed nocte quietem,*
» *Datq; oculis ſomnum, qui fert obliuia cunctis,*
» *Siue bona, ſeu ſorte mala mortalibus orbis,*
» *Occulit ut preſſos oculos & feſſa ſopore*
» *Lumina: nulla quies nobis nec nocte ſilenti.*
Mittit non æquus mihi falſa inſomnia dæmon:
Noctis enim cæca mecum requieuit in umbra
Vir Ithaco ſimilis, qualis cum Pergama Troiæ
Hinc petijt quondam turmis, Danaumq; phalange.
Pectore lætabar, quoniam non ſomnia uana
Hæc rebar lectis, ſed gaudia coniuge uera.
Sic ait. aurata ueniens Aurora quadriga
Emicuit roſeo cœlo, cum dius Vlyſſes
Auribus accepit uocem deflentis in umbra
Coniugis, atq; illi uiſa eſt ex uoce querentis
Noſcere coniugium, capitiq; aſtare ſopore.

Iamq;

Iamq; effert ſecum ueſtes, pelleſq; bidentum,
In quibus ille iacens per noctem ducere ſomnos
Suſtinuit, tollens ſublimi in ſede locauit.
Sed bouis inde foras corium ſecum extulit ingens,
Atq; Ioui faciens uotum, manibuſq; ſupinis
Sublatus uocem fundens, ſic ore precatur:
Iuppiter ille pater, ſi uos me turba deorum Vlyſſis uotũ Ioui.
Fertilis ad ſedes Ithacæ, terramq; feracem,
Quam ſimul ariditas, liquidus quam temperat humor
Mixta temperie, patriæq; in dulcia rura
Incolumem duxiſtis aquis per cærula ponti,
Poſt uarios belli & pelagi terræq; labores,
Hei mihi quos toto quondam dederatis in orbe:
Vos precor, huc aliquis referat mihi nuncia turbæ,
Atq; hominum famam, celſa quicunq; ſub arce
Intus erunt moti ferro, & miracula claris
Prodigijs ueniant extra apparentia ſummo
Miſſa Ioue. orantem tali cum uoce per aulam
Audijt hunc lætus, claroq; immenſus Olympo
Iuppiter intonuit, ſplendens ex nubibus altis.
Aſt Ithacus gaudet fœlix, omenq; ſalutat.
Piſtrino mulier uocem tunc edidit altam,
Hic ubi erant orbes prope regem in ſede molarum,
Quas agitant circum bis ſenæ mole rotatæ
Ancillæ regis, reparantes arce farinas,
Atq; oleum, exaugens nutrita per oſſa medullas.
Iamq; aliæ feſſæ ſoluebant lumina ſomno.
Poſtquam impleuit opus iuſtum uerſatile finem,
Triticeam & meſſem, frumentaq; trita molarum
Commolere rota celeres, tamen una molarum

Tarda fuit curſu, nec dum ceſſauerat arte
Pinſendi Nymphæ, fuerat nam debilis artus.
Ergo molam ſiſtens ſic fatur, & omen Vlyßi
Signa dedit regi: Pater ô mitißime cœli
Iuppiter, imperium Dijs & mortalibus altus
Qui regis, aerio tonuiſti fortis Olympo
Stellanti, nullæ detorta tonitrua nubes
Sectantur, pura demittis fulmina luce.
Nuſquam equidē nebulæ. cui monſtra oſtendis ab alto
Prodigijs cœlo? tota quod mente petebam
Perfice uota pater. uires mea uerba ſequantur.
Luce ſub hac precor ô curent conuiuia menſis
Vltima ſupremis infœlix turba procorum,
Finitura epulas dulces, & munera bacchi,
Qui mihi iam toties ſoluerunt membra labore,
Dum roto triſtis agri fruges, tritasq; farinas
Conficio. precor hæc ſit cœna ſuprema procorum.
Sic ait. aſt Ithacus lætatur uoce puellæ,
Atq; Iouis tonitru, quo ſeſe animoſior arce
Inſtruit, ut ſæuas ſceleratis ſanguine pœnas
Sumeret. aſt aliæ famulæ per candida tecta
Conueniunt pariter, flammasq; ignesq; micantes
Incendere focis magnos. tum natus Vlyßis
Corripit è ſtratis corpus, ueſtesq; nitentes
Induit, atq; humeris ſimul hic accommodat enſem.
Tum ualidis pedibus nectit talaria pulchra,
Ora deo ſimilis ſanguis Laertius heros.
Fraxineamq; haſtam præfixa cuſpide traxit,
Splendentem nitidi latè per acumina ferri,
Ingrediensq; ſolo limen ueſtigia fixit.

Tunc

Tunc Euryclеam affatur: Chariſsima nutrix, Telemachus nutrici.
Ecquid & hic uobis precio fuit hoſpes in arce?
Nunquid honore pio lectoq; epuliſq; benignis
Excepiſtis eum? an' ne hoſpes ſine honore per aulam
Neglectus iacet hic? talis prudentia matrem
Ornat, & hæc talis genitrix mihi tecta gubernat.
Mirificè hæc alium, quicunq; acceſſerit ædes
Inter mortales uarios, ueneratur in arce.
Sit licet ille minor fama, hic præſtantior omni eſt.
Quem tamen illa mihi nullo ſub honore iacentem
Reijcit hic miſerè. contrà Euryclea loquuta eſt:
Iam non accuſo genitricem, candida proles. Euryclea Telemacho.
Namq; hoſpes ſedit potans liquentia uina,
Dum uoluit: dixit. me non hic dura fatigat
Amplius ulla fames, cum mater in arce rogaret:
Cumq; memor ſomni foret, & memor ille cubilis,
Hæc iuſsit famulas molles ſubſternere lectos.
Ille autem infœlix, uelut ærumnoſus, & omni
Fortuna exhauſtus miſera, triſtiq; labore,
Noluit in ſtratis cæca requieſcere nocte,
Aulæumq; inter ſeu ſtragula picta ſoporem
Ducere uitauit. ſed denſa pelle bidentum,
Atq; boum crudo corio proſtratus in alto
Veſtibulo iacuit, nos ueſtem iniecimus illi.
Sic ait, atq; Ithaci natus diſceſsit ab arce
Dextra haſtam criſpans: cuſtodes limine ab alto
Procedunt, greſſumq; canes comitantur herilem
Veloces pedibus, Graios cœtuſq; petebat
Telemachus Danaûm, clarorum marte cruento.
Tum Piſenoridæ proles opis, inclyta nympha

Talibus inde modis Ithacus ſic infit Vlyſſes.

O' *Eumæe, equidem precor hoc ut numina diuûm* **Vlyſſes Eumæo.**
Dedecus ulciſci, & tot detrimenta Laertis
Suſtineant arcis, quæcunq; odioſa procorum
Moliri turba hic alienis ſedibus audet
Turpiter, & nullo crudelia facta pudore
Aggreditur. ſic inter ſeſe uoce loquuntur,
Cum ſubitò adueniens Ithacis ducebat ab aruis
Ille gregis cuſtos per rura Melanthius acris,
Cui fuerant curæ pecorum caprilia ſyluis.
Hinc pingues capræ corpus ſibi de grege toto
Selectæ campis, quarum ueſtigia bini
Paſtores ibant imitati, fune ligauit
Ad murum, reſonat quà porticus alta ſonoro
Ventorum ſtrepitu. tum ſic affatus Vlyſſem:

Nunquid adhuc hoſpes (conuicia ab ore uomebat) **Melanthius iterùm inſolenter in Vlyſſem inuehitur.**
Triſtitiam ducis præclaris arce Laertis
Mendicans ducibus, quîs alta potentia terris
Aequoreis claret? non extra limina celſa
Hinc ibis penitus? nec nos ſeiungier antè
Arbitror, hic dextræ quàm guſtes prælia noſtræ.
Nam ſine more petis cererem, nimis ore ſuperbus.
Sunt quoq;, ſunt alibi Graiûm conuiuia larga.
Sic ait. at contrà non ulla diſertus Vlyſſes
Verba refert, tacitusq; mouens caput, aſpera mente
Fata procis uoluit. ductorq; Philætius agri
Tertius acceßit, ſterilem quoq; rure iuuencam,
Atq; procis capras pingues agit. æquore naui
Vectores illas portarunt littus ad altum,
Qui portu ducunt homines in puppibus undas

Trans liquidas, quicunq; illos petiere per oras.
Ergo capris celſi religatis ſtipite muri,
Hic ubi mulcenti reſonabat porticus aura.
Contendens propius greſſus ſic uoce ſubulcum,
Phylætus Vlyſſem humaniter excipiens, dolet ob infortunium regis.
Quis nouus hic nuper ſucceſsit ſedibus hoſpes,
Arce? rogat: quá nam ſeſe de gente profectum
Narrat? ubi genus & patriæ ſibi dulcia rura.
Quid petit infœlix? equidem uel nobile corpus
Eſt regi ſimilis, qui candida ſceptra gubernat.
» Sæpe dei mergunt homines erroribus actos,
» Regibus ærumnas cum Parcæ pollice fila
» Torquentes reſtrunt, & triſtia fata minantur.
Voceq; tunc ſubita ſic eſt affatus Vlyſſem,
Apprenſaq; manu cum dictis aſtitit illi:
Salue ô chare pater, precor ô tibi tempora læta,
Diuitiæq; iterum ſuccedant hoſpes amœnæ,
Qui nunc obrueris tot dura ſorte malorum.
Iuppiter arce pater cœli crudelior alta
Dijs alijs, hominum nihil hoc misereris in orbe,
Quos in tot curas natos, triſtesq; dolores,
Et mala telluris generaſti durus arenis.
Cum recolo, & regem quondam reminiſcor Vlyſſem,
Soluuntur liquido lacrymantia lumina fletu.
Sic puto, ſic illum tali uelamine tectum,
Et ueſtes tales humeris, errare per orbem
Inter mortales, ſi uiuus ueſcitur aura
Aetherea, nec adhuc crudelibus occubat umbris,
Et uidet aerij lumen ſpirabile ſolis.
Sin abſumpta ſalus, & te pater optime Graiûm
Pontus habet, ſeu tecta tenent Acherontia raptum

Sedibus

Sedibus infernis Stygij: heu crudelia fata,
Heu pietas diuûm, heu regis tam flebile funus.
Qui me iam paruis olim demiſit ab annis,
Curua Cephalenûm populis armenta per arua
Cuſtodire boum, quæ nunc geminantur in agris
Spes pecudum immenſæ, & præſtanti corpore uaccæ,
Haud alij cuiquam melius tot nota per arua
Committi pecudes poterant, nunc turba procorum
Hæc aliena ſibi deduci armenta, bouesq́;,
Incedunt altæ quæ lata cornua fronte
Tam diras epulas menſis infanda popoſcit,
Meq́; greges pecudum ſibi cogit pellere campis.
Nec prolem regis tectis uenerantur Vlyßis:
Cura deûm nulla eſt, nulla & reuerentia diuûm,
Siue metus. dapibus potius, rebusq́; paratis
Intenti, abſentis regis lacerare per arcem
Diuitias ueterum prompti. ſed pectore ſæpe
Hæc mecum uoluens, alienas quærere terras,
Atq; alias gentes bubus per rura relictis
Conſtitui. quanquam non hæc mens æqua fuiſſet,
Dum ſuperat natus, nec adhuc conceßit ad umbras.
Sed tamen hoc prius inter dumeta per agros
Hic ſeruare boues alienas numine læſo
Tot ſæuis mœſtum curis, atroq; dolore.
Iamq́; olim profugus ualidis à regibus arcis
Hinc diſceßiſſem: neq; enim tolerabilis aula eſt: “
Ni mihi ſpes quondam uenturum ad patria rura
Puppi illum infauſtũ, et ſumpturum ſanguine pœnas,
Inq́; domo patria cædes ſtragemq́; procorum
Facturum gladio, & crudeli funere raptos

Deſtructurum hoſtes. cui ſic ingreſſus Vlyſſes:

Vlyſſes Philætio affirmat Vlyſſem rediturum.

Clare boum paſtor, quoniam tibi uultus amorem,
Et pietas præbet, nec habes confinia diris
Corda uiris, diſpar non eſt ſapientibus iſta
Mens uideo certè, regnat prudentia uirtus
Iſto animo, ſubijt ſapientia pectora tanta.
En tibi iam fateor iurans per numina diuûm
Perq; Iouem primùm, & menſas quas aduena adiui,
Perq; lares ſanctos in prælia fortis Vlyßis.
In patriam ſanè hic te ſoſpite tendet Vlyſſes.
Huncq; tuis cernes oculis, niſi fortè recuſes,
Arce procos dantem letho, qui regna gubernant.

Philætius mendico Vlyſſi.

Tum pecudum cuſtos ſic uoce Philætius orſus
Gloria paſtorum: O utinam ſic Iuppiter altus,
O hoſpes, faciat: quæ noſtra potentia dextræ,
Quamq; manus fortes irent in prælia Martis,
Perciperes equidem. ſic ſupplice uoce ſubulcus
Omnes orabat diuos Eumæus, Vlyſſes
Vt patriæ dulces iterum contingeret oras,
Cuius in egregio ſapientia pectore multa
Regnabat quondam. ſic illi uerba ferebant.
Telemacho interea crudelia funera mortis,

Proci ſiniſtro augurio a Telemachi cæde deterrentur.

Interitumq; pio meditantur turba procorum,
Molitosq; nefas abſterruit arce ſiniſtra
In ſublime uolans aquila, aere uerberat alis
Adueniens uolucris, timidamq; ſub ungue columbam
Incuruo retinens paßis ſecat æthera pennis.
Talibus Amphinomus uerbis affatur, & inquit:

Amphinomus augurio motus cæ

O ſocij, augurio non hoc tam flebile funus,
Telemachi cædes, patria ſuccedet in aula,

Conſilijs

Conſilijs ueſtris. dapibus ueſcamur opimis
Conuiuij memores potius, dum dona Lyæi
Inſtauremus. ait: ſedet hoc. tum turba procorum
Conueniunt Ithaci per limina læta frequentes.
Ingreßi ponunt ſua pallia ſedibus altis,
Inq; thoris pictis: mactantq; hinc ritè bidentes
Palantum ingentes ſacris, pinguesq; capellas,
Omentoq; graues porcos, pecudumq; iuuencam
Intactam iugulant, armentalemq; ſub arce
Cæde bouem ſternunt, aſſataq; uiſcera prunis
Diſtribuunt: nec non crateris uina Lyæi
Miſcebant læti, ponebat pocula larga
Eumæus paſtor. panes ceueremq; caniſtris
Expedit è pulchris, dapibusq; Philætius ornat
Eximius menſas: potumq; miniſtrat in aula
Infundens bacchum, liquentia uina, Melantheus.
Tum uerò dextras epulis inferre paratis
Certatim extendunt. ſed fortem iußit Vlyſſem
Telemachus, meditans fraudes, & ſubdolus artes,
Celſa ſedere intra ſublimis limina tecti,
Quà ſedes renitet ſaxo conſtructa uetuſto,
Atq; pauimentum radiatur marmore claro:
Exiguamq; illi menſam & deforme ſedile
Apponit. partemq; patri quoq; uiſceris aßi,
Auratoq; ſcypho uinum laticemq; Lyæi
Infundens fatur: Nunc uina liquentia potans
Hic ſedeas hoſpes, inter conuiuia turbæ.
Ipſe abigam rigidæ conuicia turpia linguæ,
Atq; procûm dextras auertam ſtrenuus acres.
Haud popularis ibi domus eſt, ſed fortis Vlyßis,

dem procis diſſuadet.

Nuptiale procorum conuiuium.

Telemachus patri Vlyſſi mendico.

Quam

Quam mihi conſtruxit quondam. uos turba procorũ
Procos hortatur, ne Vlyſſem infeſtent. Parcite iam dextris, ueſtro & conuicia corde
Arcete, & lites aula prohibite nefandas:
Ne quod certamen patria ſe tollat in arce.
Obſtupuere illi mordentes labra, loquutum
Telemachum audaci nimium ſermone. ſed altus
Antinous procis reliquis. Antinous ſurgit, genitore Eupethe creatus,
Illis uerba refert: Voces accepimus acres
Sæui Telemachi, crudeliter ore minantis
Nobis ſublato. quem dudum morte peremptum,
Quamuis altiloquum, & dulci ſermone loquentem,
In media ferro nos ſtrauiſſemus arena
Arce ſub excelſa, ſed non conceßit Olympo
Iuppiter aerio. ſic fatus: at ille ſuperbas
Quas ſparſit uoces, heros contempſit. at inde
Iam media eximij ſecum per mœnia ducunt
Sacrorum ritus in luco. Præcones, & feſta deûm, ſacramq; Hecatomben.
Conuenere proci tum flauo crine comantes
Ad nemus umbriferum iaculantis Apollinis arcu,
Aera per longum celeres ſine more ſagittas.
Hic lecti iuuenes, poſtquam aſſauere per ignem,
Viſcera toſta ferunt uerubus, carnesq; ſupernas
Extraxere foci prunis, partesq; diremptas
Diſtribuere thoris. proceres conuiuia læta
Hic celebrant menſis. partem quoq; uiſceris æquam
Dulichio parua menſa poſuere miniſtri,
Vt reliquis, ſacro natus ſic iußit Vlyſſe.
At non & Pallas conuicia triſtia Graios
Elatos uoluit penitus preßiſſe ſilentes,
Quò diris uerbis magis exerceret Vlyſſem,

Et dolor

Et dolor ipſe magis penetraret corda remordens.
Hicq; procos inter, iuſtumq; æquumq; peroſus.
Virq; doli quondam Cteſippus nobile nomen,
Quem coluiſſe Same perhibent nitidiſsima tecta,
Is patris immenſis opibus confiſus, Vlyſsis
Coniugium abſentis per tot iam luſtra peracta
Ambibat petulans. ſocijs ſic uoce profatur:
Arce proci fortes precor hæc audite loquentem.
Scilicet hoſpes habet partem ſortitus, ut illi
Aequalem, ut decuit, nec fas ſpoliare recentes
Telemachi domibus peregrinos, fruſta petentes,
Quicunq; has arces acceſſerit aduena nuper.
Eia & ego hoſpitij huic donum memorabile mittam,
Vt ſeruo tradat, qui balnea curat ad undas,
Siue alijs munus donet famulantibus aula
Dulichij. dicens, in triſtem iecit Vlyſſem,
Oſſe pedem bouis arreptum, qui forte caniſtris
Tum iacuit. pauper uenientem uitat Vlyſſes
Deflectens tacitè caput, atq; effugerat ictum,
Sardonium ridens uerbis illuſit Vlyſſes,
Et bene conſtructum petijt prope limina murum.
Telemachus dictis Cteſippum obiurgat amaris:
Profuit hoc Cteſippe tibi. non uerbere cæſus
Eſt nouus hoſpes, at hic telum uitauit acerbum.
Quòd ſi te medium ferijſſet cuſpidis haſta
Ferratæ, tibi pro tædis dulciq; hymenæo
Hic pater eximius ſtruxiſſet flebile buſtum:
Nec quiſquam poſthac patria mihi dedecus arce
Ferret acris, nuper nata eſt ſapientia corde.
Nunc etenim uideo noſcens meliora, proboq;:

Cteſippus Vlyſſi inſultat, & oſſe eũ petit.

Telemachus Cteſippo.

Deteriora

Deteriora etiam cerno. puer ante per annos
Creſcebam teneros, uiridi iam grandior æuo.
Hactenus iſta tamen coram tolerauimus uſq;,
Noſtris ſpectantes oculis, cæſasq; bidentes,
Et pecora agrorum, quin pota liquentia uina,
» *Ac cererem abſumptam. Res dura reſiſtere multis*
» *Vni, inferre uiris uni quoq; pluribus arma.*
Nunc quæſo ô ciues, ultra ne tendite ueſtris
Telemachus in Cteſippũ & procos. *Hic odijs in me. ſin ferro abſumere uitam,*
Meq; neci inſani forſan contenditis atræ
Iam dare, quod potius uellem: me præſtat adire
Fata ſemel, mortemq; pati, quàm atrocia facta
Aſpexiſſe domo ſemper, ſtuproq; puellas
Indigno, & famulas uiolari turpiter arce,
Pulſariq; uiros peregrinos, noſtra petentes
Supplice tecta manu, ſedesq; immane parentum
Dedecoraſſe pias, omnemq; auferre pudorem.
His dictis ſubitò tenuere ſilentia cuncti.
At ſerò tandem proles Damaſtoris orſa
Agelaus pro eis, & Telemacho, ut nuptias maturet. *Sic Agelaus ait: Precor ô ne tendite contrà*
Infenſi dictis, ſi quid profertur ut æquum,
Iuſtitiamq; ferens, ſocij: neu mordicus uſq;
Hic ſæuite animis: ne ue ultrà iuſtior hoſpes,
Siue alius quicunq; Ithaci famulatur in arce
Verbere pulſetur. uertam ſermone parenti
Verba, & Telemacho: ſi mitia dicta per aures
Admittant, ſedeatq; animo ſententia, dicam.
Donec ſperatis rediturum ad patria rura
Dulichium puppi reducem, non digna querela eſt,
Nec fas arce procos uos incuſare morantes,

Seu

Seu retineri illos alta ſub ſede Laertis.
Quanquã Ithacas illum incolumẽ præſtabat ad arces
Aduenisſe: fides quoniam manifeſta uidetur,
Non unquam ad patrias uenturum puppibus oras
Dulichium reducem, cuius uolat æthere fama.
Quare agè, & hæc mea dicta refer, reſidensq; parenti
Aßiſtas uerbis ſuaſurus, pacta ſequatur,
Et tædas alias, dotalia caſtra procorum
Acceptura thoro, quicunq; excellat in aula,
Præbeat & dotes largas, & plurima dona.
Tuq; patris tantis læteris in arcibus altus,
Atq; opibus fretus cunctis paſcaris in aula
Hic Ithaca princeps dapibus, potuq; Lyæi.
Hæc uerò alterius curet ſponſalia tectis,
Resq; domus ſponſi. proles ſic infit Vlyßis
Telemachus referens: Patris ô Agelae dolores Telemachus Agelao.
Teſtor & alta Iouis regnantis numina cœlo,
Perq; patris iuro curas, duroſq; labores,
Qui procul à ſaxoſa Ithaca ſiue occubat umbris,
Siue errat pelago, thalamos tædaſq; iugales
Nil moror ipſe piæ matris, ſed nubere ſponſo
Ipſe equidem iubeo genitricem pronus amori,
Qui placet, & dotem ſpondet. quin plurima dona
Sponte dabo lætus. pudor eſt tamen arce parentem
Sic arcere mea inuitam, tum deniq; duris
Hinc dictis ſæuè genitricem pellere tectis.
Nec deus hoc unquam cœlo conceſſerit alto.
Sic ait. At Pallas riſus mouet incita longos
Arce procis læta, fatiq; erroribus actas
His hebetat mentes. alienis ore cachinnos

Tollebant

Tollebant malis, fatumq; errabat in ore.
Iamq; cruentatas carnes ſub faucibus ipſis
Mandebant, oculi lacrymis fletuq; repleti
Intumuere illis, præſagaq; pectora luctus
Neſcio quid uoluunt. quin & Theoclymenus ore
Fatidico ſacer affatus funebria narrat:

Theoclymenus hoſpes Telemachi procis corã cędẽ eorum uaticinatur

Ah miſeri, cur hæc uobis diſcrimina tanta
Fertis, & heu diri ferale cubile petentes
Hic agitis tenebris atra & caligine noctis.
Et capita & uultus, & membra obſcura teguntur
Fatorum ſerie, & ſorte irremeabilis æui.
Genua labant, heu heu fatum tolerabitis iſta
Nocte proci, triſtes fletus ululatibus orſa
En adſunt dudum, & lacrymantur lumina guttis,
Humectantq; genas. partes muriq; cruore,
Heu nitidi fluitant, hument & ſanguine ſedes,
Veſtibulumq; ipſum plenum eſt errantibus umbris
Flebilibus, paßim nihil eſt niſi mortis imago,
Plenaq; ſpirituum uolitantum exhorruit aula.
Maioresq; umbræ ueniunt, Erebusq; ſub atris

Eclipſis Solis.

Hic tenebris, & Sol euanuit ætheris arce,
Iamq; laborat equis feßis uelut aere raptus,
Et nigræ cæca nebulæ caligine mundum
Percurrunt merſum. Riſerunt dulciter illa,
Heu cæci nimium, ſponſalia dira petentes.
His tum ſic Polybo Eurymachus genitore creatus

Eurymachus uatem exturbari arce iubet.

Incipit affari: Captus ſine numine mentem
Hic nouus hoſpes adeſt aliena gente profectus.
Vos iuuenes illum turbate ex ædibus altis,
Emiſſumq; foras diſcedere cogite in urbem,

Atq;

Atq; ſorum. nigræ nocti uerba æqua uidentur.
Dicta parat contrà ſacro Theoclymenus ore:
Haud iuſsi Eurymache hos comites mihi ſæue ſub arce
Abs te præberi. ſunt frontis lumina noſtræ,
Sunt oculi atq; aures, ſunt plantæ cruribus ambæ,
Atq; pedes apti, nec non & pectus honeſtum,
Atq; animus ſpirans: his ſponte exibimus arce.
Quandoquidem exitium uobis, uenturaq; fata
Heu uideo, quæ nemo quidem, quicunq; ſub aula
Dulichij miſeros homines hic luditis acres,
Diraq; conſulitis crudelia facta ſequuti,
Vitabit. dicens, tectis egreſſus adiuit
Piræum celſis, uenientem excepit amicè
Hoſpitio pronus. tunc illi hic ora tuentes
Inter ſe pariter, ridebant turba procorum
His ſuper hoſpitibus, quos arce recepit Vlyſsis
Progenies. certant riſu, uexantq; proterui
Telemachum. hic aliquis iuuenum, qui uoce ſuperbi
Inſultant, inquit: Te uix erit hoſpes in orbe
Alter deterior, proles ô chara Lacænæ
Penelopes, Ithaco quondam de patre creata.
Quem nam hic erronem fugitiuum, & panis egentē,
Ac potus bacchi, nulloq; labore peritum, &
Virtutum expertem, & telluris inutile pondus,
Sedis habes tectis inopum defenſor amarus?
Tunc alius ſurgens, uatem ſe iactat, & infit:
Longè erit utilius, poteris ſi inducere mentem,
Hos ut tranſtra inter peregrinos naue recurua
Ad Siculas gentes, Sicanaq; littora circum
Mittamus pelago digna mercede cataſtis:

Theoclymenus in Eurymachum inuectus, arce diſcedit coactus.

Telemacho inſultant proci.

Magna quidem uecti merebunt ære per æquor.
Sic illi. at uoces natus nil curat Vlyßis,
Sed tacitè aſpiciens genitorem expectat, an ille
Marte procis dextras crudelibus arce feroces
Sit conſerturus. ueniens regina ſedile
Icarij proles nitidum locat alta Laertis
Penelope tecto, & pendebat ab ore loquentum
Auribus ipſa bibens, quicquid ſermone ferebant.
Tum uerò cœnam inſtaurant, dulciq; fluentes
Iam placidi riſu, ſolennia ſacra parantes,
Atq; epulas multas ſacrarant arcis in umbra.
Non tamen ulla fuit ſeu marte ferocior uſquam,
Siue ingrata magis cœna eſt inſtructa per orbem,
Qualem iam ſubitò Pallas & fortis Vlyſſes
Conſtituere procis, qui facta indigna per arcem
Auſi immane nefas omnes, auſoq; potiti,
Vim fecere prius crudeles arce nepotes.

ARGVMENTVM LIB. XXI.

Penelope thalamos ſpondet, tædasq; iugales,
Qui membris Ithacum ualidis contenderet arcum.
Eumæus portas, cuſtosq; Philætius altas
Dulichij iuſſu ſeruant, ſtatione relicti.
Inde arcum ſolus tendit, celeresq; ſagittas
Per duras adigit robuſtior ære ſecures,
Penelopes coniunx: cum nemo in cornua neruum
Viribus ex alijs poſſet diducere curua.

ODYSSEAE LIBER XXI.

Penelopeq́; procis arcus certamina ponit.

Reginæ in mentem, celebrataq́; pectora Pallas
Cæſia, cui frontis canentia lumina ſplendent,
Icarij natæ miſit: prudentior arcum
Illa procis tandem ualidæ conamina dextræ
Offerret, ferrumq́; nitens, albasq́; ſecures
Arce Ithaci, celebris ſtudium certaminis, atq́;
Principium cædis, fatiq́; exordia prima.
Ergo gradus notæ ſuperat regina puellis
Excelſos ſedis Ithacæ, clauemq́; ſiniſtra
Fert ſecum curuam tenera, quæ ſplendida ferro
Lucebat, ſed ebur capulum memorabile clauis
Circuit, hac thalami repetit comitata receſſus Vlyſſis ærarium.
Extremi, hic ueteres theſauri, & regia gaza,
Aes aurumq́; ingens, ferrumq́; laboribus aptum,
Cumq́; ſagittifera neruusq́; arcusq́; pharetra
Reflexus, grauida telis ſuſpiria ferro
Vulnera laturis. quæ, quondam munera ſpartam
Iphitus Eurytides nactus donarat, ut illi
Se obtulerat diuis ſimilis ſub mœnibus altis Iphitus arcũ Vlyſſi olim donarat.
Meſſenæ, qua ſe pariter, iunxere ſub ipſis
Ortilochi tectis: quis tum bellator in oris
Eximius fuerat. quà ſe quoq; clarus Vlyſſes
Contulerat naui, quo aliena expoſceret æra.
Quæ populus totus forti debebat Vlyſſi.
Meſſeni ſiquidem tercentum ex urbe bidentes
Extulerant Ithaca ratibus, tranſtrisq́; locatos
Paſtores ouium: quas propter uenit Vlyſſes

Meſſenam, ſpargens teneras lanugine malas,
Atq; intonſa puer ſignans tunc ora iuuenta
Illuc legatus, tum longa per æquora uectus.
Nam pater atq; ſenex alij miſere per undas
Dulichium impubem. ſed eò quoq; uenerat ipſe
Iphitus, æripedes quærens. amiſerat aruis
Triſtis equas latis bis ſenas corpore celſo,
Nec non & mulas, operum perferre labores
Aſſuetas campis. quæ fati cauſa neciſq;
Extiterat illi. poſtquam peruenit ad ipſum
Magnanimum Alciden, prolem Iouis altitonantis,
Qui parua ignorans opera ardua tentat in armis:
Iphiton Alcides dapibus ſuſcepit amicis,
Quem tamen occidit ſuſceptum ſedibus altis,
Inq; ſuis tectis ueritus nihil ille deorum
Iura, nec hoſpitium fidum, menſaſq; ſacratas,
Quas illi poſuit. poſtquam illum funere merſit,
Aeripedes rapuit, quis fortior ungula campos
Concutit. has quærens iam tum ſe notus Vlyßi
Obtulit, atq; arcum Ithaco dat habere nitentem.
Eurytus hunc ingens olim quoq; ferre ſolebat,
Quem moriens nato liquit penetralibus altis.
Aſt enſem dedit huic Ithacus Laertis acutum,
Atq; haſtam ualidam hoſpitij primordia clari.
Quanquam nondum epulis noti, menſaq; deorum
Inter ſe fuerant. namq; hauſtus ab Herculis enſe
Ille prius cecidit Iouis alto ſemine nati,
Iphitus Eurytides dis immortalibus æquus,
Qui dederat pharetris arcum ſuccinctus Vlyßi.
Hunc Ithacus nunquam, peteret cum bella per æquor

Hercules Iphitum hoſpitio acceptum contra ius fidemq; interfecit, ut eius equos poſſideret.

Puppibus undoſum nigris, ſibi ferre ſolebat:
Sed thalamis chari tenuit memorabile donum
Hoſpitis, atq; Ithacæ tantum per rura ferebat,
Perq; ſolum patriæ. ut thalamum regina miniſtris
Contigit armigerum, & præduris quercubus altum
Arte pauimentum ſtructum Laertis in arce
Aſcendit, quod ab arte faber celebrauit honora,
Ornauitq; decens, & docta erexit amuſſe,
Limina tum iungens ſplendentibus hoſtia celſa
Poſtibus impoſuit: tum nobilis Heroina
Attracto ſubitò loro, poſtquam annulus aptè
Ductus erat contrà, clauem commiſit, & acres
Arte feras aperit dirimens conamine ferrum,
Obſeruatq; aſtu, uectesq; reuerberat altos.
Mox ſonitu ſtrident poſtes, atq; hoſtia celſa
Ingenti reſonant thalami iam murmure. qualis Comparatio
Cum taurus paſcens decerpit gramina campis,
In pratis reboat. ſic portæ claue repulſæ
Splendentes ſubitò ferri ſonuere fragore,
Et celeri tactu ualido reſerantur ab ære.
Penelope tabulata gradu petit alta citato
Coniugis eximij ſcandens armaria nymphis,
Hic ubi erant capſæ, ſteterant & ueſtibus arcæ
Regis odoratis. huic ergo aggreſſa recepit
Corripiens clauo ſuſpenſum nobilis arcum
Corytho pariter, quo ſplendidus ille iacebat
Conditus. Hic reſidens ſupra genua ardua telis
Arcum depoſuit. tum quærens regis honorum
Arcum inquit: Dic nunc fidiſſime, magnus Vlyſſes
Dic ubi ſit, quibus in terris? tunc fundere fletus

Incipit, & lacrymis fuſis rigat ore ſerena,
Extollens arcum. poſtquam ſua flere uoluptas
Iam ſatiata fuit, lacryma luctuq́; decora
Deſtitit, acceßit ſedes, & tecta procorum
Aula clarorum ſubijt, curuumq́; gerebat
Arcum Ithaci celebris neruo, pharetramq́; ſonantem
Cum iaculis, inerant laturæ fata ſagittæ
Et gemitus triſtes denſæ. nymphæq́; ſequutæ
Spicula, atq; arcam, & telorum armaria geſtant.
Ingens intus erat ferrumq́; atq; ære coruſca,
Dulichijq́; pij quondam certamina regis.
Contigit utq; procos, ad limina regia coniunx
Excelſi tecti ſteterat, quod claruit arte,
Nympha genas roſeas tenero circundata peplo,
Et tenui uitta, cui candida membra puella
Hinc atq; hinc fuerat. cum limine farier infit:

Penelope Vlyſſis arcum affert, ad certamina procorum.

Heus audite proci, quæ fabor, turba ſuperba.
Quicunq; hac aula dapibusq́; & munere bacchi
Sic uti audetis ſemper ſub tempore longo,
Dum rex hinc abſens iam tot labentibus annis
Errat. At hic nullas alias adducere cauſas
Noſtis, quàm tædas uetitas, noſtrosq́; Hymenæos
Ambire, atq; Ithaco me uxorem auertere rege,
Coniungiq́; thoris ueſtris: agè turba procorum,
Hoc quoniam incumbit dudum certamen in aula,
Arcum conſtituam magnum, quo dius Vlyſſes
Vſus erat quondam: quicunq; hic uiribus æquis
Atq; manu uictor facili contenderit illum:

Promittit ſe uictori, qui arcum Vlyſ-

Perq; omnes ualido duodenas ære ſecures
Traijciat penna iaculatus in aera telum;

Hunc

Hunc ſequar ipſa, domo tanta rebusq; relictis, ſis contenderit, coniugem fore.
Atq; aula celſa, tectisq; nitentibus auro,
Quæ tetigi uirgo, quis ſemper uictus abundat,
Quæ uel laſſa quidem in ſomnis reminiſcar obortis.
Sic ait. inde iubet lectis præbere ſubulcum
Ipſa procis, arcumq; atq; æra micantia ferro.
Eumæus lacrymans accepta reponit ad altos
Arma procos ſubitò. fidusq; Philætius ipſe
Seiunctus flebat, oculos atq; ora rigabat
Arcu conſpecto regis. cum turbidus infit
Antinous iurgans: O' ſtulta & ruſtica proles, Antinous Philætio.
Proh miſeri, quæ nam uos hic dementia cepit?
Quid iuuat hæc adeò uolui uulgaria corde?
Quid lacrymas fletu ſtillatis ab ore rigato,
Reginæq; ſimul præcordia mœſta mouetis?
Cui ſemper pectus laceratur triſte dolore,
Atq; iacet uictum: poſtquam dulciſſimus undis
Amiſſus fletur coniunx. quin ergo ſedentes
Carpitis ore dapes, ſiue extra limina greſſus
Tenditis? atq; foris fletus effundite largos.
Hicq; arcum ingentem pharetramq; relinquite telis,
Grata procis aula dudum certamina celſa.
Haud reor hunc arcum facili conamine tendi.
Nullus enim degit mortalis tempore noſtro
Inter nos, quales nunc profert corpora tellus,
Qualis erat quondam natus Laertis Vlyſſes.
Illum equidem uidi, nec adhuc hic immemor ipſe,
Sed puer ipſe olim fueram, cum uiſus Vlyſſes
Eſt mihi, & ora puer iam tunc non tonſa gerebam.
Sic ait. aſt illi dudum ſpes ſurgit inanis

Tendere poſſe arcum curuum, neruumq́; ſonantem,
Et iaculaturum uolucri trans æra ſagitta.
At ſenſurus erat primus præſtantis Vlyßis
Spicula, miſſa manu forti, quem ſæuus in aula
Temnebat patria nullo ſub honore ſedentem,
Irritans omnes ſocios ad turpia facta.
Quos ſic Telemachus ſimilis uirtute parenti
Affatur: Ciues, dementem Iuppiter altus,
Inſipidumq́; facit: ſtultus qui gaudia tanta
Percipio, quamuis mihi ſit charißima mater,
Et ſapiat ſolers. quoniam confeſſa profatur:
Nunc ſequar ipſa alium, ſequar & connubia tandem,
Seiungarq́; domo dulci, & Laertis ab arce.
Rideo & oblector nimium ſub pectore ſtulto.
Telemachus procis ut certamen aggrediantur. *Verum agite ô ſocij, quoniam certamen in arce*
De ſponſa in promptu eſt, qualem nec Achaica terra,
Nec celebres Argi Pelopis, cultæq́; Mycænæ,
Siue Pyli ſacræ Neleïa Neſtoris arua,
Siue Ithacæ ipſius, ſeu fertilis ubere glebæ
Vrbes Epiri paſcunt nigrantis arenis.
Noſtis enim cuncti, nec erat recitare parentis
Eximias laudes præſtantis corpore celſo.
Verùm agite, & longas pigeat uos turba procorum
Protraxiſſe moras. quin arcum protinus omnes
Tendatis neruo, ut pariter ſpectemus, & ipſe
Experiar uires, ſi extendam cornua dextra,
Tranſadigamq́; leui iam fortior æra ſagitta.
Non has tum mœſto genitrix mihi deſerat arces
Coniuge iuncta alio: quoniam poſtremus in iſta
Ipſe forem palma, modò ſi certamina patris

Suſcepiſſe

uſcepiſſe queam, uictorq́; euadere neruo.
Dixit: & ex humeris lænam, latere exuit enſem,
Purpuream lænam, gladiumq́; ex ære coruſcum,
Hinc longa foſſa ducta tellure ſecures
Conſtituit nitidas, certa & direxit amuſſe:
Tum terram circa fudit. ſtupor occupat artus
Spectantum, uſq; adeò mirando ex ordine ferrum
Conſtituit, qualem non ullus uiderat antè.
Tum ſtans ipſe ſolo, progreſſus tentat arena.
Ter conatus erat contendere uiribus arcum,
Ter cecidere manus, ter robore deſijt idem.
Quanquam ſperabat flexum diducere neruum,
Ac celeri ferrum tranſmittere & ære ſagitta,
Traxiſſetq́; manu forti quater ille reflectens,
Vt quater aggreſſus fuerat curuare ſub arcu
Extendens neruum. genitor ni motus Vlyſſes,
Conantem nutu tacito tenuiſſet arena.
Quos hic Telemachi uirtus affatur, & inquit:
O' Dij, iam porrò uel inertia pectora geſtem
Degener, & quauis poſthac imbellis arena.
Siue quòd hæc teneris forſan ſpectantur ab annis:
Seu quòd confido nondum certare ſub armis,
Atq; laceſſentem forti deuincere pugna.
Eq́; domo patria & Laertis pellere ab arce.
Verùm agite ô ſocij, quibus eſt nunc integer æui
Sanguis, & eximiæ uires, & fortior ætas,
Iam tentate arcu robur. certamina telis
Perficiamus, ait. pharetramq́; arcumq́; ſonantem
Ponit humi tabulis iunctis compage nitenti,
Et uelox clara declinat cuſpide telum.

Telemachus procis, ut arcum contendant.

Tum quà ſurrexit rurſus iam ſede reſedit.
His ſic Antinous genitore Eupethe creatus:

Antinous procis.

Iam deinceps ſocij precor ô conſurgite cuncti,
A' dextra exorſi, unde & uina liquentia bacchi
Funduntur. ſedet hoc cunctis ex ordine menſæ
Conſilium Antinoi. tum clarus ſurgit aruſpex
Leodes, quem quondam Oenops generauerat, ille
Iuxta craterem poſtremus in arce ſedebat:
Cui ſoli iuuenum uiſa eſt temeraria tæda,
Faxq́; odioſa thori, Venerisq́; iniuſta cupido,
Audaxq́; impietas, inconceßiq́; Hymenæi.
Ille procis diris quoq; ſuccenſebat in arce:
Qui tunc arreptis arcu, celeriq́; ſagitta,
Accedens limen, uires tentauit & arcum.
At non hic flexum potuit contendere neruum.
Namq; prius dextras defeßis uiribus arcus
Reddidit inſuetas uolucres torquere ſagittas.
Dum ſurſum ducit, tum ſic effarier infit:

Leodes uiribus diffidit, augurans obiter infœlices conatus & fata.

O' ſocij deſunt uires intendere neruum.
Hinc alius capiat: namq; hic conamine multos
Egregiosq́; uiros animo ſpoliabit, & acri
Purpureaq́; anima: meliusq́; occumbere letho,
Quàm ſic errantes ſemper ſpe uiuere uana,
Spemq́; metumq́; inter ſeruare in pectore curas.
Arcus deijciet fortes. ſed præſtat abire,
Quàm toties inter non certa timore uagari
Spe longa errantes. qua cauſa ſemper in arce
Verſamur pariter, quoſcunq; Hyperione ſoles
Attulerit Titan, ocio expectamus inertes.
Iamq́; aliquis ſperat, ſeu dudum cogitat amens,

Ducere

Ducere Penelopen, thalamum infœlicis Vlyßis,
Vxorem celebrem: uerùm ut tentauerit arcus,
Viderit & metas fruſtra contingere telo.
Ambiat hic aliam ſponſam per Achaica caſtra,
Argolicasq; urbes, quæ flauas crine puellas,
Formoſasq; colunt præſtantia corpora peplo
Indutas, multumq; illas hic dotibus urgens
Inuitet, ſponſumq; alium regina ſequetur,
Qui cumulans dotes fœlix acceſſerit arces.
Sic ait, atq; ſolo neruum, celeremq; ſagittam
Depoſuit culto: tum laſſus ſede quieuit.
Hic uerò increpitans proles Eupethe creata,
Antinous fatur: Leodes excidit ore
Tale tibi uerbum, fugitq; è dentibus atrox?
Audita indignor uoce hac. an' ne arcus Vlyßis Antinous inuehitur in Leoden.
Eximios iuuenes anima ſpoliabit, & acri
Pectore deiectos. dum non contendere neruos
Ipſe potes? nec te talem genuere parentes,
Nec tali ingenio peperit te mater, ut arcus
Viribus extendas flexos, celeresq; ſagittas.
Aſt alij forſan curuabunt turba procorum
Inclyta. ſic dixit, iußitq; Melanthea capris
Curam impendentem: precor ô nunc arce Melantheu
Ignem accende foco, ſedesq; appone decenti
Pelle: ſed inde rotam profer pinguedinis altam,
Vt iuuenes flammis, tepidoq; calore refecti,
Vnguento ſimul hic tentemus tela peruncti,
Miſcentes iaculis Ithaca certamen in arce.
Sic ait. aſt flammas rutilosq; Melanthius ignes
Accendit ſubitò, geßitq; ſedilia prunis,

Deſuper

Deſuper hic pellem ſternens, unguentaq; multa,
Atq; rotam ingentem defert pinguedine craſſa.
Tum iuuenes uncti, flammæq; calore citati
Tentarunt: at non poterant extendere neruum.
Defuerant uires animis, & robora membris.
At uerò Antinous reſidens hic abſtinet arcu,
Eurymachuſq; ſimul, qui gloria prima procorum
Anteibant alios longè uirtutibus æquis.
Diſceſſere boum paſtorq;, atq; arce ſubulcus.
Quos etiam ſequitur ſubitò generoſus Vlyſſes.
Vt uerò ex aula ſimul extra limina portæ
Egreßi fuerant, dulci eſt ſic uoce loquutus:

Vlyſſes Eumæi & Philætii fidem explorat.

Nunc Eumæe mihi, ſimul ô dilecte bubulce,
Eloquar an ſileam, potiuſq; hæc mente reponam?
Sed iubet hic animus fari. mihi dicite quæſo,
Si ſubitò in patriam forſan remearet Vlyſſes,
Ac ſic unde illum caſus' ue deus' ue referret,
An' ne procis aula, an potius ferretis Vlyßi
Auxilium reduci? ceu uobis pectora ſuadent,
Dicite. cui rurſus fari incipit ore bubulcus:

Philætius Vlyſſi.

Iuppiter ô pater alte poli, ô ſi talia uota,
Et deſiderium mentis deducere tantum
Digneris, patriæ redeat nunc fortis Vlyſſes,
Et deus incolumem Laertia ad arua reducat:
Tum noſcas equidem, quàm magna potentia dextræ,
Quàm uires animis eſſent. quin uoce ſubulcus
Numina ſollicitat uotis, diuoſq; precatur,
Vt ſapiens remeet natalia tecta per undas
Heros Dulichius, poſtquam horum pectora nouit
Fida ſatis, rurſus ſic eſt his uoce profatus:

En ueni,

En ueni, & coràm tandem quem quæritis adſum,
Heros Dulichius, ſalſis ereptus ab undis,
Multa mari paſſus, poſt tot quoq; funera Troiæ,
Quosq; tuli poſt tot terræ pelagiq; labores,
In patriam ueni iam nunc labentibus annis
Vicenis. uideo, Troiæ expectatus ab oris
Quòd uenio uobis ſolis optantibus unum.
At non me reducem famulantum cætera turba
Exoptat, ſiquidem noſtris hoc auribus hauſi,
At uobis fateor, nam res quoq; facta ſequetur,
Et manifeſta fides: domitos ſi numina celſa
Arce procos ſternent claros, connubia uobis
Vxoresq; pias iungam, tædasq; iugales,
Resq; dabo largas, ſedesq; & tecta propinqua,
Contiguasq; domos noſtris, & culmina nota.
Vos etiam æterni ſocij natoq; mihiq;,
Et fratres eritis, coniuncti fœdere firmo.
Quare agite, hæc etiam uobis manifeſta loquutus
Signa equidem oſtendam, ut poßitis noſcere mente
Me fore quem narro, fidißima pectora nobis.
Ecce cicatricem, quam quondam impreſſerat albo
Dente aper infeſtus, peterem cum culmina montis
Autolyci natis Parnaſi nubila ſacri.
Sic ait, ac ueſtem diſiecit, & alta cicatrix
Emicuit genibus. Simul ut uidere notantes
Signa genu, flentes circa lacrymantur Vlyſſem.
Tum caput atq; humeros amplexi dulcia figunt
Oſcula, & optato circundant brachia collo.
Sic manibus capitiq; uirum quoq; libat Vlyſſes
Oſcula. & occiduas Titan properaſſet ad undas,

Et ſimul

Vlyſſes mendicus ſe ſeruis Philætio & Eumæo manifeſtat.

Affectus mirificus.

Et ſimul accliuis cecidiſſent lumina Solis
Extra altam pariter fletu lugentibus aulam,
Ni prohibens lacrymas notus monuiſſet Vlyſſes:
Deſinite à luctu, fletuq́; ô fida meorum
Corda, refert: ne quis tectis egreſſus auitis
Cernat, & hæc intus narret. uos ite per aulam
Alter & alterius ueſtigia lenta ſequatur.
Non omnes ſimul, aſt ego primus ad ardua tendam
Limina. uos pòſt hinc ueſtigia noſtra terentes
Intretis tacitè. uobis ea ſigna futura.
Nempe proci iaculis grauidam præbere pharetram,
Atq; arcus nobis infeſta uoce negabunt.
At tu fide mihi portes Eumæe per arcem,
Desq́; manu. ſubitò hinc firmas excludere ualuas
Voce iube ancillas, ne qua hinc ſe conferat extrà
Limina, ſi noſtra forſan ſuſpiria ſede
Audiat, & gemitu ſonitus, ſtrepitumq́; uirorum:
Sed tacitè maneat reſidens, curetq́; laborem.
Tuq; boum paſtor, tibi die Philætie mando
Clauſtra arcis celſæ: ſummas includere portas
Claue memor fueris, tunc ipſe repagula ualuis
Vinculaq́; obijcias. ſic dicens, limina greſſu
Tranſijt, ac claras uelox intrauerat arces,
Et ſe ſede locat quà ſurgens iuerat inde.
Mox diui fortes famuli ingrediuntur Vlyßis,
Eurymachusq́; arcum palmis ad uota mouebat
Irrita, calfaciens hic illic feruidus ignis
Splendore, at nec ſic potuit contendere neruum.
Eximioq́; æger ducens ſuſpiria corde,
Cum gemitu exclamat: Curis ingentibus angor

Præcipit Eumæo Vlyſſes, ut ſibi deferat arcum poſt conatus procorum.

Philætio demandatur ab Vlyſſe portarũ cuſtodia in cædẽ procorum.

Eurymachus arcui impar.

Ipſe

Ipſe mea cauſa primùm, tum propter amores
Cunctorum, quanquam non hæc connubia mœſtus
Lugeo. Sunt aliæ per Achaica rura puellæ,
Perq; Ithacæ littus, patriæq; per æquora cana,
Perq; urbes alias. uerùm ſi uiribus omnes
Deficimus molles, nec flexum tendere neruum
Poſſumus, atq; infra uires perhibemur Vlyſsis
Eſſe, inter noſtros ſparget nos fama nepotes
Degeneres animo. cui ſic Eupethe creatus
Rettulit Antinous: Non ſic ea fata ſequuntur.
Noſti hodie diuæ ſacrari feſta Dianæ,
In populo. quis enim ſacra contenderet arcum
Luce? ergo moneo, certamina ponite feſſi.
Hicq; omnes pariter linquamus nocte ſecures.
Haud reor huc aliquem uenturum ad regia tecta
Laertis, poſitas ut tollat ab arce bipennes.
Iamq; age, & exorſus fundat libamina prima
Pincerna, ut dulcis libantes pocula bacchi
Arcus ponamus curuos, pharetraſq; ſagittis.
Roſcida puniceo ut Pallantias exit amictu,
Paſtorem ſubitò tum uoce Melanthea capras
Ducere cogatis, pecorum pinguiſſima campis
Corpora ſelectas: tibi feſta ſacremus Apollo,
Cruraq; ponamus aris, ô inclyte telis,
Tentaturi arcus, nec non certamine finem
Impoſituri iſto. placuit ſic ſermo loquentis.
Dant famuli lymphas manibus, funduntq; liquores.
Ac pueri ſtatuunt pateras, ac uina coronant,
Crateraſq; mero miſcent, & pocula baccho,
Riteq; diſtribuunt orſi libamina cunctis.

dolet ſe uiribus deſtitui.

Antinous Eurymacho.

Vt uerò

Vt uerò in menſam laticis libauit honorem,
Et ſatiata fuit pota furioſa procorum
Turba, dolos meditans & fraudes cautus Vlyſſes:

Vlyſſes rogat, ut ſibi liceat experiri uires arcu.

Audite ô proceres, quicunq; ardetis amore
Penelopes (inquit) cuius ſuper æthera fama
Caſta uolat, referam, quæ me mea pectora uerba
Effari ſuadent, quæ ſit ſententia menti.
Eurymachum, Antinoumq; precor, qui regia ſceptra
Hic geſtant, quoniam concepimus omina læta
Hic fato: dixit. cum ſeſe Aurora reducet,
Ipſe deus uires dederit, cui numina cœli
Sponte fauent. agite ô iuuenes, mihi ſpicula dextra
Porrigite, atq; arcum telis, pharetramq; decoram,
Vt uos hic inter tentem uiresq;, manuſq;:
An' ne eadem uis, & quod quondam corpore robur,
Et curuis fuerat membris: an & illa labore
Iam defeſſa meo, iaceantq; errore uiarum.
Sic ait. aſt uerbis cuncti indignantur amaris,
Et metuunt, ne quà flexum contendere neruum
Suſtineat. quin Antinous ſuccenſet, & audax

Antinous prohibet arcum mendico præberi.

Increpitat: Miſer, ah demens, tibi pectora deſunt.
Quò mens hinc abijt? nunquid ſatis eſſe putabas,
Dum tantos inter proceres epularis opimis
Hic dapibus, lentus, nulla priuatus in arce
Sorte, uel æquali nobis. tum deniq; noſtras
Aure bibis uoces, & uerba diſerta Lyæo.
Verùm aliàs nemo quicunq; acceſſerit hoſpes,
Seu pauper ſedes, neq; enim licet, audit in arce
Quæ loquimur: lædunt dulcis te dona Lyæi.
» Vina nocent animis, nihil & moderabile ſuadent,

Qui

Qui potant auido ſitientes ore liquorem, "
Tranſiliuntq; modum plus ſicca fauce bibentes. "
Eurytiona ferum quondam quoq; læſit Iacchus,
Centaurum bello clarum ſub tecta ruentem
Pirithoi ingentis, Lapithis certamina dura
Molitum: quoniam deuictus corda lyæo,
Inſanaq; furens ſcelerata libidine facta
Edidit infandus quondam ſub ſedibus altis
Pirithoi. Heroas Lapithûm dolor egit in arma,
Ergo inſurgentes bello traxere bimembrem
Veſtibulo ex alto, ac crudeliter ære ſecantes
Nares atq; aures laceras. hic ſæuus Iaccho
Diſceßit demens, ſua triſtia damna reportans.
Ex quo centauri Lapithis certamine moti
Conſeruere truces animis diſcordibus iras.
Eurytion primò ſibi triſtia fata parauit:
Ipſe malum quærens, dapibus uinoq; grauatus.
Tu quoq; ſi tendes arcum, crudelia damna
Hinc referes. neq; enim tum ſupplice uoce rogando
Hic aliquem urgebis protendens brachia palmis.
Namq; domo te iam raptum per cærula puppi,
Regi Echeto prædam mittemus littore curuo:
A` quo non unquam ſoſpes ſeruaberis hoſte.
Ergo tranquillus ſedeas, poteſq; Lyæum.
Non hic contendas illis, quîs iunior ætas,
Roboraq;, atq; animi uirides, atq; integer æui
Sanguis. At hic ſic eſt contrà Regina loquuta:
Antinoe, haud fas eſt peregrinos lædere, tecta Penelope Antinoum obiurgat.
Hoſpitã qui ſubeunt, Laertiadæq; nepotis
Sedibus utuntur, intrataq; limina calcant.

Arbitrare etenim,ſi forſitan hoſpes Vlyßis
Arcum contendet,dextraq́; & robore fiſus,
Me ſibi coniugium & connubia læta parari:
Ne precor hoc credas,ne'ue hæc in pectora ducas,
Sic reputans tecum,ueſtrûm nec cenſeat ullus,
Nec cauſa iſtius doleat,triſtisq́; ſedendo
Hic epuletur amans.neq; enim fas illa putare.

Eurymachus Penelopæ.

Huic contrà Eurymachus Polybo de patre profuſus:
Icarij proles ſapiens,regina Lacæna,
Caſtaq́; Penelope,coniunx errantis Vlyßis,
Haud equidem te uelle iſti nos nubere remur,
Coniungiq́; thoro tædis,nec credere fas eſt.
Dedecus hoc potius fugimus,famamq́; uirorum,
Ignauosq́; animos & inertia pectora nobis
Mollibus à nymphis obtendi crimine tanto,
Rumoresq́; uagos uulgo uocesq́; timemus,
Fœmineam & linguam.neu quis ſic iactitet olim
Argolicos inter: Proceres connubia caſta
Degeneres optant reginæ fortis Vlyßis,
Coniugiumq́; toro,nullis uirtutibus æqui,
Peioresq́; manu.dum non contendere neruum
Armigerum poſſunt.uerùm mendicus oberrans
Triſtior hic quidam,diducens cornua neruo
Arcum deflexit,miſitq́; per æra ſagittam.
Sic dicent:at nos infamia longa ſequetur,
Ac uitio dabitur nobis ignauia tanta.

Penelope Eurymacho.

Penelope contrà ſic eſt ingreſſa Lacæna:
Eurymache, haud decus eſt. neq; enim uos inclyta (turba
Vnquam ſic eritis,nec candida fama ſequetur,
Qui nitidas nullo ſedes ſub honore feroces,

Diuiti-

Diuitiasq́; uiri clari uirtutibus altis,
Et laceratis opes tantas, cur dedecus iſtud
Aſſertis Graij? cur turpia facta Laertis
Editis his tectis? Sed enim eſt hic pinguior hoſpes,
Atq; ingens membris, clara de gente creatus,
Et genitore ſatus forti, facundior ipſe
Sic equidem iactat. pharetramq́; arcumq́; ſonantem
Huic præbete uiro, ut pariter uideamus arena,
Edico, euentus ſuberit: nam noſtra ſequetur
Verba fides. quod ſi flexum contenderit arcum,
Ac illi dederit Phœbus laudemq́; decusq́;,
Ipſa dabo lænam dono, tunicamq́; decoram,
Quin alias nitidas ueſtes, atq; æris acuti
Adijciam telum, quo ſe defendere poßit,
Atq; canum morſus auertere, uimq́; uirorum:
Ancipitemq́; enſem, & pedibus talaria tradam:
Quoq́; illi eſt animus naui contendere, mittam.
Cui ſic Telemachus contra tum uoce profatur:
Chara mihi genitrix, eſt me nemo inter Achæos
Qui plus iuris habet pharetram dare, ſiue negare
Cui uolo, liber ero. nullus, quicunque per æquor
Atq; Ithacæ ſterilis dura dominantur arena,
Pinguia quiq́; habitant per fertilis Elidis arua,
Paſcere diues equos quæ dicitur eſſe Pelaſgos,
Me ferus inuitum coget: ſi munere tela
Ipſe uolo atq; arcum dare, portet ut hoſpes habenda
Hæc monumenta mei. ſed iam charißima mater
Scande domos altas potius, ſedesq́; ſupernas,
Curatura colos, opera & muliebria tectis,
Et telas, operiq́; addens ad lumina tarda

Penelope re-cuſantib. procis iubet mẽdico Vlyſsi dari arcum.

Telemachus iubet Penelopen in gynæcium conſcẽdere ex aulas

Exerce lana famulas,& adire labores
Ipſa iube nymphas teneras,& carpere penſa.
» Sermo uiris eſto curæ.mihi plena poteſtas
Præcipuè tamen eſt,cui tota potentia ſedis
Atq; domus.dictis nati ſtupefacta receſſit,
Menteq; ſeruabat, quæ natus ab ore loquutus,
At comitata ſuis cœnacula ſumma puellis
Exuperat,fletuq; ſuum lacrymatur Vlyſſem
Coniugium,donec dulcem per laſſa ſoporem
Lumina diffudit Pallas.tunc arce ſubulcus
Sublatum manibus curuum portabat Vlyſſi
Arcum cum pharetra:magno cum turba tumultu
Sæuiret iuuenum,& cuncti clamore tonarent.
Sic aliquis dixit iuuenum,cui uiuida uirtus
Pectore regnabat: Quò nunc inuiſe ſubulce,
Erro ferox,arcum curuum,pharetramq; ſagittis
Defers? heu ſcelus.en te mox per rura uagantem,
Atq; ſues inter pingues,& ſola per arua
Secretum ſternent lacerantes faucibus atris
Membra canes celeres,quos quondam paſcere pingui
Ipſe fero campis gaudebas ruſtice paſtor:
Si faueat nobis Clarius modò pronus Apollo,
Dijq; immortales alij.ſic ore loquuntur.
Aſt hic uerba timens rurſus fera tela reponit,
Hic ubi conſtiterant.nam plures uoce minati
Aulai in medio ſpargebant dira tumultu
Dicta.ſed hinc alia fortis de parte minatur
Telemachus clamans:Heus ô uillane ſubulce,
Heus iterum porta pharetramq; arcumq; reflexum,
Hucq; refer ſubitò.neq; enim parêre licebit

Penelope a procis ultimo digreſſu abit in gynæcium.

Omnibus.& quanquam te paſtor iunior annis
Nunc uideor,tamen hinc ad patria rura repulſum,
Coniectis feriam ſaxis.nam fortior ipſe
Viribus atq; manu:O' utinam quoq; fortior eſſem
Arce procis cunctis,dextraq; & uiribus ipſis,
Quicunq; his dapibus tectis epulantur optimis:
Tunc aliquem pulſum noſtris è ſedibus acris
Hinc ruerem uictor,dum facta ferocia ſæui
Audent moliri.dicentem talia cuncti
Riſerunt,pariterq; ira ceſſare proterui.
Ergo Telemachi iuſſu laturus abiuit
Arcum cum pharetris,manibusq; reponit Vlyßis.
Inde foras ſubitò prorumpit uoce ſubulcus,
Atq; Eurycleam uocat,& pòſt talia fatur:
Claude domus portas,& ualuas fortiter altas.
Si qua tamen gemitus ſonitumq; audiuerit arce,
Et ſtrepitum ingentem forſan,trepidumq; tumultum.
Nulla foras greſſum referat:ſed ſede quieta
Se teneat,lanis opera ad muliebria ſurgens.
Sic ait,& citius dicto uolat illa per arcem,
Concluſitq; domus ſubitò celſa hoſtia claræ.
Tum tacitè exilijt,ſe ſede Philætius altus
Corripiens,arcis portas compagibus arctis
Clauſit.porticibus trabs ingens naue iacebat
Euulſa undiuaga quondam,quod ab arbore lignum
Deciſum agricolis fuerat,quo turris amœnæ
Firmauit poſtes,ualuasq; ligauit ahenas.
Tum ſubijt rurſus,ſeſeq; in ſede priori
Conſtituit,cernens ſi quid mandaret Vlyſſes.
Qui iam correptum manibus uoluebat,& illuc

Arcus ab Eumæo perterrito a procis, ſed coacto a Telemacho, tandem Vlyſſi affertur.

Arcis portæ clanculū a paſtoribus clauduntur.

Hucq; mouens arcum, partes uertebat in omnes,
Contemplans paßim ne forſan cornua uermes
Roſiſſent, poſtquam ſe contulit Ilion altum,
Atq; abſens fuerat per tot labentia luſtra.
Tunc aliquis ſic eſt auſus prorumpere uoce,
Aſpiciens alium: Nempe admirator & audax
Hic fur eſt arcus. tales ſibi fortè parati
Sede iacent patria, ſeu forſitan arte parare
Ipſe cupit: ſic ille manu huc conuertit, & illuc,
Pellax mendicus, ſceleriſq; repertor amarus,
Et uafer erro. Alius lingua quoq; talia profert:
O utinam cererem ſic poßit quærere ſupplex,
Vt flexum poterit iam nunc contendere neruum.
Sic illi. uerùm poſtquam perſpexit Vlyſſes,
Librauitq; arcum manibus: ceu carmine doctus,
Et cithara, neruos blanda contendit ab arte,
Inq; ſinu retinens tangit diſcrimina uocum,
Et qua parte chelys reſonat concentibus urgens
Intendit faciles chordas, fibraſq; bidentum:
Sic arcum nullo ſudore tetendit Vlyſſes,
Et dextra capiens tentat conamine neruum,
Qui ſonuit ſtridens, ceu culmine cantat hirundo
Voce ſonans. ſubitò dolor ingens occupat artus,
Atq; procûm pectus, gelidoq; cruore cucurrit.
Ipſe color uerſus cunctis, & pallor in ore.
Iuppiter è cœlo tonuit, ſignumq; per auras
Oſtendit flamma. pertentant gaudia pectus
Dulichij, poſt tot terræq; mariſq; labores,
Dum uidet aerium ſibi monſtra per æthera mitti
A Ioue Saturno genito, qui mente ſagaci

Proci Vlyſſē arcum conſiderantem irrident.

Comparatio.

Vlyſſes tēdit arcū, & ſecures tranſuerberat.

Tonitru omē fœlix Vlyſſi.

Floruerat

Floruerat quondam. celerem capit ille ſagittam,
Quæ menſam iuxta iacuit,ſine tegmine nuda:
Condita namq; caua iacuerunt tela pharetra
Cætera:ſenſuri fuerant mox illa Pelaſgi.
Brachia tum curuat nixus,neruumq; tetendit
Cornua deflectens,mox cautè ſede locatus
Aduerſa,celerem demiſit in æra ſagittam,
Multa diu obſeruans,primoq; ab limite nuſquam,
Nec meta errauit poſita.nam pulſa ſagitta
Aere grauis ferrum penetrauit, & acta ſecures
Tranſijt,& metas per facta foramina telum.
Sic tum Telemachum affatur:Non te optime Graiûm
Telemache,hic hoſpes patria ſub ſede ſedendo
Dedecorat mollis,nec meta errauimus iſta,
Atq; ſcopo poſito,nec curuum languidus arcum
Ipſe diu conans urgente labore tetendi.
Sunt & adhuc uires,ualidis & robora membris,
Non ut turba proci illudunt conuicia riſu
Dicentes ſæuo. nunc inſtant tempora cœnæ,
Horaq; nunc epulas reparare ad lumina Graiis,
Mox etiam reſonent muſis cantusq;,lyræq;,
Vt delectentur citharaq; & carmine dulci.
Hæc etenim fas eſt addi quoq; munera menſis.
Sic ait,& nutu proli tunc innuit almæ.
Telemachus ſubitò lateri tum ſubligat enſem
Ancipitem,atq; manu Mauortius arripit haſtam,
Indutusq; thorum iuxta fulgentibus armis,
Et ferro accinctus,genitori feruidus aſtat.

Vlyſsis gloria, & oratio ad Telemachum.

Telemachus armatus ſe ad latus Vlyſsis iungit.

ARGVMENTVM LIBRI XXII.

Enſe procos ſæuo crudelis mactat Vlyſſes,

Funera Dulichius præſenti Pallade tutus
Edit,uictor agens telis, & turba procorum
Occumbunt letho, fuſo natat aula cruore.
Mox famulas etiam crudeli funere plectit,
Telemachi auxilio:ſuſpendia dira puellis,
Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta
Occidens nymphas,laqueiſq; abiecit in auras.
Punit & infeſtum properante Melanthea cæde.

ODYSSEAE LIBER XXII.

Cæde procos ſternit,ferroq; trucidat Vlyſſes.

TVnc laceram ex humeris ueſtẽ reiecit Vlyſſes,
Et magnos membrorũ artus,magna oſſa lacertosq;
Exuit,atq; ingens media conſiſtit arena.
Ac ſaltu in medium celeri ſe contulit heros,
Marte ferens arcum ingentem,pharetramq; ſagittis
Et iaculis grauidam,citus hinc uelocia tela
Ante pedes fudit,dixitq; ſonantia uerba:
Cædes procorum. *Hactenus innocuè certamina tuta cruore,*
Et ſecura proci fuerant,ſine ſanguine fuſo.
Nunc aliam celeri metam contingere telo
Aggrediar,quam nemo alius fixiſſe ſagitta
Suſtinuit,telo ſi conſequar ipſe uolanti
Experiar,laudemq; deus mihi tradat Apollo,
Succedatq; meis nunc ardua gloria factis.
Sic ait,inq; ipſum telum contendit amarum,
Vlyſſes Antinoum bibentem in menſa ſagitta interfecit. *Antinoum,palmis conantem pocula iunctis*
Aurea,quæ fœlix habiliſq; ambiuerat anſa
Tollere de menſa,bibuliſq; mouere labellis,
Iamq; manu ut biberet uerſantem uina Lyæi,

Quan-

Quanquam nulla animo cædes occurrerat alto.
Quis'nam inter menſas ſolum,& conuiuia bacchi,
Vnum inter plures,uel ſi fortiſsimus armis
Ille foret ſæuis,auſurum triſtia facta,
Atq; necem ferro laturum crederet unquam?
Hunc fortis telo trans guttura fixit Vlyſſes,
Ac teneram ferro ceruicem elapſa ſagitta
Cuſpide tranſiuit,longeq; repulſa quieuit
Illa ſolo tandem.uerùm huic tum frigida ceruix
Inclinata ruit,manibus cecidere Lyæi
Pocula labenti:ſub gutture uulnus adhæſit.
Fiſtulaq; ad nares refluente cruore cucurrit
Craſſa uiri tepido,atq; incluſit ſanguine uitam
Vrgens uocis iter tenuis,menſasq; Lyæo
Impulit excuſsis pedibus.tum calcitrat atrox,
Effuditq; epulas longè,cereremq; relapſus,
Atq; aſſas carnes terram deiecit ad imam,
Sangine fœdatas. Subitò tum dira tumultu
Turba uirûm ſtupuit,poſtquam uidere cadentem,
Surrexere thronis cuncti clamore ruentes,
Atq; oculos uertunt paſsim,ſpectantq; nitentes
Parietes,nuſquam clypeos,haſtasq; ſub illis
Cernere erat ualidas,dextraq; capeſſere ferrum.
Immanesq; uiri flammato pectore & ore,
Increpitant iræ fortem crudelis Vlyſſem:
Sæue hoſpes,ſocios miſſa iaculare ſagitta? Proci in Vlyſſem.
Non ultrà hic alio noſtris certamine tectis
Contendes atrox,remanent te fata ſuperba.
Occumbens letho certo,qui funere regem
Merſiſti infœlix,quo non præſtantior alter

Induit arma Ithacæ iuuenum. iam præda iacebis
Vulturibus, ſæuæ lacerabunt membra uolucres.
Abſtinuere tamen, dum mortis neſcia cæcæ
Demiſiſſe neci nolentem credit, & errat
Heu ignara cohors Parcæ, ſortisq; futuræ.
At nondum norant dementes fata, necemq;
Nunc inſtare ſibi cunctis, atq; ultima rerum.
Quos toruè aſpiciens ſic eſt affatus Vlyſſes:

Vlyſſes ſe pcis manifeſtans, acriter ante cædem eos obiurgat

Impia turba, canes diri, nunquam ne putaſti
Me à Troiæ incolumem populo, Troiaq; profectum,
Venturum ad patrias ſedes, & limen auitum,
Dum laceratis opes tantas, & tecta Laertis,
Ac nuptam egregiam petitis me ſoſpite tædis,
Coniugiumq; meum, & connubia noſtra furentes
Ambitis turpes, famulas tenerasq; puellas
Stupratis ſæui, & uiolenta cubilia nymphis
Scanditis audaces, temnentes numen Olympi,
Cœlicolasq; alios, famamq; & turpia facta
Vlturos quondam. nunc cunctos aſpera fata,
Vos iam fata manent, ſupremaq; funera mortis,
Dum non ultores hominesq; deosq; timetis.
Sic ait: aſt illis trepida formidine pectus
Horruit, atq; nouus ſubitò metus occupat artus,
Feſtinantq; omnes quacunq; euadere mortem,
Huc illuc uoluunt trepidantia lumina uultu.
Illiq; Eurymachus iam reſpondere paratus

Eurymachus Vlyſsis ſupplex, omnia Antinoo imputat.

Solus uota mouens audet conſiſtere uoce:
Veniſti in patriam quoniam iam fortis Vlyſſes,
Tandem Ithacam ingreſſus, iuſta modò forte profaris,
Quæ fecere proci tectis, uiridesq; per agros,

Sæpe

Sæpe quidem iniuſtè meditati turpia facta.
Sed iacet ille quidem, caput horum, et cauſa malorum.
Is hæc conſuluit, non hæc connubia tantum
Et tædas cupiens, ſimul hic nos compulit audax.
Quærebat ſed longè aliud, quod Iuppiter altus
Nunc dedit euentu: nimirum ut regna teneret,
Atq; Ithacæ excelſæ muris, & mœnibus altis,
Et patriæ fœlix laxis moderamen habenis
Suſciperet uictor, celſa & regnaret in aula,
Vtq; tuum natum crudeli funere raptum
Sterneret inſidijs. nunc fatis concidit author,
Ipſe iacet. precor ô fœlix miſerere tuorum,
Parce tuis populis. etenim conſenſibus æqui
Poſthac reddemus preciumq; & munera larga:
Quicquid & epotum, patriaq; ſub arce comeſtum,
Reſtitui uolumus, uiginti quiſq; daturus
Sede boues noſtra: quin æs, aurumq; feremus,
Donec floreſcens læteris pectore toto:
Et potius mentis facias tibi gaudia blanda,
Quàm doleas ira nimis indignatus amara.
Hunc toruè aſpiciens, ſic turbidus infit Vlyſſes:
Non mihi ſi genitor quæcunq; reliquerit altus,
Quaſq; tenetis opes, quin & quæcunq; futuræ
Contingent quondam uobis, dederitis inertes,
Hic prius abſtineam tamen hanc à funere dextram,
Cædeq; deſiſtam, quàm dira hæc facta procorum
Vltus ero, & fuſo triſtes cum ſanguine pœnas
Sumpſero. nunc igitur liceat ſeu prælia ferro,
Et miſcere manu pugnas, ſeu terga dediſſe,
Moliriq; fugam, qui fata ſuperba, necemq;,

Vlyſſes procis ueniã denegat, eosq; ad bellum hortatur.

Parcas

Parcarumq́; cupit ſortem uitare ferocem.
At non hinc aliquem fugiturum triſtia fata
Arbitror. Hæc fatur: ſoluuntur frigore membra,
Et metus ipſe procos, atq; urget anhelitus oſſa.
Quis tunc Eurymachus rurſus ſic uoce profatur:
Eurymachus procos ad arma hortatur.
O' ſocij, haud unquam deſiſtet marte feroci,
Et dira pugnare manu, poſtquam impia ſumpſit
Tela, arcumq́; ferum neruo, grauidamq́; pharetram,
Quæ iacuere ſolo, transfiget pectora telo:
Donec nos letho cunctos demiſerit arcu.
Ergo agite ô ſocij, memores iam martis, & acres
Stringite iam gladios, & contrà obtendite menſas,
Aligeris acie nitida ceu tegmina telis.
Inq; illum denſi ferro teluſq; ruamus,
Turbaturi armis hunc extra limina pulſum,
Atq; extra portas arctum pellamus utrinq;,
Inq; urbem ſubitò magno clamore ruamus.
Et mox exurget per mœnia celſa tumultus,
Hicq́; manu infœlix iaculabitur ultima tela.
Sic ait, atq; enſem furibundus ſtrinxit acutum,
Ancipitiq; acie candentem uibrat, & atrox
Horrendum clamans ſaltu prorumpit in illum.
Quem ſequitur tenſo neruo porrectus Vlyſſes,
Miſſurus telum, ſub mammam pectus inerme
Traijcit, atq; alto telum pulmone reliquit
Trans epar infixum, ſtatuitq́; uolatile ferrum.
Eurymachus ſagitta ab Vlyſſe occiditur.
Ille cadens, dextra capulumq́; enſemq́; remiſit,
Lapſus humi exanguis, reuolutaq́; menſa repulſu
Decidit, & longè latices effudit aquarum,
Et pateras anſa lata, & ſpumantia baccho
Pocula

Pocula diſiecit prolapſus, & ore momordit
Sanguinolentus humum, & confectus corda dolore
Fronte ferit terram, atq; immani pondere preſſus,
Ille thronum quaſſans pedibus tum calcat utriſq;,
Calcitrat & moriens. tum nubes undiq; oborta eſt
Circa oculos, tenebræ & nigræ caligine denſa
Vrgent, æterna clauduntur lumina nocte.
Obuius aduerſoq; occurrit, ſeq; uiro uir
Contulit Amphinomus, uaginaq; eripit enſem,
Se opponens Ithaco, cui gloria cepta uigebat,
Si qua forte ſibi trans portas exitus alta
Arce foret tentat, ſed tergo inſultat Vlyßis
Proles Telemachus, uenientemq; occupat haſta
Ferrata longè. at penetrauit pectora cuſpis
Per medios humeros: ſonitum dedit ille ruina,
Horrendum ſtratus. iactis hic calcibus atram
Tundit humum expirans, & terram fronte cruentans
Verberat infœlix. ſoboles pugnacis Vlyßis
Accurrit ſubitò, liquitq; haſtile cruento
Amphinomo infixum, ueritus ne forte Pelaſgûm
Hic aliquis longa correpta protinus haſta
Inuadat, ſiue ancipitem conſurgat in enſem,
Seu capiti inſultans meditetur uulnera patris.
Ergo cito greſſu currens acceßit Vlyſſem,
Aßiſtensq; illi, celeri ſic uoce profatur:
O' pater, en clypeum, referamq; haſtilia bina,
Arma tibi properans, nec non caua tempora circum
Aere habilem galeam. ergo abiens mox induar arma,
Telaq; dehinc alia adijciam paſtoribus ipſe,
Eumæoq; ſimul noſtro, fidoq; ſubulco,

Amphinomũ interficit Telemachus, Vlyſſem aggreſſum.

Telemachus patri.

Armari

Armari præſtat,meliusq; occurrere marte
In ſigni ferro.cui ſic eſt fatus Vlyſſes:

Vlyſſes Telemacho.

I,ferq; arma citò,donec mihi marte ſagittæ
Præſto adſunt,ut me poßim defendere pugna,
Ne me bellantem ſolum extra limina ferro
Dimoueant.ſubitò genitori paruit acri,

Telemachus affert arma et clypeos.

Ingreßus thalamos,ubi plurima tela iacebant
Inclyta per pugnas,quatuorq; nitentia ſcuta
Hinc rapit,atq; octo præfixa haſtilia ferro.
Tum quatuor galeas duplicato ex ære micantes,
Et denſis criſtis,quas cauda extendit equina.
Hæc ſecum portans,patrem properauit ad acrem,
Seq; armis primò & fulgenti inſtruxerat ære
Corpora. tunc famuli pariter lucentibus armis
Induti,ſteterant prope regem pectore forti,
Cui uarijs pollet fœlix ſapientia rebus,
Conſilijsq; tenax.qui donec lucida tela
Auxilio fuerant,iuuenes iaculatus inermes,
Hic aliquem ſemper media proſtrauit in aula.
Acria tela uolant,non ullum dextera fruſtra
Torſerat in Graios,iaculis ſternebat inertes,
Aſper acerba tuens,confertim turba cadebat.
Quotq; emißa manu contorſit ſpicula forti,
Tot cecidere uiri: ſed poſtquam miſſa ſagitta
Defecit regem,iaculantem ſede ſub alta,
Ad murum inclinat pharetramq; arcumq; remiſſum,

Vlyſſes in reliquos ſe armat.

Quà paries aulæ ſplendet.tunc induit arma,
Atq; humeris clypeum,quatuor cui tergora denſa
Ambibant oras, capiti quoq; ponit equina
Hinc habilem cauda galeam fortißimus heros.

Tum

Tum rapuit binas haſtas, horrentia tela,
Aereq; præfixo ualidas, ac deſuper altæ
Nutabant criſtæ, galeaq; hirſutus equina
Aere caput fulgens ſtabat. ſed ianua muris
Addita præruptis fuerat, quà ſemita celſa
Ad populum ducit longè ſub limina cæca
Vltima, quæ tabulis obducta extabat in arce,
Subq; pauimentum ſedis datur exitus altus.
Hanc portam Eumæo fortis commiſit Vlyſſes,
Vt datus huic cuſtos forti ſtatione maneret.
Parte alia exhortans Agelaus uoce profatur:
O' ſocij, precor ô ſi aſcenderet alta feneſtris, Agelaus procis.
Nunc aliquis celeri præcurrens hoſtia greſſu
Dicturus uulgo, ut citò clamor in urbe reſultet,
Et ſtrepitus fiat, ſupremaq; tela ſagittis,
Ille manu tandem ſæuis iaculetur in armis.
Caprarum cuſtos cui uoce Melanthius effert: Melanthius Agelao.
Haud Agelae licet, ſiquidem arctior aula receſſus
Anguſtos præbet, quà portæ ducit in auras
Exitus ad uulgus, tenuis quà ſemita tendit,
Arctatæq; ferunt fauces, aditusq; maligni,
Vt facile unus, erit ualidis modò fortis in armis,
Propugnans iaculis queat hic prohibere ruentes.
Arma feram potius thalamo dirrepta, nec ipſe
Arbitror hæc alibi inſidijs poſuiſſe furentes
Dulichium & natum. dicens, aſcendit ad altum
Hinc thalamum ſcalis, & aperta armaria Vlyßis,
Ac bis ſena tulit tum ſcuta latentia tergis, Arma procis ex armario Melanthius defert.
Atq; haſtas totidem, & galeas ex ære micantes,
Hirſutasq; coma denſa, & properauit in aulam.

Tela

Tela procis geſtans.genua hic ſoluuntur Vlyßis,
Et pectus languet:poſtquam fulgentia uidit
Induere arma uiros,uibrareq; tela lacertis,
Atq; haſtas longas.res ardua uiſa repentè,
Vlyſſes Telemacho. Mox ſic affatur natum: Chariſsima proles,
Eſt aliqua ut uereor,ſi qua eſt,quæ præparat arma,
Atq; acuit martem nos contra infenſa per arcem,
Seu dirus clypeos & tela Melanthius effert.
Telemachus culpam in ſe transfert. Telemachus contrà eſt gemitus ſic uoce loquutus:
Ipſe ego cauſa fui pater ô mœſtiſsima rerum.
Erraui,fateor,reſeratas poſtibus altis
Deſerui ualuas thalami.namq; ocyus amens
Excurri.nemo eſt,horum ſum cauſa malorum.
Aſt illi melius ſcrutati armaria celſa,
Tuq; Eumæe precor propera,thalamumq́; recludę,
Reclinans ualuas.quin ipſe intende puellis
Hic animum;ſi qua eſt quæ talia uiribus audet,
An Dolij(ut reor) eſt proles inuiſa Melantheus.
Sic illi.aſt iterum laturus tela Melantheus,
Ingreſſus thalamum:ſed noſcens uoce ſubulcus,
Talia Dulichio exclamat,namq; arma fragore
Eumæus Vlyſsi. Senſerat efferri:Proles Laertis Vlyſſes
Conſilio inſignis,ſummi Iouis inclyta fama,
Ille quidem thalamos intrat,quem remur,acerba
Peſtis.at ipſe refer,num mittam in tartara ferro
Deuictum,ſi utar forſan melioribus armis:
An potius retraham captum,ut cum ſanguine pœnas
Ille luat ſæuus tandem pro talibus auſis,
Et ſcelere? hic toties ſub tecto ſedis auitæ
Sæua tuo admiſit.cui ſic conſultus Vlyßes:

Hic

Hîc ego cum nato tumidos arcebimus infrà
Aulaï limen ferro ſuper arma ruentes
Arce procos. iterum properate, pedeſq; ligate.
Et poſt terga manus thalami intra limina raptum
Voluite, dehinc ſolido ualuas occludite ferro.
Adnexumq; illum nodis ſub poplite ahenis
Deflexis, alta & ſuſpenſum membra columna
Vſq; trabes denſas aggreſsi ſtringite fune:
Nempe diu ut uiuens, triſtes ſub corde dolores
De trabe ſuſpenſus geminet. ſic fatus: at illi
In thalamum properant poſt regia dicta bubulci.
Ille autem ignarus quærebat tela ſub alto,
Armaq; bellorum thalamo. prope limen utrinq;
Conſiſtunt. cum ſe referens ad limina rurſus
Hinc ageret ſubitò caprarius arma ferendo,
Lucentem galeam dextra, clypeumq; ſiniſtra
Antiquum, & latum, & nigrum fuligine denſa,
Puluereumq; manu, quondam Laertius heros
Geſtauit iuuenis, nullo ſplendore iacebat
Iam tum neglectus, reſolutaq; lora fatiſcunt.
Ergo inuadentes illum cepere ſub ipſis
Poſtibus, arreptumq; comas traxere nefandas,
Illiſumq; caput terræ ſtrauere pauentem,
Multum indignantes, motiq; dolore ruebant.
Tum poſt terga manus ſubitò uincire, pedeſq;
Duris accelerant uinclis, nodiſq; retortis,
Vt Laerte ſatus mandarat dius Vlyſſes,
Multa mari paſſus. mox arctant membra cathena,
Inq; altam ſurſum pariter traxere columnam,
Ac trabibus iunctum citò ſuſpendere bubulci.

Paſtores deprenſum Melantheum in armamentario uinciunt, ac ſuſpendũt

QQ Tunc

Tunc Eumæus dit, uerbis ingreſſus amaris:

Eumæus ſuſpenſo caprario inſultat.

Hic noctem ſeruans recubes peruerſe Melantheu,
In molli lecto, ut fas eſt, des membra quieti:
Nec te, cum oceani fluctus Aurora relinquet,
Aurea ſede nitens prælara luce latebit,
Cum capras duces reparans conuiuia larga
Rure procis actas. tunc hic de fune pependit
Lethali. aſt illi nitidæ ferruginis arma
Induerant ſeſe. tunc appoſuere nitentes
Ad poſtes ualuas, greſſumq́; è ſede tulerunt
Ad regem ſubitò prudentem rebus Vlyſſem.
Hic pugna inſtabant ſpirantes robora Graij.
Hi quatuor bellum miſcent prope limina ferro,
Illi intus haſtas uibrant, pugnasq́; cruentas
Innumeri ac fortes ineunt. quos Pallas in armis
Mentoris acceßit corpus mentita Pelaſgi,
Omnia cui ſimilis fuerat uocemq́; coloremq́;.
Hac uiſa eſt fortis multum lætatus Vlyſſes:
Sis fœlix, inquit, noſtrosq́; hoc marte labores,
Ipſe leua, dirasq́; procul mihi pelle, tuiq́;
Sis memor hic socij, ut quondam dilectus amore
Sacra ſimul feci toties: æqualis ab annis,
Aequæuusq́; mihi fueras. ſic dixit, & illum
Credidit eſſe Deam, populum quæ ſeruat Athenis,
Vna ſalus genti. quam ſic inceßit ab aula
Horrendum exclamans immanis turba tumultu
Atq́; minis urgens. cum primis trux Agelaus
Voce Damaſtorides terret, multumq́; minatus
Increpitat: Ne te precor hic ô Mentor, Vlyſſes
Heu pugnare procis cogat, bellumq́; mouere,

Pallas auxilium Vlyſſi affert, Mentori aſſimilata.

Agelaus in Mentorem, ne Vlyſſi ſuppetias eat.

Auxiliumq́;

Auxiliumq́; ſibi nos contra ferre ruentes.
Sic reor, & factum noſtris ſucceßibus inſtat,
Vt primum letho, & triſti demiſimus orco
Hos ſimul, & nato genitoris funera mixta
Fecimus, his pariter quoq; te cædemus in armis,
Demiſſusq́; neci occumbes crudelibus umbris.
Quales mente ferox uoluis cum ſanguine pœnas,
En capite ipſe lues tectis Laertis in altis.
At poſtquam ueſtras uires uictricibus armis
Impulimus, quaſcunq; domiq; foriſq; tenetis
Res, rapiemus (ait) patrios ſpoliabimus agros,
Poſſeſſasq́; tibi paßim uiolabimus aruis
Diuitias, opibusq́; oppreßi addemus Vlyßis.
Quin nec uitales auras genus atq; nepotes,
Turrigeris Ithacæ patiemur carpere tectis.
Nec natos natasq́; tuas cum coniuge nota,
Poſthac uerſari patria nos urbe ſinemus.
Sic ait. at Pallas magis indignata minatur.
Quin etiam increpitans uerbis inceßit amaris
Dulichium: Haud uires ueteres, non robur Vlyſſes, Pallas Vlyſſem arguens, in procos excitat.
Non animus fortis, non nunc eſt illa iuuenta,
Quæ quondam fuerat, cum ſæuis Troibus arma,
Longaq́; mouiſti pro claris bella Mycenis,
Proq́; Helena Argiua, cui brachia candida lucent,
Ac genus eſt altum Therapnæo rege creatæ.
Pro qua pugnaſti toties tam fortiter, annis
Cæde nouem ſemper deuaſtans Troas in armis,
Totq́; uiros letho ſtrauiſti marte ſuperbo,
Sanguineam miſcens pugnam. Priameia magnis
Pergama lata iacent per te iam diruta muris.

Verſa eſt in cineres per te quoq; Troia iacentes.
Nunc poſtquam ad patriū populū regnumq; Laertis,
Diuitiaſq; patrum ueniſti ſoſpes ab undis,
Arce procos contra fortem pudet eſſe nefandos,
Ac luges hoſtes thalami proſternere letho
Tú ne procos dubitas, ferrumq; inferre coruſcum.
Huc ades ô mollis, noſtroſq; tuere labores.
Hic aßiſte mihi medium ruiturus in agmen.
Hic ſtes, ut uideas quàm ſæuos fulminet hoſtes
Dextera, uel qualem tibi Mentor in arma ruendo
Donet opem martis, ſociumq; aſpiret amorem
Alcimedes belli. dixit, nec diua receßit:
Nec tamen illa ſtatim dedit, ut uictoria marte
Plauderet, & fortem ſubitò recrearet Vlyſſem,
Quæ uariat bello ſortes mutabilis hora,
Procorum & Vlyſis pugna acerrima in aula. *Atq; anceps pugnas. potius tentabat Vlyſſem,*
Et celebrem natum, ſi quæ modò corpora uires,
Aut belli uirtus præſtantibus excitet armis.
Deinde trabem excelſam medijs ſub ſedibus ales
Irruit, & fugiens diuerberat aera pennis.
Sedit aui ſimilis, qualis pluuialis hirundo
Se locat in tecto, & cantu ſolatur amorem.
Agelaus. *Marte Demaſtorides hortans Agelaus ad arma*
Amphimedon. *Concitat arce procos, inter quos Amphimedonq;*
Piſandrus. *Piſandruſq; Polyctorides, Polybuſq; ſuperbus*
Eurynomus. Polybus. *Marte fero, Eurynomuſq;, Demoptolemuſq; rebellis:*
Demoptolemus. *Egregij bello, & pugnæ uirtutibus acres,*
Præcipuè fuerant, qui tum uitalibus auris
Veſcebantur adhuc, duro & certamine pugnas
Pro uita intrepidi, & tam ſæui martis obibant,

Quos

Quos arcus nondum domuit, crebræq́; ſagittæ.
Iam ſimul hortatus cunctos Agelaus in haſtam
Surgere: Iam ſocij precor ô defendite ferro,
Nunc equidem ille manus pugnis arcebit amaras. Agelaus hortatur procos ad necem Vlyſſis.
Vana quidem Mentor iactans acceſſerit armis.
Hi tamen ad poſtes ſoli per uulnera ferro
Deſerti pugnant. uos hic haſtilia longa
Mittite non omnes ſimul, at bis terna per auras,
Sex torquete manu iaculati rara per arma,
Si qua Dulichium transfigi Iuppiter altus,
Atq; ſequi famam dederit memorabile factum.
Nec metus ullus erit, ſi occumbet dirus Vlyſſes
Lapſus humi moriens: alios nec gloria belli
Extollit, nec erit martis timor acris in illis.
Sic ait. at cuncti iaculantes uiribus haſtas
Emittunt paribus, ceu iuſſerat ille: Minerua
Irrita tela dedit, fruſtrata uolatile ferrum.
Hic aulæ limen petijt, ferit ille recuſſo
Haſtili poſtes, atq; hoſtia denſa refringens
Traijcit infœlix, alio quoq; fraxinus ingens
Labilis ære graui uolat, atq; in pariete fixa
Vſq; tremens ſteterat. poſtquam euitauerat ictus
Hoſtiles ſibi fida cohors, ſic infit Vlyſſes:
O ſocij, iam tempus erit, iaculemur & ipſi Vlyſſes ſuos hortatur ad fortitudinem
In turmam hoſtilem, cuneosq́; per arma ruentes,
Qui nos hic ardent Acherontis tradere letho
Infandi. citius dicto iaculantur acutas
Hinc haſtas cuncti uoluentes lumina torua.
Tum Demoptolemum pugnantem fortis Vlyſſes, Procorum cędes Demoptolemi, Eu-
Euryadenq́; nepos clari Laertis acerbum

rades,Piſandri, Helati. Telemachus ſtrauit letho, Helatumq́; ſubulcus,
Piſandrumq́; boum paſtor ſub marte peremit.
Iamq́; ſolum cuncti mordebant ore uoluti
Sanguineum exanimes, & terram fronte premebant.
At reliqui ſubitò ſedis petiere receſſus,
Vſq; retro greſſus referentes. fortis Vlyſſes
Et ſocij inuadunt, haſtasq́; exanguibus illi
Excipiunt raptas, ſteterant quæ in corpore Graiûm
Per ſtragem ſenæ. tum turba hic uerſa procorum
Impetibus haſtas ualidis cum uiribus acres
Emiſere ſimul, quanquam deluſit inanes
Pallas, & emiſſas uacuas fruſtratur in auras.
Et iacula hic partim galea clypeoq́; reſultant
Irrita, deflexit partim ſtringentia corpus
Diua: ſed hic arcis poſtes, hic hoſtia denſa
Impulit, huic paries petitur, ſtetit haſta repulſa.
At non & muro portæ'ue infigitur altæ
Fraxinus ære grauis. natum perſtrinxit Vlyßis
Amphimedon, feriens tenui cum uulnere palmam,
Extremamq́; cutem ſtrictim præciderat ære.
Cteſippus longa clypeo ſuperattigit haſta
Eumæum, atq; humerum inſcripſit, ſed tranſuolat illa
Miſſa ferox, humeris qua ſurgunt tegmina ſumma,
In terramq́; cadit. tum rurſus fida ſuorum
Aere manus cautum circa bellantur Vlyſſem,
Telaq́; conijciunt: & turbant cominus hoſtem,
Fraxineasq́; haſtas præfixa cuſpide mittunt,
Inq́; procos audent iaculari haſtilia denſa.
Erymedon, Amphimedon, Poly- Eurymedonta ferit Troiæ populator Vlyſſes,
Amphimedonta pius natus, Polybumq́; ſubulcus,

Cteſippumq́;

Cteſippumq; boum paſtor trans pectora fixit,
Impellensq; ſono iacit, atq; ita fatur ab ore:
Heu Polytherſide, dictis aſſuete ſuperbis
Audax iactator, nunquid conuicia miſces?
Non equidem porrò fretus iuueniliter illa
Stultitia inſultes, & magna loquaris in arce:
Sed committe deis uocem, qui uiribus altis
Excellunt ualidi. paſtor te hoc munere, paſtor
Hoſpitij donat, pœnamq; ex ſanguine ſumit
Pro pede coniecto, quem diuo tradis Vlyßi,
Mendicaret opes paruas cum pauper in arce.
Sic ait inſultans curuantum paſtor acerbus
Cura boum, nactus ſpolia ampla Philætius hoſtis.
Vulnerat hic Ithacus prælongæ comminus haſtæ
Aere Demaſtoridem. iuuenis Leocriton armis
Altum Euenoriden, proles pugnacis Vlyßis
Vulnere transfixit, medium penetrauerat haſta
Per uentrem ferro. poſtquam impulit æra per exta,
Ille cadit pronus, concuſſa eſt pondere tellus.
Tota fronte ferit terram, ac uomit ore cruorem.
Tunc altè Pallas, quæ denſat funera bello,
Suſtulit excelſo crudelior ægida tecti
Culmine terrificam apparens. ob monſtra procorum
Turba tremit, ſubitaq; fuga celerare per arcem
Contendunt curſu: ueluti per florea rura
Denſa armenta boum uarians quæ mouerit œſtrum,
Palantesq; boues totis agitauerit aruis.
Ipſe ruens, ſequiturq; greges & turbat Aſilus,
Aſper, acerba ſonans, quo tota exterrita campis
Diffugiunt armenta, furit mugitibus æther

bus, Cteſippus, interficiuntur.

Agelai cędes, & Leocriti.

Comparatio

Concuſſus, ſyluæq́; & ſicci ripa fluenti.
Acrior hic æſtate noua, remorantibus aſtris
Cum iam ſole dies longos producere tractus
Aduentante ſolent. Verùm hos animoſus Vlyſſes
Alia comparatio. *Et ſocij inuadunt. ueluti cum plurimus ales*
Accipiter conturbat aues immanis adunco
Inſultans roſtro, pedibus rapit improbus uncis.
Libratis alis delatus montibus altis,
Atq; ſuper campos tranantes nubila pennis
Mactat aues trepidas: non uirtus ulla reſiſtit,
Nec fuga iam ſupereſt, lætantur & agmina præda
Venantum ſyluis. ſic impetuoſus Vlyſſes,
Et ſocij incurrunt ædes, & uerbere crebro,
Vulneribusq́; premunt, & ſparſa ſtrage procorum
Corpora deijciunt letho, gemitusq́; cadentum
Audiri longè, & ſuſpiria morte ſub ipſa
Ducuntur miſeris. medijs tunc undiq; tectis
Obruitur cædes, ſtrepit & caua tempora circum
Tinnitu galea, & pulſantur uerbere multo,
Vulneribusq́; caput. manabat & aula cruore
Vndiq; ſparſa uirûm rubeo. tum deniq; ſupplex
Leodes currens, genua implicat æger Vlyßis,
Admiſcetq́; preces, & uerba precantia dixit:
Leodes Vlyſſi ſupplicat. *O' Ithace, Heroum decus ô miſerere precantis,*
Et reuerere animam hanc oro: non ulla tuarum
Vt reor, hic quicquam me me fecíſſe pudendum
Eſt dictura. alios tenui quoq; ſæpe nefando
A' ſcelere hic prohibens: quanquam parère negantes,
Nec retinere manus poterant. nunc triſtia fata
Incurrere proci, & ſoluerunt ſanguine pœnas.

Aſt ego

Aſt ego qui fueram uates, & doctus aruſpex,
Inſons alitibus crudelis pœna iacebo.
Crimine namq; uaco, quia nulla eſt gratia facti,
Heu meritis porrò uenient obliuia longa.
Aſper acerba tuens tandem prorumpit Vlyſſes:
Dum te ſic uatem iactas, & ſæpe ſub aula Vlyſſes Leodi.
Hac fudiſſe preces, reditusq; ad dulcia rura
Eſſe mihi longè, ſed te connubia noſtra
Dilectumq; thorum ſubiturum, & coniuge natos,
Proh pudor ex noſtra ſperaſti perfide tandem?
Ergo non unquam fugies crudelia fata,
Funereamq; necem: ſic fatus, protinus enſem
Dextra corripuit facili, qui fortè iacebat. Leodes decollatur enſe: cæſi Agelai procorum principis.
Hunc Agelaus humi cæſus proiecerat, illo
Ceruicem ferijt mediam tum cominus ictu.
Cum galea longè iacuit caput ore loquentis
Puluere fœdatum, mixtoq; cruore. canorus
Terpiades cantor, Muſarum gloria, mortem
Phemius effugit, ſolitus cantare procorum
Inter amatorum cœtum, nec ſponte, coactus. Phemius Muſicus Vlyſſi ſupplex.
Tum citharam retinens blandā prope limina ſtabat,
Atq; animum partes anceps diuiſit in ambas.
An ne aula egreſſus ſacræ ſe ſiſteret aræ,
Quæ Iouis Hercæi tectis extructa uetuſtis
Laertis fuerat, nudoq; ſub ætheris axe,
Qua ſuper ipſe Ithacus quondam genitorq; Laertes
Crura boum toties rutilas adoleuerat ignis
Per flammas: genua an potius complexus Vlyßis
Oraret uitam. melior ſententia uiſa eſt
Talia uoluenti, genua attrectaret Vlyßis.

Blandam ponit humi citharam, prope pocula bacchi,
Atq; thronum iuxta argentoq; auroq; nitentem,
Quem uario aurati miſcent diſcrimine claui.
Procurritq; citus, breuiterq; ita fatur, & orat:
Hanc animam ſerua precor, & miſerere precantis.
Certè equidem extinctũ quondam et mea fata dolebis,
Si ſternens letho cantorem Acherontis ad undas
Miſeris inſignemq;, & amicum carmine Muſis
Aone Muſarum comitem, mihi carmina ſemper
Et citharæ cordi, numerosq; intendere neruis,
Semper equos atq; arma uirûm, pugnasq; canebam,
Mulcebamq; ſonis blandis hominesq; deosq;.
Laus Muſicę & artis poeticæ. *Sponte ego doctus eram, nulloq; docente ſonabam.*
Namq; deus ſacræ hæc inſpirat carmina menti,
Omnigenosq; ſonos, uaria & modulamina cantus.
Vtq; deus canto, nec cedo carmine Muſis.
Obtruncare caue uatis pia colla canentis.
Teſtor Telemachum, me non in regia tecta
Huc ueniſſe procis, petiturum pocula ueſtra
Sponte mea, aut aliud quicquam, ſeu munus habere
Poſcentem: uerùm cithara ad conuiuia læta
Me plures egere uiri, quis robora celſa
Præſtabant longè. dicentem talia natus
Dulichij audierat, celeriq; ita uoce profatur:
Telemachus Muſicum Phemium et Medontem præconem defendit. *Parce precor genitor, ne inſontem uulnere ſæuo*
Proſternas: neu tu mihi dira cæde Medontem
Præconem mactes. potius ſeruabimus illum,
Qui me olim puerum magno dilexit amore,
Impubemq; throno patrio curisq; fouebat.
Si modò non atrox inopina morte peremit

Siue

Siue ſuum cuſtos, ſiue ære Philætius acri,
Seu non occurrit tibi ſæua cæde furenti.
Sic ait. hunc trepidus perceperat auribus aſtans,
Namq; throno ſubter ſtratus corioq́; uolutus
Delituit, fugiens crudelia funera mortis.
Iamq́; throno emergit, corioq́; pateſcit aperto
Exutus pecudum cæſarum nuper in arce,
Telemacho audito ſubitò ſe proripit æger
Elapſus byrſa, qua tectus fugerat enſes, Medon ſub corio latuit.
Accurrensq́; citus circum genua implicat hærens
Telemachi, & ſubitas referebat pectore uoces:
Exclamans: Precor ô proles uictoris Vlyßis,
En ſupplex tibi ſum, retine ſuper arma ruentes:
Dicq́; patri, ne me furibunda concitus ira
Orantem lædat ferro, dum feruidus haſta
Ipſe procos mactat, qui res regniq́; labantis
Diuitias patrias lacerarunt arce Laertis,
Nec ſunt dignati ſtulti te regis amore.
Olli ſubridens Ithacus, ſic ore uicißim
Fatur: Fide Medon, natus te uulnere, natus
Liberat, incolumemq́; dedit. iam diſce reuoluens
Hæc, alijsq́; ſciens ſemper narrare memento,
Quàm ſit ſectari melius uirtutis honeſta, "
Quàm peccare malis, laudareq́; turpia facta: "
Vtq́; ſit utilior probitas, ſcelere uſq; nefando. "
Ergo exite domo, quà iungunt atria muros,
Atq; ſedete foris longè extra funera cædis,
Tuq́; Medon præco, atq; inſigni laude canendi
Candide cantor (ait) donec perfecero cædem,
Quæq́; inſtant operi. illi egreßi protinus aula

Iuxta aram magni Iouis aſſedere, uidentes
Hinc illinc oculis uerſis, cædemq; trementes
Aßiduò expectant. Sed tunc animoſus Vlyſſes
Interea partes oculos uertebat in omnes,
Perq; domos ibat diſpergens lumina circum,
Si quis adhuc lateat uiuus, qui fugerit atram
Inſtantem mortem, & non eluctabile fatum.
Aſpicit hic omnes cæſos, & puluere crines
Fœdatos paßim, & reuolutos ſanguine in alto,
Armaq; corporaq; & permiſtos cæde procorum
Seminecesq; ſolo, crudeli funere raptos.
Ceu denſi cumulo, quos curua in littora piſces
Retibus agricolæ traxere extra æquora cana
Multifidis, illi fluctus maris, atq; liquentes
Comparatio *Affectant undas Thetidis, funduntur arenis*
Littoreis trepidi. quis flamma Phœbus Eoa
Splendeſcens animam rapuit, merſitq; calore:
Sic tum cæde proci, mixtiq; cruore iacebant.
Dulichius natum affatur: Charißima proles
Vlyſſes Eurycleam accerſiri iubet poſt cædem procorum. *Telemache accerſas nutricem protinus arce*
Huc Eurycleam, ut dicam quæ pectora uerſet
Mens: ait, & natus patri parêre parabat.
Inde mouens portam, ſic eſt affatus amore
Nutricem: Propera, & greſſum iam profer anilem
Eurycleа uetus, priſco generata ſub æuo,
Quæ famulas ſeruas noſtris in ſedibus una.
Eia age, ſurge, ueni, genitor uocat inclytus aula.
Sic ait. illa cito greſſu accelerauit anili,
Ac referans ualuas arcis, prolemq; ſequuta
Dulichij exibat, lætansq; inuenit Vlyſſem

Inter

Inter cæſorum ſtragem, ferroq; caducos
Sanguine fœdatum, & condenſo puluere turpem.
Impaſtus ſtabula alta leo ceu ſæpe peragrans, Comparatio
Suadet enim ueſana fames, ſi forte uagantem
Nocte bouem obſcura deprendit ſæuus & atrox
Gramineo in campo, uorat, & tum concutit armos,
Et boue ſuccedit laniato feruidus agro,
Ac fremit impauidus, pectusq; genæq; cruore
Parte ab utraq; madent. tunc improbus ore cruento
Torua tuetur hians: ſic pugna ſæuus Vlyſſes
Deſuper ora pedesq; manusq; cruore rubenti
Hic fœdatus erat. poſtquam illa cadauera denſa,
Sanguinis & riuos multi conſpexerat amens,
Irruit hic ululans, dum facta horrenda uideret.
Hanc tamen, hanc Ithacus uetuit, tenuitq; ruentem.
Tunc hæc uociferans celeri ſic uoce profatur:

Tolle animos nutrix, nec differ gaudia noſtra, Vlyſſes Eurycleam prohibet cæſos procos deflere.
Ac reprime hunc fletum, atq; ululatus ora coerce.
" Non optare uiros fas eſt, quos ultor Olympus
" Et merito perdunt fato ſimul impia facta.
" Nec pietas, cæſis uoto expetijſſe profuſas
" Morte animas uitæ rurſus, quos Parca deorum
" Fataleſq; deæ domuere, ac turpia facta.
Temnebant etenim diuosq;, hominesq; per aulam.
Nemo quidem hos inter fuerat quoq; dignus honore,
Seu bonus huc petijt, ſiue huc malus hoſpes adiuit.
Hinc igitur turpes inopina morte perempti,
Funere tam ſæuo nota iacuere ſub aula.
Verùm age, & infandas ſtupro narrato puellas,
Quæ me cunq; meam molles riſere per aulam,

Contemptuq;

Contemptuq; fero ſceleratæ turpia facta
Admiſere procis. anus eſt ingreſſa profando:
Verum equidem fabor, ſoboles chariſſima. nymphæ
Quinquaginta intus, quæ ſint opera ipſa Mineruæ
Edoctæ nobis, tenues & carpere lanas,
Et ſeruire domus tectis, reuolutaq; penſa
Ducere, bis ſenæ turpe aſcendere cubile,
Concubitusq; procis thalamis iniere Laertis.
Sic pudor aufugit: quin me ſine honore puellæ,
Penelopenq; tuam pariter ſpreuere per arcem.
Telemachus nuper nitidis exceßit ephebis,
Et firmata uirum nunc ætas fecit ab annis,
Nec uim conceßit mater ſibi ferre puellis,
Imperioq; illas premere, aut punire proteruas.
Nunc ego conſcendam cœnacula lucida tectis,
Vxoriq; tuæ referam, cui membra quietè
Laxarunt diui, atq; inſomnia ſacra rigarunt.
Cui ſic Dulichius contrà: Ne mollibus illam
E lectis moueas. potius properare miniſtras
Ocyus huc iubeas, quæcunq; hic turpia facta
Molitæ fuerant, & ſtupra adiere nefanda.
Sic ait. ex aula nutrix celerauit aniles
Euryclea gradus, iußitq; exire puellas,
Exhortata diu. natumq;, piumq; ſubulcum,
Paſtoremq; boum uocat, & ſic fatur Vlyſſes:
Nunc efferre uiros cæſos, & funera mœſta
Incipite, & famulas eadem ſubijſſe iubete.
Tum purgate thronos pulchros, menſasq; liquore,
Spongiaq; ipſa bibax conſperſa foramine crebro
Arcis ligna lauet, proauita ſedilia regum.

Euryclea ancillas procis commixtas indicat.

Vlyſſes adduci ancillas iubet.

Iubet mortuos efferri.

Vtq;

Vtq; exornaſtis ſedes ex ordine lotas,
Tum famulas ductas aulaq; thronoq; Laertis,
Ad mediumq; tholi, celſæq; ad ſepta ligatas
Arcis, ibi gladijs turpes concidite nymphas,
Et longos uibrate enſes, & uiſcera dira
Haurite, atq; animas dextris effundite cunctis,
Vt ſic has Veneris capiant obliuia longa,
Quam peperere procis, mixtæq; libidine turpes
Concubitus paſſæ, furtoq; Cupidinis actæ
Conſeruere femur, tacitumq; iniere cubile.
Dixerat, & Nymphæ ueniebant agmine longo,
Et teneras luctu lacrymas fudere, ſinusq;
Fletibus implentes humectant flumine uultus.
Ac primùm cæſos iuuenes, & funera denſa Impudicæ famulæ cadauera procorum efferre cogũtur.
Cum lacrymis geſtant, clauſaq; ſub arce perempta
Porticibus longis poſuere cadauera tracta,
Conantes pariter. namq; ipſe ſequutus Vlyſſes
Mandarat. nymphæ cogente timore ferebant
Inuitæ funus, menſasq; ſedilibus altis
Egregias purgant undis. quin ſpongia denſa
Combibit humorem, diuerſa foramina replens
Aßiduis guttis. proles uictoris Vlyßis,
Atq; boum paſtor, palis, fidusq; ſubulcus
Radebant arcis ſordente rubentia tabo
Dura pauimenta, atq; nouis aſarota figuris.
Vt uerò ornarant ſedem, & ſolaria magna,
Educunt famulas aula, ſtatuuntq; ſub altum
Arce tholum, & clauſa firmi teſtudine muri
Incluſere uiri. trepidæ ſpes nulla ſalutis,
Nec fuga conceſſa eſt, nunquam effugiſſe licebat.

His

Impudicæ famulæ fornice incluſæ, laqueo ſuſpenduntur.

His ſuper effari proles incepit Vlyßis:
Haud equidem iſtarum pura hic effundere morte
Heu triſtes animas conor, nec ſanguine in alto
Prouoluam, quæ dira mihi matriq; pudicæ
Optauere ſimul, toties quoq; dicta nefanda
Effudere, procis ineuntes turpe cubile,
Concubitusq; uagos. dicens, tum fune columnæ
Suſpenſo è magna, quem traxit puppibus altis,
Innexasq; tholis extendit in aera nymphas,
Sublimesq; ſolo duxit, ne tangere plantis
Demiſſe terram poſſent. uelut arbore turdi
Extenſis uolucres alis, denſæq; columbæ
Confertim pennas quatiunt ſtridentibus alis,
Circumſepta loci anguſti ſub frutice denſo,
Et durum pennis nidi petiere cubile,
Conſiſtuntq; lenes frondoſo ex ordine ramo:
Sic illæ ſerie pendent, capita ardua funes
Et laquei nectunt circum ſua colla puellis,
Vt ſic crudeli ſuſpenſæ funere mortem,
Ac diris luerent fatum miſerabile pœnis.
Palpitat inde breui motu, pedibusq; tremiſcit
Turba puellarum moriens laquearibus altis,
Dum lethum properat. Mox ergo Melanthea fatis
Veſtibulum ante ipſum, atq; aulai candida tecta
Protractum lacerant, naresq; auresq; feroci
Præcidunt ferro, & genitalia rupta cruore
Extraxere uiro, canibusq; uoranda per arcem
Cruda dedere feris. ſtillabant inguina tabo:
Detruncantq; manus ambas immane, pedesq;.
Hunc ubi liquerunt laniatum corpore toto,

Comparatio

Melanthii mors.

Indignisq;

Indigniſq; modis lacerum crudeliter ora,
Ora manuſq; ambas, populataq; tempora raptis
Auribus, & truncas inhoneſto uulnere nares:
Abluere hinc fœdas properare manuſq; pedesq;.
Mox ad Dulichium perfecto funere greſſum
Contendunt pariter, qui ſic affatur anilem
Nutricem: Huc mihi fer anus ô chariſſima ſulphur
Atq; ignem, præſens tetri medicamen odoris.
Nam luſtrare domos, læſosq; adolere penates,
Ipſe paro. dehinc & connubia noſtra uocando,
Penelopen greſſus comitatam ferre puellis
Huc mandes, omnes ſubitò exhortata miniſtras. Penelope uocatur.
O ſoboles animo ſemper gratiſſima noſtro, Euryclea Vlyſsi.
Quàm nunc faris (ait) iuſtè, decet iſta loquutum
Vox regem eximium. lænam, tunicasq; decoras
Ipſa feram, laceris ne ueſtibus arce patentes
Circa humeros tectus ſedeas tam turpiter alta.
Ignis, ait, primùm, flammis mihi fiat, Vlyſſes.
Paruerat dicto, ſulphurq; ignemq; ferebat
Euryclea manu, dulcesq; exhalat odores.
His tunc ampla domus flammis adoleuit Vlyſſes Igni & odoribus luſtrantur ædes.
Tecta, thronumq; ducum. tunc ocyus Euryclea
Sedes exuperat nitidas, & culmen Vlyſſis,
Nuncia uirginibus referens hortamine blando.
Aſt illæ properant, tædas lucemq; ferentes
In manibus teneris, circumfuſæq; ſalutant,
Amplexæq; caputq; humerosq; manusq; tenentes
Oſcula dant regi, prædulceq; cepit Vlyſſem
His deſiderium. nam fletibus ora rigabat,
Multa gemens lacrymis, ut uiſas ordine nymphas

Agnouit,largoq́; humectat flumine uultus.

ARGVMENTVM LIB. XXIII.

Vxor Penelope lentum cognoſcit Vlyſſem,
Coniugis & dulcis pendet narrantis ab ore,
Erroresq́; ſuos,uariosq́; per æquora curſus.
Vtq́; deus ponti ſæuus tot adire labores
Impulerit fluctu uario,& tot uoluere caſus.
Tunc & Dulichius poſt tot iam funera,nato
Cumq́; ſuis famulis fugiens diſcedit ab arce,
Laertemq́; patrem petit,& ſua rura reuiſit.

ODYSSEAE LIBER XXIII.

Agnoſcit ueterem ſibi Penelopeia maritum.

INterea ad ſuperas ſedes ănus inclyta greſſus
Tendebat properans,dulciq́; excita cachinno,
Sed dictura ſuæ reginæ nuncia læta,
Coniugium tandem longo pòſt tempore fœlix
Aduenıſſe ſibi,& media conſiſtere ſede.
Nec iam genua labant,plantis ueſtigia firmat
Fida ſatis,uires adſunt,pedibusq́; ſupinis
Ipſa magis florens,præſtabant gaudia robur,
Confidens audet.ſupra caput aſtitit illi:
Eurycleã nũciat Penelopæ, Vlyſſem rediiſſe.
Surge,ait,ô tandem ſomno chariſſima nata,
Vt uideas oculis,quæ tota mente petebas,
Tot deſerta dies.uenit tibi dulcis Vlyſſes
Ille lares patrios ſoſpes,patriamq́; reuiſit.
Quanquam ſerò uenit,ſeram tamen ille procorum
Demiſit letho turbam,quæ tecta domorum,
Resq́; ſuas intus uaſtabat perdita luxu,

Vimq́;

Vimq́; ferebat ouans nato crudelior arce.
Quam ſic alloquitur rurſus regina Lacæna:
Chara mihi nutrix, quàm te fecere deorum
Inſanam turbæ? ſapientem reddere ſtultum,
Et mutare animos poſſunt, & uertere mentes,
Inſipidoq́; iubent ueniat ſapientia rerum.
Hi te læſerunt. fueras nam mente ſuperſtes
Ipſa prius ſana. cur iam me lædis amore
Voluentem curas, cruciatam corda dolore?
Cur dulci gaudes adeò me excire ſopore,
Talia dum narras? ſomni gratiſſima dono
Me tenuit requies tenebris & lumina texit
Vincta ſopore graui. nunquam me blandior atra
Nocte quies cepit, poſtquam mala Pergama Troiæ,
Troiæ infanda mihi petijt bellator Vlyſſes.
Quare age cede mihi, iam te deſcendere nutrix
Te iubeo, inq́; aulam rurſus te ferre patentem.
Si qua mihi ueniens narraſſet talia Nympha,
Quæ me cunq́; colunt aula, excuſſamq́; quiete
Mouiſſet, ſubitò diris ego concita uerbis
Egiſſem miſeram poſtremi ſe abdere tectis.
Sed tibi iam prodeſt anus hic tam curua ſenectus.
Euryclea iterum ſic eſt exorſa: Reuenit
Dulichius tandem, patriosq́; ingreſſus in agros.
Nec te lædo quidem, proles chariſſima uenit,
Vt narro, redijt: ſi neſcis, hoſpes in arce
Ille quidem fuerat, quem ſcis, contemptus adibat
Hic cunctos: omnes illum riſere per arcem.
Quanquam Telemachus iam pridem nouerat illum,
Sed bene cautus erat, celans genitoris in aula

Penelope Eurycleæ.

Euryclea Penelopę affirmat, regem Vlyſſem rediiſſe.

Conſilia, ut fortis crudelia facta procorum,
Vimq; ultus fuſo puniret ſanguine uictor.
Nympha thoro ſalijt, pertentant gaudia pectus,
Atq; amplexa illam blandè, colloq; pependit
Illacrymans, oculis ſtillabat plurima gutta.
Ac tum uociferans nutricem affatur, & inquit:

Penelope amplectitur nutricem Eurycleam ob nũcium.

Eia age, fare mihi, an uerè nunc uenerit ille
Ad patrias oras Ithacæ, dulciſſima nutrix.
Dic quibus auxilijs, quibus hic inuaſerit armis
Ipſe procos ſolus, qui denſi ſemper in arce
Coniuncti fuerant, nulloq; pudore manentes
Intus libabant ſpumantia pocula bacchi.
Euryclea illi rurſus ſic orſa profatur:

Euryclea Penelope.

Non oculis uidi cædem, non auribus hauſi,
Sed gemitum audiui triſtem, ſonitumq; cadentum,
Cæſorumq; procul dira ſuſpiria morte.
Nos in ſeceſſu thalami, tectisq; ſedentes,
Mirabamur opus tantum, inter ſpemq; metum q;
Incluſæ tabulis prius intra clauſtra domorum,
Quàm me Telemachus præcluſa exciuerat arce.
Namq; illum genitor me miſerat ire uocatum.
Ergo egreſſa, inter crudelia funera Vlyſſem,
Atq; inter ſtrages, & cæſa cadauera ſolum
Inueni ſtantem. ſed circà fronte premebant
Extructa hic lapide exciſo prædura cruenti
Cæde pauimenta heu iuuenes, heu mœſta caterua,
Commixtiq; ſuo pertecta cruore iacebant.
O regina, tuum ſi uideris arce maritum,
Hoſtis uictorem, floreſces pectora læta,
Tum ſanie eximios fœdatum puluere crines

Sanguine

Sanguine permixto cernes,ut cæde leonem
Vaſtantem pecudes,immaniter enſe maritum.
Aſt arcis cæſi pariter prope limina celſæ
Procumbunt omnes.uerùm iam uictor Vlyſſes
Clarus,odoriferis flammis adolere penates,
Atq; domos nitidas,pulchræ & penetralia ſedis
Apparat, incendens ignes crepitante fauilla.
Meq; iubet ſibi dilectam te accerſere amore.
Nunc ſequere,ut dulci faciatis gaudia corde,
Incolumes poſt tot curſus,Troiæq; labores,
Et mala multa,diu quæ quondam paſſus uterq;
Infœlix fuerat,longo pòſt tempore tandem
Iam deſiderium ſequitur ſua uota capeſſens.
En uiuus redijt tibi,iam te ſoſpite coniunx
Contigit incolumis notos ſua tecta penates,
Teq; piamq; domum,ſobolemq; inuenit amantem:
Molitosq; nefas omnes,cædemq; nefandam
Aedibus ipſe procos ſternens,ex ſanguine pœnas
Sumpſit,& in patria deuicit fortiter aula.
Cui ſic Penelope: Ne ſic chariſſima nutrix
Hæc fruſtra iactes,dum nos deludis, & arte
Extollis riſus.ſcis quàm quoq; gratus in oras
Delatus patrias foret hic nunc omnibus arce
Apparens,uerùm ante alios natoq;,mihiq;,
Quem nos huic patriæ decus hoc generauimus ambo.
Nec perhibes uerum,quiſquis fuit ille deorum,
Hic aliquis letho turbam dedit arce ſuperbam,
Qui ſtupuit ſcelus hoc,& facta nefanda procorum,
Quæ cruciant animum,nec dignabantur honore,
Nec coluere homines ullos,quos terra creauit.

Leoni Vlyſſes cõparatur

Penelope credere Vlyſſem rediiſſe uix poteſt.

Seu iuſtus,ſeu illos unquam peruerſus adibat,
Illis ſpretus erat,nullo diſcrimine agebant.
Ergo dedere ſuo dignas cum ſanguine pœnas
Pro ſcelere. At coniunx quondam mihi dulcis Vlyſſes
Occidit,in patriam reditus fortuna negauit.
Haud unquam in terras remeabit Achaidos altæ.
Euryclea parat contrà reſponſa loquutæ:

Euryclea nititur Penelopę perſuadere Vlyſſem rediiſſe.

O' mea nata,inquit,quæ'nam uox excidit ore,
Ore tuo,& dentes extra dimiſſa pererrat?
Quem nunquam reris uenturum in patria rura,
En nunc ipſe foco reſidet tibi ſoſpes ab undis
Aequoris ereptus.dubiam ſub pectore mentem
Quid uerſas ſemper,rerum nec credula famæ?
At manifeſta tamen,ſi neſcis,ſigna docebo.
Ipſa cicatricem,niueo quam dente recepit,
Cum ſpumantis apri percuſſus uulnere ſæuo
Procubuit quondam,uidi,cum fonte lauarem
Ablueremq́; pedes illi.tum deniq; uoce
Hoc tibi narraſſem,ſubitis inconcitus ille
Inuadens manibus tenuiſſet fortibus ora,&
Dicturam prohibens,animi prudentis Vlyſſes,
Conſilijs cautus.ſequere hac regina meantem.
Spondeo,ne dubita,quin me tibi trado,receptam,
Si te decipio,crudeli funere mactes,
Ac miſero exitio perdas,& morte peremptam
Extinguas penitus. Cui ſic regina loquuta eſt:

Penelope Eurycleæ.

Arduà, crede mihi,res eſt,gratiſſima nutrix,
Sis licet & rerum uariarum gnara, deorum
Conſilia,& tectam rebus perdiſcere mentem,
Qui nunquam nati,nullaq́; parente fuerunt,

Sed

Sed tamen extiterant ſemper per ſecula cana.
Attamen ad natum pariter tendamus,ut illic
Morte procos cæſos uideamus uulneris atri,
Quiſq; illos triſti pugnando funere merſit.
Sic ait,atq; arcis tectis deſcendit ab altis,
Multa animo uoluens,an quæreret eminus aſtans,
Affariq; uelit dulcem procul ipſa maritum:
An petat amplexus,& figeret oſcula blanda
Et capiti & manibus propior.tunc intrat, & aulæ
Exuperat lapide extructa hic aſarota uetuſto.
Hinc aduerſa uiro flammæ ſplendore reſedit,
Alter ubi paries ſurgit.ſed fortis Vlyſſes
Deſpectans oculis terram,nixuſq; columna
Immani,expectans illam,tum fortè ſedebat,
Donec ſuſtineat coniunx regina profari.
Vt uerò aſpexit,tacitè obſtupefacta reſedit: Penelope ſubdubitás accedit ad Vlyſſem.
Nam ſtupor inuaſit mentem.tunc clarior illum
Aſpiciens oculis ultro quandoq; uidebat,
Interdum laceras cernens in corpore ueſtes
Ignorabat.at hanc natus ſic increpat ore:
Chara parens, inquit,crudelis tu quoq; mater, Telemachus matrē obiurgat quod nō agnoſcat Vlyſſem.
Infœlix certè,quæ corda ferocia nutris.
Tune obtuſa adeò geſtas modò pectora mater?
Cur diſiuncta fugis patrem,cur iungere dextram
Non datur, ac ueras audire & reddere uoces?
Nec iuxta reſidens uario ſermone requiris,
Dura nimis, qua non patientior altera terris
Abſtinuiſſe uiro,qui poſt tot funera Troiæ,
Poſt uarios tandem terraq; mariq; labores,
Oras uiceno patrias iam contigit anno,

Tot longo pariter luſtris labentibus æuo.
Aſperius lapide,& pectus tibi durius acri
Eſt ſaxo.contrà ſic Penelopea loquuta eſt:

Penelope Telemacho.

Obſtupuere animo mirantia pectora nate,
Nec ſtupor effari ſinit hic,nec quærere uoce:
Et uultus pudet ignotos,atq; ora tueri.
Si tamen hic fuerit coniunx,& ſoſpes Vlyſſes
Contigit ille lares,dabitur cognoſcere uultus
Inter nos melius,patria & noſcemur in arce.
Sunt manifeſta mihi,aſt alijs incognita,ſigna:
Quæ ſoli ſcimus.dixit:tum dius Vlyſſes
Molliter hic riſit,quamuis diſcrimina longo
Multa mari paſſus,uerbis affatur amicis

Vlyſſes Telemacho queritur de matris pertinacia.

Telemachum: Moneo dudum chariſſime nate,
Hanc ſine me tentet,porrò cognoſcet amantem
Dulichium melius.nimirum ſordeo pauper,
Et iam diſpliceo,laceras dum corpore ueſtes
Induor.ergo mei nulla eſt reuerentia matri,
Coniugiumq́; ſuum ſpernit,regemq́; recuſat.
At nos interea dubijs in rebus habere
Conſilium porrò ſoli pergamus in arce,

Comparatio

Vt bene ſuccedat.profugus diſceßit ab oris
Sæpe aliquis fugiens,cum cædem fecit in urbe,
Demiſitq́; uirum letho,cui rara caterua,
Et conſanguinei tenues,quos ferre decebat
Auxilium feſſo,linquens tam dulcia rura,
Affinesq́; ſuos,patriamq́; & coniugis arua,
Dat ſua terga fugæ.ſed nos Phlegethontis ad undas
Miſimus inſignes iuuenes,pubemq́; ſuperbam,
Qui columen fuerant urbis,uirtutibus omnes

Anteibant

Anteibant alios Ithacæ, & præſtantibus armis.
Conſule nate precor. ſedato corde loquutus
Infit Telemachus: Pater ô dulciſsime, cura — Tel. patri.
Iſta tua eſt, pater ô ſ:ſsis tu conſule rebus.
Te te conſilijs memorant clareſcere terris,
Quîs non uſquam alius tecum contenderet orbe.
Hæc tibi palma datur. nos prompti ueſtra ſequemur
Conſilia, ô pater, & nihil hic uirtutis egentem
Te reor eſſe, equidem tua magna potentia rerum.
Cui pater ingreditur patiens in rebus Vlyſſes — Vlyſſes Telemacho.
Afflictis: Referam quæ ſit ſententia menti
Optima, iam primùm puros nos fonte lauate,
Tum ſuper induti ueſtes ô fida meorum
Turba mihi, & famulas uelamina ſumere nymphas
Lota iubete uiri. ſed dulci Muſicus arte
Ipſe ſacer Phœbo cithara præludat amœna,
Et cantu reſonet blando, dulceſq; choreas
Præcedat modulans. Si quis perceperit aure
Extra arcis muros, tædas lætoſq; hymenæos
Intus agi credat, ſeu curſu forte uiarum
Ille meat ſtratis, habitat ſeu mœnia circa.
Ne prius hanc cædem mihi nuncia fama per urbem,
Quàm nos egreſſi patrios ueniamus in agros,
Qui nobis frondent arbuſtis undiq; denſis,
Deferat occiſæ turbæ ſub mœnibus arcis:
Hic ubi concordes, ſi quid dat Olympius altus
In mentem nobis, tum conſultabimus unà.
Sic ait. aſt illi dicto parêre parabant.
Ac tepidis undis loti, uelamine corpus
Induerant nitido. citharam tum cantor amœnam

Nuptias in arce & choreas propter populi tumultū Vlyſſes ſimulari iubet.

Accipiens, numeris ſeptem diſcrimina uocum
Perſonat, atq; illis modulans immiſit amorem
Tam dulcis citharæ cantus, blandæq; choreæ.
Fit ſtrepitus, ſonitusq; pedum, feruente chorea.
Dum læti exercentq; choros, ſaltantq; iocoſe
Commixti iuuenes ludo, teneræq; puellæ,
Zonis præcinctæ nitidis, quas fibula nectit,
Iamq; aliquis cantus qui ceperat auribus, inquit
Extra aulam: Cultos multorum infauſta penates
Penelope liquit, ſpes inuidioſa procorum.
Heu formam inſignem toties, totiesq; petitam
A' plus mille uiris, aliquis iam duxit amantum
Reginam in thalamum, tædasq; Hymenææ iugales
Concutit: heu miſeram, quæ non tantiſper amœnas
Arces ſeruauit primi bene caſta mariti,
Donec Dulichijs ratibus ueniſſet Vlyſſes.
Sic aliquis dixit: ſed non crudelia facta,
Et ſtragem iuuenum, miſerandaq; funera norat.

Vlyſſes balneo lotus regiis ueſtibus induitur.

Interea Eurynome regem penetralibus imis
Fonte lauabat aquæ, & regalia membra perunxit
Magnanimi regis, oleo labente per artus.
Tum lænam, atq; nouas ſplendentia corpora ueſtes
Induit exornans, quas circum purpura lambit.
Reſtitit hic Ithacus, claraq; in luce refulſit,
Os humerosq; deo ſimilis. namq; ipſa decoris
Affudit capiti ſpeciem, lumenq; iuuentæ,
Maioremq; illum Pallas mirabile fecit,
Excelſumq; humeris denſis, ceu floribus aruo,
Seu uiolis ſimilem, uiridi flauentibus agro,
Cæſariem criſpam, capitiq; afflarat honores.

Qualis

Qualis ubi floret medijs Hyacinthus in aruis: Comparatio.
Quale faber decus inſignis concluſit, & album
Argentum flauo forſan circumdedit auro.
Quem docuit cunctas Pallas & Mulciber artes,
Atq; opera egregia, quis gratia fudit amorem:
Sic decus huic humeris, capitiq; afflarat honorem
Diua. deo ſimilis linquebat balnea princeps,
Inq; throno ſedit: coniunx aduerſa ſedebat.
Cui ſic effudit Ithacus de pectore uoces:
Ante alias durum pectus tibi turba deorum Vlyſſes Penelopen uxorẽ incuſat, quod eum nõ agnoſcat.
Nymphas fecerunt, quibus eſt domus altus Olympus.
Heu miſeram, non ulla quidem tibi fœmina cedet
Duritie mentis, quæ ſic patienter amantis
Amplexu abſtineat. cum tot labentibus æuo
Iam luſtris redeat, patriæq; in dulcia rura
Viceno coniunx ueniat chariſſimus anno.
At tu ſterne mihi lectos gratiſſima nutrix,
Ferreus huic animus, ſunt ferrea corda moranti.
Surge, ſequar. tum ſic excepit regia Nympha:
Infœlix nec te coram contemno ſedentem,
Nec te adeò magni facio, nec miror in armis.
Non ignara equidem, qualis cum Pergama Troiæ
Ex Ithaca peteres, auectus puppibus altis,
Quas remi liquidis agitabant gurgitis undis
Prælongi, fueras. tamen Euryclea petenti
Sterne thorum denſum, thalamoq; cubile parato,
Atq; efferte illi ſpondamq;, thorumq; nitentem
Ponite, & egregium pluinar ſternite lecto, Penelope tẽtat Vlyſſem iam lotum, et regus ueſt.b. indutum.
Inſuper & pelles, lænaſq; & ſtragula picta,
Quæ quondam extruxit tabulis Ithacenſis Vlyſſes.

Contemptuq; fero ſceleratæ turpia facta
Admiſere procis. anus eſt ingreſſa profando:
Verum equidem fabor, ſoboles chariſſima. nymphæ
Quinquaginta intus, quæ ſint opera ipſa Mineruæ
Edoctæ nobis, tenues & carpere lanas,
Et ſeruire domus tectis, reuolutaq; penſa
Ducere, bis ſenæ turpe aſcendere cubile,
Concubituſq; procis thalamis iniere Laertis.
Sic pudor aufugit: quin me ſine honore puellæ,
Penelopenq; tuam pariter ſpreuere per arcem.
Telemachus nuper nitidis exceßit ephebis,
Et firmata uirum nunc ætas fecit ab annis,
Nec uim conceßit mater ſibi ferre puellis,
Imperioq; illas premere, aut punire proteruas.
Nunc ego conſcendam cœnacula lucida tectis,
Vxoriq; tuæ referam, cui membra quietè
Laxarunt diui, atq; inſomnia ſacra rigarunt.
Cui ſic Dulichius contrà: Ne mollibus illam
E' lectis moueas. potius properare miniſtras
Ocyus huc iubeas, quæcunq; hic turpia facta
Molitæ fuerant, & ſtupra adiere nefanda.
Sic ait. ex aula nutrix celerauit aniles
Euryclea gradus, iußitq; exire puellas,
Exhortata diu. natumq;, piumq; ſubulcum,
Paſtoremq; boum uocat, & ſic fatur Vlyſſes:
Nunc efferre uiros cæſos, & funera mœſta
Incipite, & famulas eadem ſubiiſſe iubete.
Tum purgate thronos pulchros, menſaſq; liquore,
Spongiaq; ipſa bibax conſperſa foramine crebro
Arcis ligna lauet, proauita ſedilia regum.

Euryclea ancillas procis commixtas indicat.

Vlyſſes adduci ancillas iubet.

Iubet mortuos efferri.

Vtq;

Vtq; exornaſtis ſedes ex ordine lotas,
Tum famulas ductas aulaq; thronoq; Laertis,
Ad mediumq; tholi, celſæq; ad ſepta ligatas
Arcis, ibi gladijs turpes concidite nymphas,
Et longos uibrate enſes, & uiſcera dira
Haurite, atq; animas dextris effundite cunctis,
Vt ſic has Veneris capiant obliuia longa,
Quam peperere procis, mixtæq; libidine turpes
Concubitus paſſæ, furtoq; Cupidinis actæ
Conſeruere femur, tacitumq; iniere cubile.
Dixerat, & Nymphæ ueniebant agmine longo,
Et teneras luctu lacrymas fudere, ſinusq;
Fletibus implentes humectant flumine uultus.
Ac primùm cæſos iuuenes, & funera denſa
Cum lacrymis geſtant, clauſaq; ſub arce perempta
Porticibus longis poſuere cadauera tracta,
Conantes pariter. namq; ipſe ſequutus Vlyſſes
Mandarat. nymphæ cogente timore ferebant
Inuitæ funus, menſasq; ſedilibus altis
Egregias purgant undis. quin ſpongia denſa
Combibit humorem, diuerſa foramina replens
Aßiduis guttis. proles uictoris Vlyßis,
Atq; boum paſtor, palis; fidusq; ſubulcus
Radebant arcis ſordente rubentia tabo
Dura pauimenta, atq; nouis aſarota figuris.
Vt uerò ornarant ſedem, & ſolaria magna,
Educunt famulas aula, ſtatuuntq; ſub altum
Arce tholum, & clauſa firmi teſtudine muri
Incluſere uiri. trepidæ ſpes nulla ſalutis,
Nec fuga conceſſa eſt, nunquam effugiſſe licebat.

Impudicæ famulæ cadauera procorum efferre cogũtur.

His

Hiſ ſuper effari proles incepit Vlyſsis:

Impudicæ famulæ fornice incluſæ, laqueo ſuſpenduntur.

Haud equidem iſtarum pura hic effundere morte
Heu triſtes animas conor, nec ſanguine in alto
Prouoluam, quæ dira mihi matriq; pudicæ
Optauere ſimul, toties quoq; dicta nefanda
Effudere, procis ineuntes turpe cubile,
Concubitusq; uagos. dicens, tum fune columna
Suſpenſo è magna, quem traxit puppibus altis,
Innexasq; tholis extendit in aera nymphas,
Sublimesq; ſolo duxit, ne tangere plantis

Comparatio

Demiſſe terram poſſent. uelut arbore turdi
Extenſis uolucres alis, denſæq; columbæ
Confertim pennas quatiunt ſtridentibus alis,
Circumſepta loci anguſti ſub frutice denſo,
Et durum pennis nidi petiere cubile,
Conſiſtuntq; lenes frondoſo ex ordine ramo:
Sic illæ ſerie pendent, capita ardua funes
Et laquei nectunt circum ſua colla puellis,
Vt ſic crudeli ſuſpenſæ funere mortem,
Ac diris luerent fatum miſerabile pœnis.
Palpitat inde breui motu, pedibusq; tremiſcit
Turba puellarum moriens laquearibus altis,
Dum lethum properat. Mox ergo Melanthea fatis

Melanthii mors.

Veſtibulum ante ipſum, atq; aulai candida tecta
Protractum lacerant, naresq; auresq; feroci
Præcidunt ferro, & genitalia rupta cruore
Extraxere uiro, canibusq; uoranda per arcem
Cruda dedere feris. ſtillabant inguina tabo:
Detruncantq; manus ambas immane, pedesq;.
Hunc ubi liquerunt laniatum corpore toto,

Indignisq;

Indigniſq; modis lacerum crudeliter ora,
Ora manuſq; ambas, populataq; tempora raptis
Auribus, & truncas inhoneſto uulnere nares:
Abluere hinc fœdas properare manuſq; pedeſq;.
Mox ad Dulichium perfecto funere greſſum
Contendunt pariter, qui ſic affatur anilem
Nutricem: Huc mihi fer anus ô chariſſima ſulphur
Atq; ignem, præſens tetri medicamen odoris.
Nam luſtrare domos, læſoſq; adolere penates,
Ipſe paro. dehinc & connubia noſtra uocando,
Penelopen greſſus comitatam ferre puellis
Huc mandes, omnes ſubitò exhortata miniſtras. Penelope uocatur.
O ſoboles animo ſemper gratiſſima noſtro, Euryclea Vlyſsi.
Quàm nunc faris (ait) iuſtè, decet iſta loquutum
Vox regem eximium. lænam, tunicaſq; decoras
Ipſa feram, laceris ne ueſtibus arce patentes
Circa humeros tectus ſedeas tam turpiter alta.
Ignis, ait, primùm, flammis mihi fiat, Vlyſſes.
Paruerat dicto, ſulphurq; ignemq; ferebat
Euryclea manu, dulceſq; exhalat odores.
His tunc ampla domus flammis adoleuit Vlyſſes Igni & odoribus luſtrantur ædes.
Tecta, thronumq; ducum. tunc ocyus Euryclea
Sedes exuperat nitidas, & culmen Vlyſſis,
Nuncia uirginibus referens hortamine blando.
Aſt illæ properant, tædas lucemq; ferentes
In manibus teneris, circumfuſæq; ſalutant,
Amplexæq; caputq; humeroſq; manuſq; tenentes
Oſcula dant regi, prædulceq; cepit Vlyſſem
His deſiderium. nam fletibus ora rigabat,
Multa gemens lacrymis, ut uiſas ordine nymphas

Agnouit,largoq́; humectat flumine uultus.

ARGVMENTVM LIB. XXIII.

Vxor Penelope lentum cognoſcit Vlyſſem,
Coniugis & dulcis pendet narrantis ab ore,
Erroresq́; ſuos,uariosq́; per æquora curſus.
Vtq́; deus ponti ſæuus tot adire labores
Impulerit fluctu uario,& tot uoluere caſus.
Tunc & Dulichius poſt tot iam funera,nato
Cumq́; ſuis famulis fugiens diſcedit ab arce,
Laertemq́; patrem petit,& ſua rura reuiſit.

ODYSSEAE LIBER XXIII.

Agnoſcit ueterem ſibi Penelopeia maritum.

INterea ad ſuperas ſedes anus inclyta greſſus
Tendebat properans,dulciq́; excita cachinno,
Sed dictura ſuæ reginæ nuncia læta,
Coniugium tandem longo pòſt tempore fœlix
Aduenïſſe ſibi,& media conſiſtere ſede.
Nec iam genua labant,plantis ueſtigia firmat
Fida ſatis,uires adſunt,pedibusq́; ſupinis
Ipſa magis florens,præſtabant gaudia robur,
Confidens audet.ſupra caput aſtitit illi:
Eurycleа nũciat Penelopæ, Vlyſſem rediiſſe.
Surge,ait,ô tandem ſomno chariſſima nata,
Vt uideas oculis,quæ tota mente petebas,
Tot deſerta dies.uenit tibi dulcis Vlyſſes
Ille lares patrios ſoſpes,patriamq́; reuiſit.
Quanquam ſerò uenit,ſeram tamen ille procorum
Demiſit letho turbam,quæ tecta domorum,
Resq́; ſuas intus uaſtabat perdita luxu,

Virumq́;

Vimq́; ferebat ouans nato crudelior arce.
Quam ſic alloquitur rurſus regina Lacæna:
Chara mihi natrix, quàm te fecere deorum
" Inſanam turbæ? ſapientem reddere ſtultum,
" Et mutare animos poſſunt, & uertere mentes,
" Inſipidoq́; iubent ueniat ſapientia rerum.
Hi te læſerunt. fueras nam mente ſuperſtes
Ipſa prius ſana. cur iam me lædis amore
Voluentem curas, cruciatam corda dolore?
Cur dulci gaudes adeò me excire ſopore,
Talia dum narras? ſomni gratiſsima dono
Me tenuit requies tenebris & lumina texit
Vincta ſopore graui. nunquam me blandior atra
Nocte quies cepit, poſtquam mala Pergama Troiæ,
Troiæ infanda mihi petijt bellator Vlyſſes.
Quare age cede mihi, iam te deſcendere nutrix
Te iubeo, inq́; aulam rurſus te ferre patentem.
Si qua mihi ueniens narraßet talia Nympha,
Quæ me cunq; colunt aula, excuſſamq́; quiete
Mouiſſet, ſubitò diris ego concita uerbis
Egiſſem miſeram poſtremi ſe abdere tectis.
Sed tibi iam prodeſt anus hic tam curua ſenectus.
Euryclea iterum ſic eſt exorſa: Reuenit
Dulichius tandem, patriosq́; ingreſſus in agros.
Nec te lædo quidem, proles chariſsima uenit,
Vt narro, redijt: ſi neſcis, hoſpes in arce
Ille quidem fuerat, quem ſcis, contemptus adibat
Hic cunctos: omnes illum riſere per arcem.
Quanquam Telemachus iam pridem nouerat illum,
Sed bene cautus erat, celans genitoris in aula

Penelope Euryclex.

Euryclea Penelopę affirmat, regem Vlyſſem rediiſſe.

Sanguine permixto cernes,ut cæde leonem
Vaſtantem pecudes,immaniter enſe maritum.
Aſt arcis cæſi pariter prope limina celſæ
Procumbunt omnes.uerùm iam uictor Vlyſſes
Clarus,odoriferis flammis adolere penates,
Atq; domos nitidas,pulchræ & penetralia ſedis
Apparat, incendens ignes crepitante fauilla.
Meq; iubet ſibi dilectam te accerſere amore.
Nunc ſequere,ut dulci faciatis gaudia corde,
Incolumes poſt tot curſus,Troiæq; labores,
Et mala multa,diu quæ quondam paſſus uterq;
Infœlix fuerat,longo pòſt tempore tandem
Iam deſiderium ſequitur ſua uota capeſſens.
En uiuus redijt tibi,iam te ſoſpite coniunx
Contigit incolumis notos ſua tecta penates,
Teq; piamq; domum,ſobolemq; inuenit amantem:
Molitosq; nefas omnes,cædemq; nefandam
Aedibus ipſe procos ſternens,ex ſanguine pœnas
Sumpſit,& in patria deuicit fortiter aula.
Cui ſic Penelope: Ne ſic chariſſima nutrix
Hæc fruſtra iactes,dum nos deludis, & arte
Extollis riſus.ſcis quàm quoq; gratus in oras
Delatus patrias foret hic nunc omnibus arce
Apparens,uerùm ante alios natoq;,mihiq;,
Quem nos huic patriæ decus hoc generauimus ambo.
Nec perhibes uerum,quiſquis fuit ille deorum,
Hic aliquis letho turbam dedit arce ſuperbam,
Qui ſtupuit ſcelus hoc,& facta nefanda procorum,
Quæ cruciant animum,nec dignabantur honore,
Nec coluere homines ullos,quos terra creauit.

Leoni Vlyſſes cõparatur

Penelope credere Vlyſſem rediiſſe uix poteſt.

Seu iuſtus,ſeu illos unquam peruerſus adibat,
Illis ſpretus erat,nullo diſcrimine agebant.
Ergo dedere ſuo dignas cum ſanguine pœnas
Pro ſcelere. At coniunx quondam mihi dulcis Vlyſſes
Occidit,in patriam reditus fortuna negauit.
Haud unquam in terras remeabit Achaidos altæ.
Euryclea parat contrà reſponſa loquutæ:

Euryclea nititur Penelopę perſuadere Vlyſſem rediſſe.

O' mea nata,inquit,quæ'nam uox excidit ore,
Ore tuo,& dentes extra dimiſſa pererrat?
Quem nunquam reris uenturum in patria rura,
En nunc ipſe foco reſidet tibi ſoſpes ab undis
Aequoris ereptus.dubiam ſub pectore mentem
Quid uerſas ſemper,rerum nec credula famæ?
At manifeſta tamen,ſi neſcis,ſigna docebo.
Ipſa cicatricem,niueo quam dente recepit,
Cum ſpumantis apri percuſſus uulnere ſæuo
Procubuit quondam,uidi,cum fonte lauarem
Ablueremq; pedes illi.tum deniq; uoce
Hoc tibi narraſſem,ſubitis inconcitus ille
Inuadens manibus tenuiſſet fortibus ora,&
Dicturam prohibens,animi prudentis Vlyſſes,
Conſilijs cautus.ſequere hac regina meantem.
Spondeo,ne dubita,quin me tibi trado,receptam,
Si te decipio,crudeli funere mactes,
Ac miſero exitio perdas,& morte peremptam
Extinguas penitus. Cui ſic regina loquuta eſt:

Penelope Eurycleæ.

Ardua, crede mihi,res eſt,gratiſſima nutrix,
Sis licet & rerum uariarum gnara, deorum
Conſilia,& tectam rebus perdiſcere mentem,
Qui nunquam nati,nullaq; parente fuerunt,

Sed tamen extiterant ſemper per ſecula cana.
Attamen ad natum pariter tendamus,ut illic
Morte procos cæſos uideamus uulneris atri,
Quiſq; illos triſti pugnando funere merſit.
Sic ait,atq; arcis tectis deſcendit ab altis,
Multa animo uoluens,an quæreret eminus aſtans,
Affariq; uelit dulcem procul ipſa maritum:
An petat amplexus,& figeret oſcula blanda
Et capiti & manibus propior.tunc intrat, & aulæ
Exuperat lapide extructa hic aſarota uetuſto.
Hinc aduerſa uiro flammæ ſplendore reſedit,
Alter ubi paries ſurgit.ſed fortis Vlyſſes
Deſpectans oculis terram,nixuſq; columna
Immani,expectans illam,tum fortè ſedebat,
Donec ſuſtineat coniunx regina profari.
Vt uerò aſpexit,tacitè obſtupefacta reſedit: Penelope ſubdubitās acceditq; Vlyſſem.
Nam ſtupor inuaſit mentem.tunc clarior illum
Aſpiciens oculis ultro quandoq; uidebat,
Interdum laceras cernens in corpore ueſtes
Ignorabat.at hanc natus ſic increpat ore:
Chara parens, inquit,crudelis tu quoq; mater, Telemachus matrē obiurgat quod nō agnoſcat Vlyſſem.
Infœlix certè,quæ corda ferocia nutris.
Túne obtuſa adeò geſtas modò pectora mater?
Cur disiuncta fugis patrem,cur iungere dextram
Non datur, ac ueras audire & reddere uoces?
Nec iuxta reſidens uario ſermone requiris,
Dura nimis, qua non patientior altera terris
Abſtinuiſſe uiro,qui poſt tot funera Troiæ,
Poſt uarios tandem terraq; mariq; labores,
Oras uiceno patrias iam contigit anno,

Tot longo pariter luſtris labentibus æuo.
Aſperius lapide,& pectus tibi durius acri
Eſt ſaxo.contrà ſic Penelopea loquuta eſt:

Penelope Telemacho.

Obſtupuere animo mirantia pectora nate,
Nec ſtupor effari ſinit hic,nec quærere uoce:
Et uultus pudet ignotos,atq; ora tueri.
Si tamen hic fuerit coniunx,& ſoſpes Vlyſſes
Contigit ille lares,dabitur cognoſcere uultus
Inter nos melius,patria & noſcemur in arce.
Sunt manifeſta mihi,aſt alijs incognita,ſigna:
Quæ ſoli ſcimus.dixit:tum dius Vlyſſes
Molliter hic riſit,quamuis diſcrimina longo
Multa mari paſſus,uerbis affatur amicis

Vlyſſes Telemacho queritur de matris pertinacia.

Telemachum: Moneo dudum chariſſime nate,
Hanc ſine me tentet,porrò cognoſcet amantem
Dulichium melius.nimirum ſordeo pauper,
Et iam diſpliceo,laceras dum corpore ueſtes
Induor.ergo mei nulla eſt reuerentia matri,
Coniugiumq́; ſuum ſpernit,regemq́; recuſat.
At nos interea dubijs in rebus habere
Conſilium porrò ſoli pergamus in arce,

Comparatio

Vt bene ſuccedat.profugus diſceßit ab oris
Sæpe aliquis fugiens,cum cædem fecit in urbe,
Demiſitq; uirum letho,cui rara caterua,
Et conſanguinei tenues,quos ferre decebat
Auxilium feſſo,linquens tam dulcia rura,
Affineſq; ſuos,patriamq́; & coniugis arua,
Dat ſua terga fugæ.ſed nos Phlegethontis ad undas
Miſimus inſignes iuuenes,pubemq́; ſuperbam,
Qui columen fuerant urbis,uirtutibus omnes

Anteibant

Anteibant alios Ithaca, & præſtantibus armis.
Conſule nate precor. ſedato corde loquutus
Infit Telemachus: Pater ô dulciſſime, cura — Tel. patri.
Iſta tua eſt, pater ô fiſſis tu conſule rebus.
Te te conſilijs memorant clareſcere terris,
Quîs non uſquam alius tecum contenderet orbe.
Hæc tibi palma datur. nos prompti ueſtra ſequemur
Conſilia, ô pater, & nihil hic uirtutis egentem
Te reor eſſe, equidem tua magna potentia rerum.
Cui pater ingreditur patiens in rebus Vlyſſes — Vlyſſes Telemacho.
Afflictis: Referam quæ ſit ſententia menti
Optima, iam primùm puros nos fonte lauate,
Tum ſuper induti ueſtes ô fida meorum
Turba mihi, & famulas uelamina ſumere nymphas
Lota iubete uiri. ſed dulci Muſicus arte
Ipſe ſacer Phœbo cithara præludat amœna,
Et cantu reſonet blando, dulceſq; choreas
Præcedat modulans. Si quis perceperit aure
Extra arcis muros, tædas lætoſq; hymenæos
Intus agi credat, ſeu curſu forte uiarum
Ille meat ſtratis, habitat ſeu mœnia circa.
Ne prius hanc cædem mihi nuncia fama per urbem,
Quàm nos egreſſi patrios ueniamus in agros,
Qui nobis frondent arbuſtis undiq; denſis,
Deferat occiſæ turbæ ſub mœnibus arcis:
Hic ubi concordes, ſi quid dat Olympius altus
In mentem nobis, tum conſultabimus unà.
Sic ait. aſt illi dicto parêre parabant.
Ac tepidis undis loti, uelamine corpus
Induerant nitido. citharam tum cantor amœnam

Nuptias in arce & choreas propter populi tumultũ Vlyſſes ſimulari iubet.

Accipiens, numeris ſeptem diſcrimina uocum
Perſonat, atq; illis modulans immiſit amorem
Tam dulcis cytharæ cantus, blandæq; choreæ.
Fit ſtrepitus, ſonituſq; pedum, feruente chorea.
Dum læti exercentq; choros, ſaltantq; iocoſe
Commixti iuuenes ludo, teneræq; puellæ,
Zonis præcinctæ nitidis, quas fibula nectit,
Iamq; aliquis cantus qui ceperat auribus, inquit
Extra aulam: Cultos multorum infauſta penates
Penelope liquit, ſpes inuidioſa procorum.
Heu formam inſignem toties, totieſq; petitam
A' plus mille uiris, aliquis iam duxit amantum
Reginam in thalamum, tædaſq; Hymenææ iugales
Concutit: heu miſeram, quæ non tantiſper amœnas
Arces ſeruauit primi bene caſta mariti,
Donec Dulichijs ratibus ueniſſet Vlyſſes.
Sic aliquis dixit: ſed non crudelia facta,
Et ſtragem iuuenum, miſerandaq; funera norat.

Vlyſſes balneo lotus regiis ueſtibus induitur.

Interea Eurynome regem penetralibus imis
Fonte lauabat aquæ, & regalia membra perunxit
Magnanimi regis, oleo labente per artus.
Tum lænam, atq; nouas ſplendentia corpora ueſtes
Induit exornans, quas circum purpura lambit.
Reſtitit hic Ithacus, claraq; in luce refulſit,
Os humeroſq; deo ſimilis. namq; ipſa decoris
Affudit capiti ſpeciem, lumenq; iuuentæ,
Maioremq; illum Pallas mirabile fecit,
Excelſumq; humeris denſis, ceu floribus aruo,
Seu uiolis ſimilem, uiridi flauentibus agro,
Cæſariem criſpam, capitiq; afflarat honores.

Qualis

Comparatio.

Qualis ubi floret medijs Hyacinthus in aruis:
Quale faber decus inſignis concluſit,& album
Argentum flauo forſan circumdedit auro.
Quem docuit cunctas Pallas & Mulciber artes,
Atq; opera egregia,quîs gratia fudit amorem:
Sic decus huic humeris, capitiq; afflarat honorem
Diua.deo ſimilis linquebat balnea princeps,
Inq; throno ſedit:coniunx aduerſa ſedebat.
Cui ſic effudit Ithacus de pectore uoces:
Ante alias durum pectus tibi turba deorum
Nymphas fecerunt,quibus eſt domus altus Olympus.
Heu miſeram,non ulla quidem tibi fœmina cedet
Duritie mentis,quæ ſic patienter amantis
Amplexu abſtineat.cum tot labentibus æuo
Iam luſtris redeat,patriæq; in dulcia rura
Viceno coniunx ueniat chariſſimus anno.
At tu ſterne mihi lectos gratiſſima nutrix,
Ferreus huic animus,ſunt ferrea corda moranti.
Surge,ſequar.tum ſic excepit regia Nympha:
Infœlix nec te coram contemno ſedentem,
Nec te adeò magni facio,nec miror in armis.
Non ignara equidem,qualis cum Pergama Troiæ
Ex Ithaca peteres,auectus puppibus altis,
Quas remi liquidis agitabant gurgitis undis
Prælongi,fueras.tamen Euryclea petenti
Sterne thorum denſum,thalamoq; cubile parato,
Atq; efferte illi ſpondamq;,thorumq; nitentem
Ponite,& egregium puluinar ſternite lecto,
Inſuper & pelles,lænasq; & ſtragula picta,
Quæ quondam extruxit tabulis Ithacenſis Vlyſſes.

Vlyſſes Penelopen uxorẽ incuſat,quod eum nõ agnoſcat.

Penelope tẽtat Vlyſſem iam lotum,et regus ueſt.b. indutum.

Sic

Si regina loquens, tentauerat arte maritum.
Tum ſic indignans uxorem affatur amantem,
Et dubias ſemper uoluentem pectore curas:
Cur adeò promis triſtes mihi fœmina uoces?
Quis'ue aliò noſtrum traxit mihi Nympha cubile?
Ardua res fieret, conanti talia. namq;
Nec faber inſignis, nec ſi Deus ipſe ueniret,
Hunc transferre thorum poßet, firmumq́; cubile.
Non uſquam uiuit terræ mortalis in aruis,
Nec ſi iam primùm uiridi pubeſceret æuo,
Qui thalamo ſpondam patriam remoueret auito,
Sunt quoq; præterea lecticæ ſigna uetuſtæ
Ingenti ſpecie, quam ſum fabricatus ab arte:
Nemo alius talem fecit. namq; arbor amœnis
Lata ſacræ patulis folijs florebat oliuæ
Intra ſepta arcis celſæ, frondesq́; comantes
Tendebat longè. truncus ceu magna columna
Denſus erat circum, conſurgens ſtipite craſſo.
Hunc circum poſui thalamum, ſaxisq́; reciſis
Extruxi murum, tectumq́; & culmina ſumma
Erexi. quin & ſtridentibus hoſtia clauſtris
Adieci, atq; comas longè creſcentis oliuæ
Præcidi folijs circum. tum deniq; truncum
Radices circa cædens faber arte poliui,
Et ferro egregiè exornans tum fulcra paraui
Alta: ſed hæc rexit ſcitè mihi linea ducta,
Quamq́; uſus docuit terebraui cuncta per artem.
Tunc alias partes lecticæ inſigniter auro
Mirifico uarians, ebore, argentoq́; poliui.
Extenſosq́; boum lecto, quos purpura funes

Splendi-

Vlyſſes iraſcitur reginæ ob animi duritiem.

Vlyſſes lectũ ſuum coniugalem deſcribit.

Aurata Vlyſſis lectica.

Splendida depinxit, rubeoq́; colore notauit,
Diſtrinxi quondam. certis ea ſigna figuris,
Hæc regina tibi narro: nec certior eſſe
Ipſe tamen poſſum, an mihi ſit lectica cubili
Firma loco ueteri, an ſucciſo ſtipite frondis
Hinc aliquis uiridis radice exegit oliuæ,
Atq; aliò lectum forſan traduxit Vlyßis.
Sic ait. aſt illi ſoluuntur frigore membra,
Pectoraq́;, ut ſignum lecto manifeſta notauit,
Vt ſibi rettulerat coniunx Laertius heros.
Tum uerò illacrymans greßu indefeſſa cucurrit,
Atq; manus illi, & circundat brachia collo,
Oſcula dat capiti prudens, & coniugis ori:
Parce ira tandem precor ô dulcißime coniunx,
Conſilio ante alios ſemper præclarus, & armis
Florebas quondam. ſed nobis numina dura
Aerumnas triſtes, nec non immitia fata
Currere iuſſerunt: quippe inuidere iuuenta
Vt nos concordes ageremus dulciter annos,
Florentes pariter, iuncti iuuenilis amoris
Ardore, & licito faceremus gaudia lecto:
Dum nos fata agerent ad limina tarda ſenectæ.
Tu tamen ô fœlix nihil indignere, neq; ira
Incuſes motus, quòd non tibi protinus ipſa
Amplexus dederim, poſtquam te limine uidi.
Diriguere mihi pauitantia corda timore,
Attonitæq́; citò cœpere horreſcere membra,
Ne quis ut ignotus tectis ſuccederet hoſpes,
Mollibus & uerbis ſimulans & falleret ore.
Multi etenim ſæuas meditantur pectore fraudes,

Signa erant cubiculum, ubi olea ſteterat: Spōda ex olea, et deaurata: funes phœnicei coloris.

Penelope ex ſignis Vlyſsē certo agnitum exoſculatur, & amplectitur.

Excuſat ſe Penelope, q̄d non ſtatim illū agnouerit.

Inſidiasq́; ſtruunt. neq; enim Ioue nata Lacæna
Quondam Argiua Helene, dulci commixta fuiſſet
Concubitu, & Trois peregrino capta cubili
Conſeruiſſet opus Veneris, ſi forſitan illa
Noſſet ductores Danaûm, ſæuosq́; Pelaſgos
Marte iterum in patrias oras, & dulcia rura
Se mox ducturos. ſed non placabilis ara
Heu ſceleris dæmon, opera ad non digna coegit:
Nec prius has clades, atq; exitialis amoris
Perpendit noxas. hinc & furialis Erinnys
Prima mali labes, ac nobis luctus acerbus.
Sed manifeſta refers quoniam mihi ſigna cubilis,
Haud ulli uiſi, ſed nempe mihiq́; tibiq́;
Duntaxat noti quondam: quin conſcia nympha
Actoris illa mihi rerum bene fida miniſtra,
Quam pater ipſe mihi dederat, cum rura Laertis
Atq; Ithacam peterem, ſolita eſt ſeruare cubilis
Illa fores noſtri quondam: iam deniq; noſtrum
Perſuades animum, nimis hic crudeliter uſum
Duritie infanda. dicens, adiecit amorem,
Et deſiderium luctus ſolatia mentis.
Flebat enim magno Nymphæ ſuccenſus amore (Fletus Penelopes & Vlyſsis.)
Coniugium ſacrum, & tantæ uirtutis amantem,
Redditaq́; ora thori cernens & pignora caſta, (Affectus coniugalis.)
Penelopenq́; ſuam conſtanti pectore nuptam,
Amplexusq́; pios dilectæ coniugis heros,
Cuius erat Graias ſapientia clara per urbes.
Ac uelut apparens cum terra natantibus alta (Comparatio)
Læta uidetur aqua. quîs merſit in æquore puppes
Neptunus, uentoq́; & tempeſtate ſonora,

Ceru-

Cæruleiſq; undis fractas:tunc gurgite celſo
Apparent rari nantes,& littora curua
Vix bene cepere,aut terram ſubiere natando,
Elapſi ponto,madidiq; per æquora cana
Euaſere necem,preßiq; aſpergine ſalſa
Aequoreiſq; uadis ſpumantia corpora ponti
Impulſi in terram læti uenere petitam,
Defuncti pelago lato,pelagiq; ruina.
Sic quoq; Penelopæ coniunx dulciſſimus alto
Ereptus euenit,ſic illum læta uidebat,
Dulce pependit onus retinens,nec brachia lacte
Candidiora monet collo,ardeſcitq; tuendo.
Ac roſeis ueniens illos Aurora quadrigis
Lugentes pariter dulci uidiſſet amore,
Ni fortè hic aliud quæſiſſet cæſia Pallas:
Nam tardam noctem curſu protraxit Olympi, Pallas lõgiorem noctẽ amantibus Vlyſsi ac Penelopæ fecit.
Oceanoq; diu tenuit dea Pallas eoo
Auroram,crocea iamdudum ſede morantem.
Auratoq; throno reſidentem,ipſoſq; morata
Quadrupedes curſu celeres,iungiq; uetabat
Luciferæ curru lucem mortalibus altam Auroræ equi
Laturos,Lampumq; acrem & Phaetonta fre mentes,
Qui reuehunt lumen curru,Auroramq; nitentem.
Tum ſic affatur reginam clarus Vlyſſes:
Nondum ô Nympha animo cõiunx gratiſsima noſtro, Vlyſſes Penelopę.
Venimus ad finem pugnæ,& certaminis acris.
Reſtat adhuc ingens labor,atq; immania facta.
Ardua res equidem ſupereſt,curæq; feroces
Atq; obeunda mihi,cogunt reſponſa,pericla:
Vt mihi Tireſiæ uatis narrauerat umbra,

Cum

Cum primùm Stygias deſcendi Acherontis ad undas,
Infernasq́; domos iui ſub luce ſilentum,
Scitatum in patriam reditus ſocijsq́;,mihiq́;.
Sed uenias oro, uenias chariſſima coniunx,
Ibimus in thalamos,gratumq́; cubile petemus.
Captemus dulci requiem per membra ſopore,
Inq́; thoro aſſueto faciamus gaudia mille.

Penelope Vlyſsi.

Quem ſic affatur rurſus regina: Cubile
Cum lubet extructum,thalamusq́; iugalis amorem
Inuitat ueterem,ſi toto pectore poſcis.
Quandoquidem incolumem tectis te reddit auitis
Turba deûm,& patriam dulcem & fœlicia rura
Poſſe uidere tibi non inuidere,recenſe
Quod certamen erit,quoniam ſic uate receptum
Cognoſti,atq; deus mentem tibi miſit in altam,
Quod ſubiturus eris?quos reſtat adire labores?
Præſtat enim ſociam, quæ ſunt quoq; coniugis unà
Scire.oracla refert contrà conſultus Vlyſſes:

Vlyſſes Penelope exponit Tireſiæ oraculum.

Infœlix quid'nam cogis me dicere,quid ue
Sollicitas? neq; enim uatis lætabere uoce.
Sed tamen effabor,quoniam hæc te cura remordet.
Me ad terras hominum multorum narrat, & urbes
Venturum manibus remum clauumq́; tenentem,
Donec ad hoc hominũ genus ipſe atq; arua uenirem,
Qui maris ignari,curſusq́; per æquoris undas.
Nec ſale permixtas epulas ſeu gurgite ſalſo
Tangant ore dapes tinctas,nec cærula ponti,
Purpureoq́; rates pictas ſub roſtra colore,
Siue habiles remos celeres in puppibus alas
Norint.Signa tamen uates manifeſta ferebat.

Cum

Cum mihi (ſabor enim) ſeſe dabit obuius aruis,
Furcam humeris geſtans claris iaculumq́; uiator
Tum remum in terram uates me figere iuſsit,
Neptunoq́; maris facientem candida regi
Sacra, ſed arietem, atq; ingentem littore taurum,
Mactantemq́; aprum ſolitum conſcendere ſyluis
Setigeros porcos, patrios contingere fines.
Atq; lares notos patriæq́; accedere tecta,
Ac demum ſacras dijs immortalibus oris
Offerre Argolicis Hecatombas ordine cunctis,
Quis ſimul immenſus radijs habitatur Olympus.
Mors tamen extremo continget ab æquore talis,
Quæ me iam plena confectum fata ſenecta
Molliter inuadet. populi fœliciter oris
Florebunt patrijs, Laertia regna uirebunt.
Euentura mihi hæc quondam canit omnia uates.
Cui ſic Penelope: Dederint ſi fata ſenectam
Fœlicem, forſan ſpes olim læta ſequetur,
Te uitaturum triſtes tot ſorte labores,
Et mala. ſic illi noctem ſermone trahebant.
Interea Eurynome, atq; Euryclea cubile
Molli ueſte parant tædis ſplendentibus igni.
Tum lectis ſubitò ſtratis ad nota receſsit
Tecta domus nutrix. præcedens altera tædas
Eurynome nymphe, cui ſoli cura cubilis
Reginæ fuerat, manibus geſtabat: euntes
Ad pia tecta thori ducit, thalamumq́; iugalem,
Reginam atq; Ithacum. poſtquam intrauere, receſsit
Eurynome. tandem lecti pia iura uetuſti
Hi repetunt pariter, facturi gaudia mille,

Vlyſsis mors ex mari. Conſtat, Telegonū Vlyſsis filium ex Circe ſuſceptum, patrē interfeciſſe roſtro piſcis, qui Xiphia dicitur. quod eſt inſtar laminæ magni enſis, ut ſcribit Oppianus de Piſcibus. quod genus enſis à matre accepit.

Penelope Vlyſsi.

Vlyſſes atq; Penelope cubitum eunt.

Vt ſoliti fuerant quondam. ſaltare ſubulcus
Telemachusq́; ſimul, uictorq́; Philætius acris
Deſiuere choro tardi, laßiq́; chorea
Detinuere pedes, requiem ſomnumq́; petentes.
Atq; choro pariter cogunt ceſſare puellas,
Vmbroſæq́; domus tectis. ſopor irrigat artus
Deſeſſos famulis, captantes munera ſomni.
Aſt illi poſtquam ludo prædulcis amoris,
Ac deſiderio Veneris dulcedine grata
Oblectare thoro pectus, ſermonibus illa
Nocte frui incipiunt cæſis, uerbisq́; benignis.
Penelopes cum Vlyſſe colloquium in thalamo. *Hæc, quæcunq; ſua tolerarit nobilis arce,*
Inſpiciens, ſæuam ſemper ſibi mœſta cateruam,
Mactatasq́; boues crebras, pinguesq́; bidentes
Submißis alta cultris iugulaſſe ſub arce,
Exhauſtosq́; cados uini, laticemq́; Lyæi,
Dum ſe connubijs inconceßisq́; Hymenæis
Optarent iuuenes certantes munere tædæ.
Vlyſſes in lecto narrat uxori ſuos errores. *Ille, ut multa hominum generi, Troiæq́; crematæ*
Damna fera, ac bello clades, & funera ſæua
Fecerit armipotens, nec non quoſcunq; labores
Aequore ſit paſſus, uariasq́; ingreſſus in oras
Quæ tulerit fortis, referebat in ordine cuncta,
Aequoreos curſus, & bella exhauſta canebat.
At uerò oblectans ſeſe pendebat ab ore
Narrantis coniunx, non antè ſopore repreſſa
Luminibus ſomnum captat, quàm cuncta renarret.
Vlyßis errorum breuis enumeratio. *Principiò canit, ut Ciconas deuicerit armis.*
Deinde, ut frugiferas uictor conceſſerit oras,
Lotophagumq́; domos dulces, ſociosq́; retractos,

Et quid

Et quæcunq; Cyclops Siculis patrarit arenis.
Vtq; ſit Aetnæis ultus Polyphemon in antris,
Sumpſerit ut dignas inimico ex ſanguine pœnas
Pro charis ſocijs, quos ille uorauerat alta
Spelunca arreptos, nec uoce miſertus atroci
Fauce peredit iners. Vtq; Aeolon inde potentem
Tempeſtatis aquis Siculis acceſſerit, atq;
Ipſum epulis clarè exceptum dimiſerit auris.
Fataq; dilectos nondum repetiſſe penates,
Ac dulces patriæ fines & dulcia rura
Annuerint rurſus uentiq; & denſa procella
Piſcoſum in pontum, reſonantiaq; æquora fluctu
Impulerit retro, fluctusq; ſecare gementes
Egerit. hinc Læſtrygoniam cum claſſe profectus,
Vrbem Telepylon fatis intrarit iniquis.
Vt Læſtrygonij fortes in prælia ferro
Perdiderint ſocios, ſolusq; euaſerit ipſe
Puppe uias celerans ponto. Dehinc narrat Vlyſſes
Circeasq; domos, Titania tecta, dolosq;
Ingeniumq; deæ ſæuum, fraudesq; nefasq;.
Vtq; ſit ingreſſus Stygias Phlegethontis arenas,
Infernasq; domos latas, & regna ſilentum,
Vmbram Tireſiæ Thebani uatis amara
Sorte rogaturus puppi delatus in undis,
Cui uariæ fuerant ſedes & tranſtra rudentum.
Viderit hic omnes ſocios, matremq; receptam,
Ipſum quæ peperit quondam, & nutriuit ab annis
Creſcentem teneris paruum. tum deniq; dulces
Sirenum uoces, crudelia littora puppi
Audierit. tum mox errantes æquore petras,

Cyaneos ſcopulos undis, ſæuamq; Charybdin,
Sicaniam & Scyllam, quas haud mortalibus ullis
Contigit effugere, & pleno petere hoſtia uelo.
Vtq; boues curuo mactarint littore Solis,
Icerit ardenti celerantem fulmine nauim
Iuppiter altitonans, ſocioſq; immerſerit undis
Correptos omnes fluctu, utq; euaſerit unus
Puppi fata tremens pelago, mortemq; ferocem,
Ogygiæq; domos terræ, nymphamq; Calypſo
Contigerit, dulciq; ſibi ut optarit amatrix
Coniugio, & cinctum medijs arceret in undis,
Atq; cauis antris epulis exceperit aulæ,
Pollicitans immortalem ſuper æquore cano
Se facturam æuo, nulliſq; ſeneſcere ſeclis
Poſſe deam. aſt ipſi nunquam potuiſſe mouere
Pectus. ut hinc tetigit Phæacum littora nando,
Multa mari paſſus: qui illum excepere benigno
Hoſpitio, utq; deum celebri uenerentur honore,
Inq; ſuam patriam, & dulces cum puppibus oras
Dimiſere uiri regali munere lætum,
Aeſq; aurumq; ingens naui, ueſteſq; rigentes
Stiparunt alta, regis mirabile donum.
Hæc adeò narrat, ſupremaq; dicta ſequutus
Languentes ſubitò dulcis ſopor irrigat artus,
Et rigat humenti labentia membra quiete,
Atq; animi curas ſoluit. cum caſia Pallas
Multa animo uoluens, iam tum ſperaret Vlyſſem
Coniugis amplexu captantem gaudia noctis
Oblectari altæ, ſomnoq; thoroq; maritæ
Oſculaq; Icariæ, ſperataq; gaudia ſumi,

Mouit ab oceano naſcentem manè quadriga,
Auratoq́; throno croceam mortalibus ægris
Ducentem lucem, diuam, Tithonida nuptam.
Heros Dulichius tum ſtratis mollibus ipſe
Corripuit corpus, Nymphæ quoq; talia mandat:
Chara mihi coniunx, quoniam tot adire labores,
Totq́; animi pariter certamina dura ſubire
Impulſi fatis fuimus, dum tempore longo
Sola loco, defles reditus, & coniugis almi
Aduentus lentos: me dulcia rura petentem,
Ac patriæ terram tot uotis Iuppiter altus,
Dijq́; alij nimium tenuerunt æquore toto,
Dum patria prohibent, ac torquent corda dolore.
Nunc quoniam optatos lectos, caſtumq́; cubile,
Contigimusq́; hilares longum poſt tempus amores:
Hinc ibo, ut curem tractanda negotia campis.
Quasq́; proci elati mactarunt uſq; bidentes,
Balantumq́; greges, alios prædabor in aruis,
Atq; alios reddent paßim per rura Pelaſgi,
Donec ſepta mihi pecorum, & ſtabula alta per arua
Replerint. ergo repetam mea rura regreſſus,
Conſitaq́; arboribus denſis, & frondibus arua,
Viſurus reditus genitorem pectore toto
Lugentem noſtros, tenuatum corpora curis,
Peruigilem: at mando tibi iam chariſsima coniux,
Sit licet ut ſapias per te: nam ſole ſub ortu,
Curru naſcenti roſeo, quoq; fama procorum,
Quos letho ſtraui ferro iam nuper in arce,
Ibit, & exacto populos ſermone replebit:
Aſcendas ſedes ſuperas comitata puellis,

Vlyſſes diluculo diſcedēs rus, reginæ mandat, ut ſe ſe gerat.

Nec quenquã ipſa prius ſpeculans uideasq́;, roges'ue:
Sed tacitè obſeruans tectis immota ſedebis.
Dixit, & hinc humeros ſplendentibus induit armis.
Excitat & natum, nec non & fida ſuorum
Paſtorum hortatur uigilantia pectora, cunctos
Arma manu, martisq́; horrentia tela iubebat
Sumere. parebant illi, ferrumq́; capeſſunt,
Armanturq́; citò, fulgentiaq́; æra reſumunt.
Tunc ualuas reſerant, portisq́; abiere recluſis,
Cuncti exultantes animis. & primus Vlyſſes
Ante alios ibat. ſpargebat lumine terras
Eous Titan, radijsq́; retexerat oras.
At Pallas noctis gradientes aere ſepſit,
Et multo nebulæ circum dea fudit amictu,
Vrbeq́; deduxit, ſubitoq́; è mœnibus altis.

ARGVMENTVM LIB. XXIIII.

Ducit Atlantiades animas Acherontis ad undas,
Cæſorum iuuenum crudeli marte procorum.
Laertesq́; pater uenientem noſcit Vlyſſem.
Tunc uerò ciues immani turba, tumultu
Inuaſere uiros agro. defendit Vlyſſes,
Armatusq́; ſubit, commiſcens prælia campis.
Cumq́; Ithacis pugnam, & fortis certamen Vlyßis
Ac motus Ithacæ, ſedauit Pallas in armis.

ODYSSEAE LIBER XXIIII.

Dulichius campis Ithacæ bellatur Achiuis.

Mercurius procorum animas ad inferos deducit.

EVocat interea triſtes Cyllenius umbras
Arce procûm celſa, cui lucida uirga nitebat

Aurea tota manu, qua mulcet lumina ſomno
Cum uoluit: rurſus laſſatos membra ſopore
Excitat, & ſomnos adimitq́;, oculosq́; reſignat,
Illa fretus agit: ſectantur deinde frementes
Vmbræ Mercurium. ceu quondam examina ſtrident Comparatio
Saxoſis antris, ſyluæq́; receßibus atris,
Cum ſtridore ſtrepunt denſo ueſpertilionum,
Nycterideſq́; uolant tranantes aera pennis,
Poſtquam aliquis uirga ſaxo deiecit ab alto,
Inter ſe uolitant hærentes ordine nexæ,
Stridore ingenti liquidum trans æthera uectæ
Obſedere auras, pedibus per mutua nexis
Examen ſubitum ſaxo remouente pependit:
Sic animæ ſtrident circum, uolitantq́; frementes.
Anteibat Maia genitus Cyllenius ales,
Vtilis umbrarum ductor, per ſtrata uiarum
Lata animas traxit. tum circa littora ponti,
Oceaniq́; ibant fluxus, & Leucada petram.
Per ſolis portas, populosq́; inſomnia noctis
Seruantes, ſomniq́; uiros, gentemq́; ſilentum.
Donec ad herboſum pratum, & florentia rura:
Hic habitant animæ, umbrarum ſimulacra uolantū,
Quas tulit atra dies, & funere merſit acerbo.
Hic animam egregiam bello armipotentis Achillis,
Antilochiq́; actis clari, & præſignis amore
Patrocli inueniunt, umbramq́; Aiacis amaram,
Qui quondam Danaos præſtanti corpore & ore
Et forma egregia longè pulcherrimus armis
Anteibat cunctos, excepto fortis Achillis
Corpore Pelidæ. ſic iuxta errare per herbas

Suſtinuere umbræ, & circa uerſantur Achillem.
Ad quos acceßit uelox Agamemnonis *umbra*
Triſtior, atq; aliæ quæcunq; infanda Thyeſtæ
Aegiſthiq; domo ſubierunt fata, necemq́;,
Agglomerantur ibi. tum ſic immanis Achilles:

Achillis umbra Agamemnonis umbræ

Atrida Armipotens, cum te magis omnibus unum
Dilectum, conſtet Troiæ *ſub mœnibus altis*
Te uixiſſe Ioui *reliquis heroibus, idq́;*
Rebamur Graij, *quoniam bene regna tenebas,*
Imperiumq́; inter tot fortia corpora Achiuûm,
Heroasq́; inter, qui Troia *bella gerebant*
Dardaniam *in gentem: cum nos tot clade labores*
Hic paßi fuimus Græci, *te debita fata*
Parcaq́; fatalis, quam nemo effugit in auras
Fuſus, & humana quicunq; è ſtirpe creatus
Naſcitur, hic cæſum debebant ſternere letho:
O utinam imperij iam tunc defunctus honore,
Quo fueras fletus quondam prope Pergama Troiæ,
Regnabasq́; inter Danaos, Troasq́; *feroces*
Vincebas populos, potuiſſes morte ſuprema
Proſterni bello, & crudeli occumbere fato.
Tum tibi Graiugenæ *ſtatuiſſent littore buſtum*
Sacraſſentq́; tibi tumulum, & pia gloria uatum,
Et foret æternum per te quoq; fama ſequuta.
Heu nunc à fatis miſero tibi contigit atra

Agamemnonis anima Achilli, de eius funere.

Morte tamen lenta cecidiſſe. exorſus Atrides
Rettulit: ô fœlix, O terq; quaterq́; beate,
Qui uirtute tua iam dijs æquaris Achille.
Cui procul à patrijs Argis, *clarisq́;* Mycenis
Contigit oppetere, ô Danaûm *fortißime* Achilleu,

Hic ubi

Hic ubi te circa ceciderunt agmina Troum,
Argiuæq; manus, ac bello feruida pubes:
Dum pro te pugnant, reuolutus puluere in alto,
Ore cruentato iam non memor ipſe frementum
Quadrupedum, & celeris currus, artisq; regendi
Aeripedes ingens immani cæde iacebas.
At nos inde die tota per prælia dura
Pugnabamus ibi fortes. nec Marte feroci
Ceſſatum foret à nobis, niſi Iuppiter acri
Turbine ſedaſſet pugnantes littore toto.
Vt uerò è pugna ad celeres tua corpora naues Funus Achil-tis.
Geſtantes humeris tandem naualia læta
Contigimus, lecto cuncti te ponimus alto,
Ac te purgantes lympha, & labente per artus
Lauimus ungento, & tepidis immergimus undis.
Tum lacrymas Danai calidas fudere, comasq;
Detondent capitis luctu. tum mater aquoſo
Nereidum turba tendebat ab æquore greſſus,
Virginibusq; maris ſobolis non nuncia læta
Auditura ſuæ. clamorq; immanis ab alto
Marmore motus adeſt, trepidusq; inuaſit Achiuos
Horror. & intraſſent curuas in littore naues
Præcipites curſu, ni tum tenuiſſet Achiuos
Neſtor ab antiquo cui florent pectora ſeclo.
Qui uarias priſcasq; memor res inclytus æuo
Expertus norat, cuius ſapientia bello
Conſilijs olim uiguit. tunc ore ſecundo
Rettulit inſignis: Precor ô mihi bellica pubes
State uiri Argolici, ſtate ô fortiſſima Graiûm,
Neu celerate fugam proles. nam mater ab alto

Aequoreis properat Nymphis uiſura caducum
Extinctumq́; ſibi natum, uenit obuia ponto,
Indigno prolis fatis concuſſa dolore.
Sic ait. exemplò ſoluuntur frigore membra,
Immenſoq́; metu Graij trepidare frementes,

Nereides, & nouem Muſæ, Achillis funus præſentes luctu diuino celebrant.

Quanquam magnanimi bello. Nereides unà
Aequoreæq́; deæ, proles generata marino
A ſene, lamentis aſtant & fletibus acres
Te circum, miſero luctu funebria ſoluunt
Indutæ ambroſias ueſtes, uelamina ſacra,
Te flentes. numeroq́; nouem tum carmina plangunt,
Alternisq́; ſonis pulchro & modulamine cantus
Deflebant omnes extinctum uulnere Muſæ.
Hic uideas cunctos lacrymantes funere Graios.
Huc ſine luctifico fletu non ullus adibat.
Sic deſiderium querulæ mouere camœnæ
Plangendi, dum te triſtes deflemus ademptum,
Bisq́; dies luctu ſeptenos funeris atro
Et ternas luces Phœbo labentis Olympi,
Aequoreæq́; Deæ, & lacrymoſo carmine mœſti
Mortales querimur. Sed poſtquam Aurora quadrigis
Nata bis octonos ortus inuexit eois,
Atq; dies binos ueniens reparauerat Eos.
Tum te conijcimus flammis atq; ignibus atris,
Pinguia multa boum mactantur corpora morti,
Et nigræ pecudes, raptasq́; ex omnibus agris
In flammam iugulamus oues. tum littore toto
Te ardentem ſocij ſpectant cum ueſte dearum, &
Vnguento innumero, & dulci cum melle fauorum.
Conditur in tenebras altum caligine cœlum.

Tum

Tum multi heroes cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos celſos, & funeris ignes
Luſtrauere in equis equites, peditesq; frementes
Inuaſere pyras, ululatusq; ore dedere.
Hic oritur clamorq; uirûm, luctuq; tumultus, Cadauera cremandi mos.
Vt te Mulciberis crepitantis flamma peredit.
Poſtera lux gelidam cœlo dimouerat umbram,
Altos mœrentes cineres atq; alba legentes
Spargimus oſſa mero puro, unguentoq; liquenti,
Aurataq; urna tegimus tua fortis Achille,
Quã tulerat Nymphis genitrix Thetis æquore cano,
Illa Dionyſi fuerat mirabile donum,
Mulciberisq; opus egregij, ceu cærula mater
Dixerat. ergo iacent hac oſſa albentia clari
Pelidæ, & mixtim quem funere merſit acerbâ
Parca Menœtiadæ, ſeiunctimq; oſſa caduci
Antilochi herois, quem quondam lætus honore
Ante alios ſocios coluiſti littore Troiæ,
Poſt quam Patroclus falſis cecidiſſet in armis
Tum circa tumulum, atq; ingenti mole ſepulchrum
Fudimus excelſum Graij, atq; exercitus omnis
Graiugenûm, celebris bello & præſtantibus armis
Littore porrecto, quod latis alluit undis
Helleſpontus atrox fluctu, pontiq; liquore:
Vt longè pelago tumulus manifeſtus ab alto,
Naue uiris cerni, atq; excelſa mole uideri
His qui iam nati, & qui olim naſcentur in æuo,
Quod ſequitur, poſſet. mater mirabile dictu,
Dona deos poſcens, medio certamen Achiuûm
Conſtituit, celebris ponti Thetis æquora iuxta

Præclaris

Præclaris belli Argolicis heroibus armis.
Quanquam multorum celebraui funere buſta,
Si quondam accincti iuuenes certamina regis
Extincti exequijs celebres iniere per arma:
Sed tamen hæc ſuperant. ſpectans in littore toto
Mirarere equidem tanti ſpectacula ludi,
Qualia diua tibi poſuit certamina campis
Alba pedes mater cani Thetis æquoris. illa
Solennes ſtatuit ludos per ſecula nato.
Namq; deis magno fueras dilectus amore.
Sic uel poſt cineres, & clarum funus Achille
Nomen inextinctum retines, tibi gloria fama
Inter mortales florebit candida ſeclis
Perpetuis. quæ me utilitas, ſequitur' ue uoluptas,
Quanquam perfeci bellum, tot prælia miſcens?
Exitium durum, & crudelia funera dextræ
Aegiſthi infandi, & non æquæ coniugis arte
Horrenda ſtatuit redeunti Iuppiter arce.
Talia narrabant inter ſeſe ore loquuti.
Iamq; deûm interpres propius Cyllenius ales
Deducens umbras ibat, quas fortis Vlyſſes,
Pugnando domuit. tunc illæ regna ſilentum
Mirantes ibant rectà, ſedesq; uidebant.
Aſt anima Atridæ cum nouerat Amphimedonta,
Præclarum famà, natum genitore Melanthe:
Namq; Ithaca hoſpes erat quondam ſibi patrius urbe,
Dum ſibi in æquoreis habitata eſt inſula lymphis.
Cui tales uoces prior Atridæ edidit umbra:
Qui uos Amphimedon caſus ſub tartara miſit?
Aut quid uos paſſi tenebroſas itis ad umbras,

Omnes

Omnes egregij, atq; pares ætatibus omnes?
Haud aliter quiſquam tota legiſſet ab urbe
Diſcernens iuuenes numero & præſtantibus armis,
Florem æui inſignem. num uos Neptunus in altis
Puppibus edomuit, uentosq; undasq; procellis
Aequoreas longè turbans? an turba uirorum
Sæua manu læſit, medijsq; peremit in aruis
Circa armenta boum cæſorum herboſa per arua,
Siue greges ouium nitidos? an mœnia circum
Pro patria & natis, & chara coniuge pugnas
Miſcentes pariter ſic occubuiſtis in armis?
Hæc mihi quærenti referas. ſum patrius hoſpes:
An' ne recordaris? cum illuc ad limina ueſtra
Veniſſem, exhortans ad celſæ Pergama Troiæ
Dulichium, ut puppi tranſtriſq; ſederet iturus
Armatus pariter Menelao fratre recepto, &
Depopulaturus mihi Teucria mœnia bello.
Iamq; iterum menſis repararat cornua luna
Exacti radijs, cum iam traiecimus undas
Aequoris immenſi totas, curſuq; citato
Contigimus ſcopulos Ithacæ, ut Laertis Vlyſſem,
Qui populaturus fuerat cum mœnibus urbes,
Hortaremur, aquis curſus contenderet unà.
Cui reſponſa refert ſic Amphimedontis inanis
Vmbra: Equidem memini Atride clariſsime regum,
Vt narras. fabor tibi uera ex ordine cuncta
Atq; genus mortis, caſusq; & funera noſtra,
Fataq; dira procis quæcunq; fuere per arcem,
Tempore iam longo luſtris labentibus unà
Coniugium eximium petimus luſtrantis Vlyßis,

Agamemnonis anima Amphimedōti proco.

Amphimedontis anima Atridæ, interitus procorum hiſtoriam texit.

Abſentiſq; diu Nympham, connubia dira.
Quæ neq; iam tædas nimium thalamoſq; negabat,
Quanquam odioſa faces nunquam duroſq; hymenæos
Perficere intendit, dum mortem & fata ſuperba
Cogitat heu nobis nimium crudeliter auſa.
Tum quærit fraudes alias, telamq; ſub arce
Conſtituit longam, & percurrens pectine fila
Texebat tenui, quanquam mirabile dictu
Tela ingens fuerat. tum ſic exorſa: Procorum
Turba, ait, ô iuuenes, quoniam mihi dius Vlyſſes
Oppetijt, thalami tædas urgete manentes,
Donec funebrem perduxero ſtamine telam
Laerti heroi, quem curuat tarda ſenectus,
Ne mihi contextis pereant ſubtegmina filis:
Vt cum luctificæ mortis ſibi fata dolenda
Attulerint Parcæ, *ne aliqua hic incuſet acerbè*
Argolis, egregia ſi tum ſine ueſte iacebit
Laertes, Ithacæ *quondam ditiſſimus agri.*
Sic ait. at nobis pectus geſtire uoluptas
Telæ Penelopes deſcriptio *Fecerat, & flammis ardet ſublata ſuperbis*
Mens. ſecreta loco coniunx errantis Vlyßis
Luce quidem ingentem texebat pectine telam,
Nocte iterum radijs ſoluebat ſtamina Nympha.
Appoſitis flammæ facibus. Trieteride *tota*
Nos latuere doli, captoſq; Cupidinis igni
Decepit Nymphe Danaos, *cum quattuor annos*
Curſus implerat Phœbus *labentibus æuo*
Iam luſtris, mulier telam fraudemq; retexit,
Quæ manifeſtè illam norat diſſoluere telam.
Ingreßi thalamis Nympham *reperimus apertis*

Fila

Fila retexentem, & ſplendentia ſtamina rurſus
Turbantem radijs. telam deprenſa peregit,
Arteq; contextam lauit, nitidamq; ſub auras,
Ac ſimilem Phœbo, lucentiq; æthere Phœbe
Extulit illa decus tandem. cum triſtis Vlyſſem
Sors aliunde tulit reducem crudeliter agros
Ad patrios Ithacæ, ſuprema ad littora terræ,
Hic ubi dura domus habitabat tecta ſubulcus.
Huc quoq; diuini proles deuenit Vlyßis,
Cærulea aduectus per concita marmora puppi,
Neſtoris urbe Pylo, cumulat qua littus arenas.
Hi pariter celeres tendunt ad mœnia curſus,
Inclyta ſæua procis laturi fata ſuperbis.
Anteibat natus, ſequitur poſtremus Vlyſſes:
Quem lacera tunica contectum membra ſubulcus
Ducebat triſti ſimilem, curuoq; ſenecta
Nitentem baculo, & mendici corpus habebat,
Ac miſeras ueſtes. nec quiſquam nouerat illum:
Dum ſubitò apparet, nec qui maioribus annis
Florebant, tales poterant cognoſcere uultus.
Ergo illum ſubitò uerbis affamur amaris,
Pulſamusq; uirum. quanquam tam uerbere crebro
Percuſſusq; diu, & triſtis crudelia paſſus,
Suſtinuit tectis patiens: cum Iuppiter illum
Impulit Aegiochus, feſtinans arma remouit
Candida cum nato, thalamisq; incluſit, & altas
Ille feras firmat. tunc arcum ponere curuum,
Et candens ferrum reginam ferre procorum
Arce iubet turbæ, perituris morte nefanda,
Caſurisq; uiris nobis certamina dira,

Vulneraq́; & fatum, cædisq́; exordia prima.
At nemo noſtrûm denſos intendere neruos,
Immanemq́; arcum forti diducere dextra
Suſtinuit, uires deerant, & robora membris.
Vt uerò natus pharetram commiſit Vlyßi,
Inq́; manus ingens arcus peruenit Vlyßis,
Nos omnes uerbis minitari cepimus illi:
Quamuis ſæpe diu precibus ſibi poſceret arcus,
Multa loquutus, iners uotis. Cum ſolus ut illum
Suſciperet iußit, uarioq́; hortamine natus
Incitat. at genitor ualidum ſibi corripit arcum,
Ac facili curuum tendit conamine neruum,
Traiecitq́; citò, ferrumq́; atq; æra ſagitta,
Procedensq́; ira carpit aſarota meando.
Mox fundit celeres pharetra reſonante ſagittas,
Acer acerba tuens percußit pectora regis
Antinoi, inq́; alios ſtridentia ſpicula miſit,
Contra oculos torquens, gemitusq́; ferentia tela.
Illi reſtricti pariter, fuſiq́; cadebant.
Deprenſumq́; fuit, quiſquis fuit ille deorum,
Numen adeſſe illis, pugnæq́; afferre feroci
Suppetias. ipſi inuadentes robore freti
Mactabant ſæui denſas in funere turbas.
Tum gemitus tectis, dira & ſuſpiria mortis
Audiri paßim, capita alta ubi uerbere crebro
Cæſorum nutant, rutilo lapidoſa cruore
Arce pauimenta excelſa fumantia paßim
Vndiq́; manabant fuſo per limina ſparſa.
Sic nos, Atride, cæſi tranauimus undas
Heu Stygiás triſtes. indeplorata per arcem

Iam

Iam quoq; noſtra iacent Ithacam, qua regnat Vlyſſes,
Corpora, nec norunt cladem cædemq; nefandam
Hanc conſanguinei, qui condant funera buſtis,
Vulneris abluto refluente cruore per artus,
Deflentes luctu ſupremo munere mortis.
Hic honor extremus contingit funere raptis.
Quem ſic Atrides iterum eſt affatus Achiuus:
O' fœlix regis Laertis candida proles, Agamemnonis umbra Amphimedonti.
O' prudens animi uirtus, ô fortis Vlyſſes.
O' qualem nuptam, quanta uirtute beatam Laus Penelopes.
Nactus es, ô fœlix, nullum reticenda per æuum
Penelope Icarij proles, ô regia nupta
Laude thori florens, coniunx caſtiſsima regis
Dulichij. primi non immemor illa mariti,
Qui primus tetigit creſcentis amore cubile
Virginis, expectans ſeruauit caſta marita
Laude pudicitiæ decus, indelebile nomen
Hinc erit, & nunquam peritura eſt gloria facti:
Et ſua floreſcet uirtus per ſecula, laudes
Inter mortales dicturæ carmine Muſæ,
Penelopes dulci cantabunt nobile nomen.
At non ſic toto celebratur Tyndaris æuo, Clytæmneſtræ infamia.
Quæ primum letho tradit furioſa maritum,
Auſa nefas dirum: cui ſæui carmen amoris,
Infauſtosq; elegos triſtis reſonabit Erinnys,
Atq; homines inter latura eſt dedecus atrox
Clytæmneſtra tibi. nunquam bona fama ſequuta eſt,
Si qua nimis flammis incenſa libidinis arſit
Mollior in Venerem, quanquam natura benigna eſt,
Inq; alijs uirtus rebus non defuit alta.

Illi inter ſeſe tali ſermone trahebant
Iam ſibi Lethæo labentia tempora curſu
Sedibus infernis ſub terræ anfractibus atris,
Et latebris noctis, telluris & ore profundo.
Aſt Ithacus ſocijs patria digreſſus ab urbe,
Florigeros ſubitò genitoris uenit in agros,
Quos quondam ſeptis Laertes fecit amœnis,
Poſſeditq́; ſolum campis, atq; arua labore
Aßiduo excoluit. domus hic, & candida ſedes
Structa fuit tectis nitidis, circumq́; cucurrit
Ruris amœna domus complectens undiq; campos.
Hic ubi erant ſerui, quos cura domeſtica latis
Exercebat agris ſeniori grata Laerti
Perficiens opera, & cultos ſuper arua labores.
Hic epulas illi capiunt, hic membra ſopore
Laxabant tenebris. intus Sicana Laertem
Hic anus incuruum ſecreto curat in agro,
Vrbe procul. Tum ſic nato, pecorumq́; magiſtris
Incipit effari dictis placatus Vlyſſes:
Nunc in celſa domus ferte hinc cœnacula greſſus,
Et reparate citò poſitis mihi prandia menſis,
Sacrificaq́; ſuis cædentes colla ſecuri
Hic mactate uiri præſtantem de grege porcum.
Interea patrem noſtrum tentare parabo,
An me cognoſcat redeuntem in patria rura,
Obſeruetq́; oculis faciem: an pòſt tempore longo
Vultus ignoret reduces, atq; ora Laertes.
Sic dit, arma ſuis tradens horrentia ſeruis.
Tunc illi celeri repetunt cœnacula greſſu.
Aſt Ithacus ſubitò uiridantes contigit hortos,

Vlyſſes rus profectus ad Laertem patrem.

Vlyſſes filio, & comitibus.

Vitiferumq́; ſolum, quod florida uinea cingit,
Inq́; locum arboribus, generoſa & uite uirentem,
Deſcendens, non hic Dolion, non repperit ullum
Seruorum, natos' ue ſenis. nam quærere ſpinas
Ad ſepem, uiridis baccheio palmite campi
Conſtituere ſimul, greſſuq́; abiere citato.
Ipſe uiam ſenior, quà ſe dumeta reducunt,
Illis monſtrarat. ſolumq́; inuenit Vlyſſes
Pampineis hortis purgantem falce nouellas,
Ablaqueare manu uites, ut palmite creſcant
Vberiore ſoli, genitorem læta per arua
Vinifero aggreſſum ramo, quem ſordida ueſtis
Et laceræ tunicæ condebant, membra recurua,
Turpiter aſpectu. ſuras nam uinxerat altas
Pelle boum nexis ocreis, manibusq́; reductas
Chiridas uoluit, ne ſpinæ lædere palmas,
Atq; rubi inculti poſſent: ſed tegmina pelle
Caprina capitis geſtabat, triſtior agris,
Quo magis hic luctus augeret. dius Vlyſſes
Poſtquam heroa æuo uidet, incuruaq́; ſenecta,
Triſtibus & curis, macieq́;, animiq́; dolore
Confectum, agnouit patrem: lacrymæq́; per ora
Stillabant calidæ, uiſo genitore. ſub alta
Ipſe pyro aſtabat flendo ſubtriſtis Vlyſſes.
Tum diuerſa ſibi reputans ſub pectore uo'uit:
An uelit amplexus dare, & oſcula figere patri
Singula narrando, ut patrias ueniſſet in oras,
Vt pelagi erraſſet fluctu: an tentare parentem
Suſtineat pellax, atq; omnia diſcere tutus.
Sic alternanti potior ſententia uiſa eſt,

Inter uitiferos patrem tentare labores,
Atq; illum dictis prius hic urgere proteruis.
Sic uoluens animo, greſſus contendit ad illum,
Rectà iter hinc carpens. capite inclinatus in agro
Ablaqueans plantas ſenior fodiebat aprico.
Hinc aſtans clarus dictis ſic fatur Vlyſſes:

Vlyſſes ignotus ruri Laertem tentat.

Chare ſenex, equidem magna experientia uites
Excoluiſſe tibi bacchæo palmite campi
Vitiferi, atq; ſolum uertiſſe ligone Lyæum
Cura tibi incumbit. neq; enim plantaria culta
Stant ſine honore tibi: non hortis arbor amœnis,
Non ficus, non uitis ibi, non pinguis obliua,
Non pyrus, aut ſulcus ſine cura pullulat aruis.
Sed tamen effabor, neq; enim indignabere dictis:
Neu moueare ira, ſi quid te læſero uoce.
Non adeò hæc curas patrijs fœliciter aruis,
Nam premeris triſti per agros nimis ipſe ſenecta,
Et ſquales corpus, laceraq; indutus oberras
Veſte. Sed haud rex ipſe reor te negligit, oris
Nil ſeruile quidem ſpecie, ſeu corporis artus,
Et forma ingenti præ te fers, regibus altis
Es ſimilis uultus. quantum deprendere fas eſt,
Aſpectu, & talem æquiparas quoq; corpore regem,
Qui bene lotus aquis tepidis conuiuia menſa
Magnifica celebrat, mox & ſua membra ſopore
Laxat iners lecto: ſenibusq; ea ſola uoluptas,
Quam ſibi iure ſenes tribuunt. ſed uera roganti
Diſſere: Cui ſeruis? cui conſita frondibus altis,
Vitiferoq; ſolo colis hæc loca ſtrennuus aruis?
Hoc quoq; ſubijcias, Ithacā hac' ne petamus aquoſam?

Studium Laertis in colenda uinea, hortisq; & pomariis quale & Alcinoi.

Hac' ne

Hac' ne iter eſt, ut agro uiridi mihi rettulit ore
Vir quidam, occurſu nuper ſeſe obuius illic
Ipſe ferens. circum parua eſt prudentia pectus
Nimirum, neq; enim fuerat mihi farier auſus,
Siue audire meas uoces quærentis, an hoſpes
Ille meus quondam ueſci uitalibus auris
Suſtineat, nec adhuc crudelibus occubet umbris,
Mortuus & Stygias infernæ ſedis ad undas
Iuerit. effabor, ſenior mea figito dicta.
Hoſpitio quondam patrijs ego lætus in oris
Accepiſſe memor uenientem ad littora noſtra.
Quò nunquam ſanè uenit mihi charior alter,
Sedes ingreſſus noſtras, quicunq; per oras
Longinquas errant. Ithaca genus eſſe ferebat,
Et genitore pio quondam Laerte creatum
Seſe Arceſiadæ: quem ductum in patria tecta
Excepi hoſpitio, rebusq; hunc omnibus unum
Expleui feſſum, & dapibus ſolabar amicis.
Inſuper hoſpitij cumulaui dona decenter,
Vt dignum fuerat, auri ſeptena talenta
Arte laborati dederam, ſolidoq; uirentem
Floribus ornatum pictis cratera capacem
Argento, & lænas bis ſenas ſtamine pictas
Nuper acu adieci tenui, totidemq; tapetas,
Palliaq; immenſo circum pulcherrima cultu,
Tot quoq; mirificas ueſtes, tunicasq; decoras.
Et non ignaras operum ſtudijq; Mineruæ
Quattuor eximio præſtantes corpore Nymphas,
Quas numero ex omni legit. pater orſus in ipſas
Erupit lacrymas, fletusq; refudit ab ore: Affectus patris.

Rectè hoſpes tendis, terra eſt quam quæris Vlyßis.
Hanc tamen iniuſti, & nulla ſe lege tenentes
Atroces homines tandem cepere, nec ulla
Dona mouent illos, non ſi quoq; munere mille
Ipſe dares. Ithacæ ſed ſi nunc hoſpes Vlyſſem
Viuum inueniſſes, iam te excepiſſet amico
Hoſpitio, & læto miſiſſet munere ductum,
Iam referens grates. decet hoc regnantis in oris
Officium regem, lex eſt hæc regibus una.
Dic quotus eſt annus lapſus, cum exceperis illum
Hoſpitio, prolem noſtram infœliciter oris
Dulichijs uectam, fatisq; per æquor iniquis
Infortunatam, quam iam procul arce paterna
Atq; Ithacæ campis diſiunctam gente ſuorum
Seu piſces ponti lacerarunt æquore celſo,
Siue feris auibusq; aruis iacet ille rapina.
Nec pater illius, nec fleuit funera mater,
Ornauitq; rogos, quem nos generauimus olim.
Nec domus hæc ululans, nec regia Penelopea
Munifica hic coniunx eſt lamentata maritum,
Dilectum quondam deflens pia membra, cubili
Queſta uiri lethum: nec clauſit lumina morte,
Vt decet hic honor eſt morientis, & ultima funus
Dona petit. Sed quis tandem, qua gente creatus,
Quæ patria, aut urbs eſt, qui te genuere parentes?
Diſſere uera mihi, quo ſtant tibi littore puppes?
Quæ te cum ſocijs celeres uexere per æquor
Eximijs armis, aliena an naue profectus
Huc mercator ades, nautisq; exire coactus
Vela iterum pelago, & ſæuo facientibus auſtro?

Dicta parat contrà ſapienti pectore natus
Laertis: Fabor, quoniam hæc te cura remordet,
Vrbe Alybante ortus uenio, hic habitantur amœna (Vrbs Alybas)
Tecta mihi fama, Polypemonidæq́; creata
Regis Aphidantis proles, mihi nomen auitum,
Sum patrijs princeps præclarus Eperitus aruis.
At me Sicania pepulit deus æquore raptum,
Inuitumq́; Ithacis errantem ſiſtit in oris.
Stat procul urbe mihi iuxta agrum littore puppis.
Exiuit luſtrum, patriæ quod ceſsit arenis
Ille meæ infœlix, auibus digreſſus in æquor
A` dextra lapſis, quibus hunc deducere portu (Aues à dextra bonæ.)
Me quondam memini lætum, gaudebat iturus
Naui hoſpes, munus ſperabat nobile quondam,
Si quando hoſpitio caperet, ſe fortè daturum
Sede quieſcenti patria mihi dius Vlyſſes.
Sit ait: hunc nubes correptum corda dolore
Obtexit triſtem, manibusq́; accepit utriſq;
Puluerem humo ardentem, capitiq́; aſperſit arenam (Mirus affectus patris in filium, & filii in patrem.)
Canitie albenti, grauiter ſuſpiria mittens.
At nato pectus motum trepidare parentem
Cernenti charum, & tum naribus acris obortus
Impetus effuſis cepit quaſſare ſtupentem.
Inſiliens dedit amplexus, atq; oſcula fixit.
Tum ſic affatur: Coràm quem cernis, Vlyſſes (Vlyſſes prodit ſe patri.)
Ipſe ego ſum, genitor, ſalſis ereptus ab undis.
In patrias oras ueni labentibus anno
Luſtris uiceno. triſti iam deſine fletu,
Parce pater luctu lacrymoſo flebilis, ore
Cuncta tibi aperiam, quanquam feſtino. procorum

Proſtraui letho patria bellator in arce
Immanem turbam, crudelia facta uirorum
Atq; nefas ultus. cui ſic pater infit Vlyßi:
Laertes Vlyſſi. Si mea progenies rediiſti ſoſpes Vlyſſe,
Dic agè ſigna mihi, moueant quæ pectora notis.
Voce refert contrà ingenio præclarus Vlyſſes:
Vlyſſes ſe eſſe Laertis filium, probat. Principiò ueteris ueſtigia nota cicatrix
Vulneris, ut cernis, niueo quod dente ſub alto
Impulerat ſæuus Parnaſi monte recurrens
Actus aper canibus. nam me chariſsime quondam
Et mater patriis tenerum miſiſtis ab oris,
Aeuo creſcentem, ut patrem genitricis amatum
Autolycum peterem, capturus munera larga,
Quæ quondam ueniens Ithacam promiſerat ille.
Arboreas frondes referam, atq; arbuſta per hortos
Sepibus excelſos, quæ quondam munera paruo
Donaſti puero, ueſtigia preßa ſequuto.
Pomiferis hortis ſimul inter frondea paßim
Olim arbuſta uiam carpentes greßibus unà
Ibamus, cum tu quærenti ſingula, nomen
Dicebas truncis, propria quoq; uoce notabas:
Hicq; pyros tredecim, denasq; ex ordine malos.
Inde quater denas ficus, & tramite ſulcos,
Vitiferosq; thoros, ſic uites ſæpe uocabas.
Ipſe recepiſti mihi te tum ſorte daturum
Quinquaginta intus generoſa uite tumentes.
Sulcus erat uites inter bene conſitus omnis,
Triticeam in meſſem uiridanti frugifer anno,
Interiore ſitu pendebant palmite uites.
Tempora cum fructus Iouis imbre rigantur aquoſo,

Et grauidæ

Et grauidæ pluuiæ deſcendit fœtiſer humor.
Sic ait. atq; illi ſoluuntur pectora motu,
Et genua affectu labuntur concita membris
Signa reuoluentis, ſibi quæ referebat Vlyſſes
Tam manifeſta notis. circundat brachia nato,
Exanimemq; patrem amplexus tum dius Vlyſſes
Ad ſeſe duxit. tandem pater ipſe recepit
Reſpirans animam, rediere in priſtina uires,
Mensq; refecta fuit, ſenior ſic fatur ab ore:
Iuppiter altitonans, etiam nunc æthere diui Animi affectus.
Eſtis in immenſo, ſi dignas crimine pœnas
Suſtinuere proci, & ſoluerunt ſanguine crimen.
At grauiter metuo, ne forſitan undiq; Graij
Ex Ithaca huc currant, & triſtia nuncia cædis
Lata Cephallenûm moueant per mœnia gentis.
Conſilijs pellax contrà eſt ingreſſus Vlyſſes:
Parce metu genitor, quæ te nunc cura fatigat, Vlyſſes patri
Deſinat eſſe precor, repetamus tecta propinqua
Arbuſtis horti, quæ conſita frondibus altis
Denſa loca exurgunt. huc, unà ſede bubulcus,
Atq; ſuum paſtor, nec non & cura deorum
Telemachus pariter miſſi, iam prandia curant,
Ac epulas reparant. ſimul hæc tunc ore loquuti
Procedunt unà, greſſumq; ad tecta ferentes
Candida circa hortos, intrataq; limina calcant.
Inuenere ſimul natum paſtoribus illis
Innumeras carnes reſecantes fercula menſis,
Miſcentesq; ſcyphis ardentia uina Lyæi.
Magnanimum interea Siculis quæ uenit ab oris Balnea ante epulas uſurpata.
Nympha lauans Laertem, oleo labente perunxit.

Tum nitidam huic lænam circundedit. ora Mineruā
Aßiſtens auxit, maioraq; membra uideri
Fecit, & auguſta regem grauitate uerendum
Longè alia. egreſſum lymphas & balnea, natus
Obſtupuit, poſtquam dijs immortalibus eſſe
Iam ſimilem uidit patrem. tum uoce ſequutus
Vociferans inquit: Quiſquis fuit ille propinquans,
Te nunquam natorum aliquis per cana deorum
Secula mutauit, maioraq; corpora forma,
Sublimemq; magis fecit, mirabile uiſu.
Laertes Vlyſſi. Cui ſic Laertes inquit: Sic Iuppiter altus,
Sic faciat Pallas, faciat ſic Phœbus Apollo,
Sic ualeam rurſus, qualis cum Neriton altam
Mœnibus eximijs deieci in littore celſo
Epiri, undoſo cum ponto regna tenerem
Regna Cephalenûm: ô utinam quoq; talis in armis
Vlturus noſtris crudeli marte ſtetiſſem
Exclamatio. Luce ſub heſterna tectis ſublimibus aulæ,
Circa humeros tectus ferro, crudele procorum
Inter concilium pugnans, ego funere denſo
Strauiſſem multos, uitam indignatus in auras
Arce procis alacris fudiſſem, pectus Vlyſſes
Tum tibi lætitia plauſiſſet in agmine cæſo.
Sic illi inter ſe fundebant dicta loquentes.
Poſt ubi iam famuli confecta labore pararant,
Sacrificaſq; epulas, ſedere ex ordine menſis,
Diſcumbuntq; thoris, ac menſæ ſedibus altis
Aggreßi cœnam, dapibuſq; epulantur opimis,
Cum ſenior Dolius, natiq; adiere labore
Defeßi, ut mater campis Sicana uocarat,

Que

Quæ prolem exiguam dapibus nutriuerat olim,
Quæq; ſenem cura fouit. cum tarda ſenecta
Oppreſſit curuum. poſtquam nouere Laertis
Incolumem natum ſtupefacti ſedibus horti
Aſtiterant. ſubitò cum uerbis mollis Vlyſſes
Dulcibus affatur: Senior cum prole ſedete,
Capturiq; cibos pariter diſcumbite menſa.
Parce ſtupore, ſenex, iam longo tempore rectam
Diſtulimus cupidi nota uos ſede manentes.
Sic ait accedens Dolius, dextramq; tetendit,
Quam mitis capiens ſubitò dedit oſcula Vlyſſes.
Tum ſic exorſus Dolius: Quibus, inquit, ab oris
Expectate diu nobis ades inclyte princeps.
Quanquam iam dubij uix te rebamur Vlyſſe
Venturum ratibus, tamen ô fortiſsime regum,
O' lux Dulichij, ſpes ô fidiſsima Graiûm,
Quæ tantæ tenuere moræ? te fata reducunt,
Teq; dei incolumem patriæ uexere per æquor.
Sis fœlix, noſtroſq; leues ſperate labores.
O' ſalue multùm, terræ rex inclyte noſtræ,
Gaude animo, tibi dent precor ô fœlicia regna
Dij ſuperi. quæſo referas, an regia coniunx
Te rediſſe ſciat reducem, ſeu nuncia ferre
Hortemur famulos? ille inquit: Curue ſenecta
Quid cunctare diu? ſcit dulcis Penelopea
Aduentus lætos, fruſtra hæc te cura fatigat.
Ille thoro his dictis pariter cum prole reſedit.
Nec non & Dolij nati gratantur Vlyßi,
Et iunxere manus, teſtantes gaudia regi,
Diſcumbuntq; thoris, unà genitore ſedentes.

Dolium cum filiis grandioribus, Laertis ſeruum, humaniter prandio Vlyſſes excipit. Recta cœna; hic pro prandio a Principe conuictoribus dato.

Sic illi

Sic illi poſitis curant conuiuia menſis
Hortenſi tecto. Mox paßim nuncia fama
Exijt exclamans, totamq; uagata per urbem
Rettulit infandam cædemq;, & fata procorum.
Tum ciues pariter percepta uoce tumultus
Huc illuc currunt, ſtrepituq; ingente ſub arce,
Et gemitu ante fores denſi crudelis Vlyßis
Conuenere, uiros cæſos efferre parati,
Elatiq; citò patrijs tumulantur arenis,
Quiſq; ſuos condit buſtis. tunc urbibus ortos
Ex alijs tradunt reuehendos æquore cano
Impoſitos ratibus, qui fallunt gurgite piſces
Vectabant cæſos celeri per cærula puppi.
Mox in concilium reliqui uenêre frequentes,
Quos dolor acris habet. medio flagrante tumultu
Turbidus Eupethes ſurgens, ita farier infit,
Namq; ſibi Antinous crudeli ſtrage iacebat
Extinctus natus, ſæuum ſub corde dolorem,
Et luctum indomitum uoluebat concitus armis,
Quem primum iaculis confecerat acer Vlyſſes.
Illacrymans igitur rumpit de pectore uoces:
O` ciues, nimium factis crudelis Vlyſſes,
Qui miſeros toties in aperta pericula ciues
Proijcit, ô Danais caput horum & cauſa malorum.
Principiò ratibus uectos hinc mille Pelaſgos,
Armis præſtantes, merſasq; ſub æquore puppes
Conuexas Ithacæ, populosq; amiſit in alto.
Hinc Cephalenorum iuuenes, quîs optima uirtus,
Claraq; ſtrenuitas Ithacis ſplendebat in oris,
Et patriæ florem lacrymoſo funere merſit

Exoritur tumultus in urbe ob cædem procorum.

Eupethes Antinoi pater, cū Achæis conſpirat in Vlyſſis mortem.

Cede

Cæde uiros ſternens, columen tam nobile Graiûm,
Contigit ut noſtras oras ereptus ab undis.
Verùm agite ô ſocij, prius hinc tendamus in arma,
Quàm Pylon undoſam, ſacramq; ſub Elidis urbem,
Hic ubi belligeri campis dominantur Epei,
Se referat greſſu, aut triſtes moriemur inulti,
Aut deſolatos miſeri lugebimus agros.
Dedecore hoc turpi noſtros quoq; fama nepotes
Aſperget quondam, noſtriq; infamia ſecli
Nos erimus. quod ſi non hic punire nefandos,
Vlciſciq; uiros, qui ſæua cæde feroces
Strauerunt natos, fratreſq; cruore refuſos,
Aggredimur, poſthac animo nil uiuere dulce
Extiterit, moriens inter pia funera mixtus
Funus ero pariter. ſed eamus ocyus armis,
Ne prius hinc celeri tranſmittant æquore claſſe,
Præueniantq; citò ferro. cum fletibus illa,
Illacrymanſq; refert. tetigit dolor iſte Pelaſgos,
Affectuſq; pius mouit. quin ipſe ſopore
Arce Medon, ipſe & Muſarum gloria cantor
Exciti ueniunt, medioq; ſub agmine greſſus
Confirmant. omnes pariter ſtupor occupat ingens.
Tum ſic ore Medon prudens effarier infit: Medon diſſuadet.
O' Ithacæ ciues, non hæc ſine numine diuûm
Talia molitus crudeliter enſe Laertis
Inſignis natus, tot funeris edidit arce
Luctificas ſtrages. uidi manifeſta Mineruæ
Numina, quæ propius fortem aßiſtebat Vlyſſem,
Mentoris illa quidem ſpeciem mentita regentis
Dulichium ſimilis: iam coràm Pallas Vlyſſe

Apparens,

Apparens, animum audacem, & fidentia corda
Inſtaurabat ouans, iam Graios agmine turbans,
Impellensq́; uiros celeri currebat in arcem
Diua gradu: aſt illi confertim ſtrage cadebant.
Sic ait, & tremefacta nouus per pectora cunctis
Inſinuat pauor, & uiridis ſe pallor in ore
Alitherſes augur dehortatur. *Oſtendit. ſapiens Alitherſes incipit heros*
Maſtorides ſenior: norat namq; omnia ſolus,
Quæ fuerint unquam, quæ mox uentura trahantur.
O ciues Ithacæ, mea nunc mea figite dicta.
Veſtro equidem errore hæc crudelia facta per arcem
Edita: uos horum caput, & uos cauſa malorum.
Non mihi perſuaſi ceßiſtis, Mentore nunquam
Conſultante piè gentis rectore feroces
Conſilia audiſtis, natos ueſtrosq́; nepotes
Hortando, ut fugerent inſanæ mentis amorem,
Stultitiamq́; feram. nunc ergo libidine magnum
Admiſere ſcelus, tot opes præſtantis Vlyßis
Abſumpſere diu, regis connubia ſæui
Coniugiumq́; pium nullo ſine honore ſequuti
Indecores famæ tam caſtæ coniugis inſtant,
Quem nunquam in patriam rediturũ naue putarant.
Nunc ea geſta uiri quæſo mihi credite Graij,
Quæ narro. ſocij ferro ne cedite contrà.
Ne quis forté malum maius ſibi ſentiat armis,
Aſciſcatq́; ſibi cladem. tunc orta tumultu
Ingenti inuadunt maior pars agmine facto,
Ithacenſium in Laertis agrum irruptio. *Ac plus quàm media inſurgunt, fremituq́; ſonantes*
Seditione citò facta conſiſtere cuncti
Audebant pariter. neq; enim pia dicta probarant,
Sed

Sed parêre nolunt Eupethi marte furenti.
Itur in arma igitur, ſubitóq; horrentia tela
Corripuere manu, ſplendor quoq; lumina uiſus
Obfuſcabat atrox ferri. tunc agmine denſo
Collecti ante urbem latam: dux improbus illis
Eupethes fuerat: Quæ te dementia cepit,
Vlturum dum te clamas quoq; funera nati,
Nec rediturus eras tanto diſcrimine rerum,
Sed te fata manent eadem, cæſusq; iacebis.
Ergo Iouem Pallas ſummo compellat Olympo:

Exclamatio in Eupethea.

Dic pater altitonans, Saturni maxima proles,
Qui nubes cogis regnantum ſumme deorum:
Quæro etenim cæco quam uerſes pectore mentem:
An' ne prius bellum facies, & prælia dura:
An' ne ambos inter populos modò fœdera pones,
Pectus amicitiæ firmans. tum Iuppiter inquit,
Qui trahit obſcura percurrens aera nube:

Pallas a Ioue rei euentum ſciſcitatur.

Nata quid hæc quæris? num tota mente petiſti
Conſilio inuento, ut ueniens iam dius Vlyſſes
Illos proſternat letho? tua, nata, uoluntas
Succeſſu utatur: uelut optas, fœdera certa
Percutiant illi. poſtquam bellator Vlyſſes,
Cæde procos uicit, ſemper dominabitur oris.
Hos quoq; fatorum ſerie iam funera natum,
Atq; obliuiſci cædes dira agmina fratrum
Cogemus, uelut antè quidem, ut ſe fœdere firmo
Diligere, & placida poſiti iam uiuere pace
Suſtineant alacres, pacis reuerentia cunctis
Diuitiæq; bonæ ſuccedant omine læto.
Sic ait, ac mouit diuam nunc ire parantem.

Iupiter Palladi.

Protinus illa ruens excelſi culmen Olympi
Deſerit. interea ſeruis rex ueſcitur horto.
Talia dicta ſuis hic tum dedit orſus Vlyſſes,
Curarum patiens: Noſtris ſpeculator ab agris
Hinc aliquis curſu contendat, an agmina cernat
Approperare armis. Dolij tum maxima proles
Iliſſus abijt iuuenis, quà ſeſe ſtrata uiarum
Diſcernunt, omnesq; armis hic ilicò curſus
Tendentes uidit, properansq; affatur Vlyſſem:
Aduentant hoſtes, ferro accingamur & armis:
Sic ait. aſt illi moti ſubita arma capeſſunt,
Induti ferro, quatuor latera ardua Vlyßis
Claudebant, alia Dolij de parte feroces
Sex iuuenes armis. Laertes ipſe ſenecta
Debilis, & Dolius pariter concurrere in arma,
Cum res dura uocat, quanquam iam tempora circum
Canitie albentes, poſcunt certamina belli.
Vt uerò induti fuerant ſplendentibus armis,
Parua cohors portis currens ſe fundit apertis
Sub duce Dulichio: quis diua ſuperuenit armis
Nata Iouis Pallas, corpus mentita Pelaſgi
Mentoris, huic ſimilis fuerat uocemq; coloremq;.
Hac uiſa ſubitò fortis lætatur Vlyſſes,
Telemachumq; uocans inquit: Chariſsima proles,
Primus ini pugnas, aciemq; inuade ruentum,
Bellantumq; globos, dudum mihi uelle uideris:
Vt qui ſint fortes, paribus cernantur in armis.
Ne genus infames maiorum, & facta parentum
Dedecores, animo repetas exempla tuorum,
Qui quondam cunctis animis & robore terris
Ac uirtute

Iliſſus hoſtes aduentare nunciat.

Pallas ſuppetias Vlyſſi uenit.

Vlyſſes filium in hoſtes incitat.

Ac uirtute alta clari,& præſtantibus armis
Floruimus toto bellantes fortiter orbe.
Telemachus dictis contrà eſt ingreſſus: In iſto
O genitor cernes,ſi uis modò,pectore uires,
Et uirtutem animi,nec turpem reddere gentem,
Nec generi indecorem ueſtro,nec fama feretur
Noſtra leuis,tantiq; aboleſcet gloria facti.
Sic ait:& ſenior Laertes pectore gaudens,
Exultansq́;,O lux,inquit,clariſſima,quæ nam
Iſta dies?equidem lætor.uos numina diuûm
Vos ueneror uotis patriæ.Dij,quantus Vlyſſes,
Atq; nepos pariter columen uirtutis adepti
Contendunt de laude ſimul.tum Pallas adorta
Aſtitit,& uoluens hic cæſia lumina fatur:
O Arceſiade inter memorande ſodales,
O dilecte mihi ante alios,nunc uota Mineruæ
Atq; Ioui ſupplex patri tibi concipe mente,
Et tunc immittas impulſam uiribus haſtam.
Sic ait,& uires inſpirat Pallas ad arma.
Ille diu ſupplex diuæ prece numen adorat.
Mox haſtam iacit,& miſſam contorquet in hoſtes
Fortis,& Eupethem ualido tranſuerberat ictu
Per galeam ære grauem circum caua tempora nexã.
Quæ non ſuſtinuit iaculum, tranſiuerat æra
Cuſpis, & hinc ſanguisq́; rubens animusq́; ſequũtur,
Corruit in uultus, ſonitum ſuper arma dedere.
Dat tellus gemitum, & clypeum ſuper intonat ingẽs.
Propugnatores inter bellator Vlyſſes
Prima acie ſtando,prolesq́; ab Vlyſſe creata
Inclyta Telemachus,edebant funera ſtrage

Laertes filij & nepotis uirtutem admiratur.

Pugna Vlyſſis in agro cõtra Ithacẽſes.

Enſibus,atq; haſtis,acies utrinq; ſecabat
Cuſpidis.hic illi cunctos Acherontis ad undas
Miſiſſent cæſos pugna,lethoq; dediſsent,
Ereptosq; Ithacis reditus in tecta negaſſent,
Vltimus ille dies generi gentiq; fuiſſet:
Ni Iouis Aegiochi ſoboles Tritonia Pallas
Clamorem extollens,omnem traxiſſet ab armis
Voce ſua populum: Ciues arcete rebelles
Luctificum bellum,pugnaq; abſiſtite dira,
Vt ſine funeſto dirimantur prælia tabo.
Sic ait,atq; illis coit in præcordia ſanguis,
Pallor & ore metus campis inuaſerat agmen.
Dumq; tremunt,manibus ceciderunt arma cruentis
Lapſa ſolo,ſonitu ingenti clamante Minerua.
Tunc urbem repetunt patriam,cupidiq; ſalutis
Corripuere uiam retro.Sed uictor Vlyſſes
Horrendum exclamans,uictricibus ocyus armis
Irruit inſultans.ceu aquila æthera concita motis
In ſublime uolans ſtrepitu petit ardua pennis,
Cum tonitru altitonans ardentia fulmina miſit,
Ante pedes natæ cecidere potente creatæ
A' genitore deæ,cui cærula lumina fronte
Splendeſcunt.conuerſa dea hic affatur Vlyſſem:
O Laertiade proles Iouis inclyta bello,
Deſine iam tandem triſti contendere pugna,
Aequaliq; uirûm ceſſetur marte,nec arma
Vlla moue ulterius:ne te indignatus ab aſtris
Horrendo crepitans ſonitu conterreat.illa
Sic effata:animo exultans parebat Vlyſſes.
Tum Pallas iterum corpus mentita ſenilis

Vlyſſes & Telemachus omnes peremiſſent, niſi Pallas bellũ diremiſſet.

Fulmẽ de cœlo.

Men-

Mentoris,huic ibat ſimilis uocemq́;,coloremq́;,
Inter utroſq; Iouis proles in ſecula leges Pax inter Ithacenſes & Vlyſſem æterna fit.
Aeternas poſuit,pacemq́; & fœdera iungens.

FINIS ODYSSEAE HOMERI,
Simone Lemnio Emporico Rheto
Cano Interprete.

HOMERI BATRACHOMYOMACHIA, HOC EST, Ranarum ac murium pugna: Simone Lemnio Emporico Rheto Cano Interprete.

IN noua Pegaſeo ductas Helicone ſorores Inuocatio
Vota uoco ſupplex, ſacro & mihi monte dearum
Voce chorum precor incipiens: deſcendite Muſæ,
Inq; meum faciles pectus modulamina cantus
Mittite. Namq; nouos deducere carmine uerſus Propoſitio
Ordiar,inq; genu poſitam exercere camœnam.
Arma canam & pugnas ſæuas,ac plena tumultu
Martis opus diri ſtridens horrentia bella,
Fert animus ardens cunctis demittere ad aures.
Hinc canere incipiam,ut mures præſtantibus armis
Ante alios lecti dura concurrere pugna

Sunt auſi quondam, ranasq; inuadere bello,
Et quibus impetibus ruerint in prælia tanta,
Phlegræis campis imitati bella gigantum
Edita terrigenûm, ceu quondam fama per oras
Inter mortales fuerat. quæ cauſa tumultus,
Horrendiq; feram repetens exordia Martis.
Mus quondam ſitiens odioſa pericula felis
Narratio ducta per cauſas, cur mures bellum ranis intulerint.
Fugerat, atq; ſitim rabido collegerat æſtu.
Vtq; lacus liquidos, & ſtagna propinqua per arua
Contigit infœlix, teneramq; in littore barbam
Deponens hilaris dulcem oblectatus ad undam,
Feſſus arenoſi laticem bibit ore liquoris:
Conſpicit hunc ingens, quam candida fama ferebat,
Quæq; lacus iuxta degebat læta paluſtres,
Limnocharis, reflui clariſſima gloria ſtagni,
Rana loquax undis. tum ſic ad littora fatur:
Limnocharis rana ad murium regem Pſicharpaga.
Huc ades ô hoſpes, quis es? unde ad curua paludis
Littora ueniſti? qui te genuere parentes
Tam clarum? mihiq; hæc ediſſere uera roganti,
Ne te mendacem, uanæq; hic uocis amantem
Percipiam. ſi tu fueris quoq; forſan amore
Dignus amicitiæ, te ducam in tecta benignè,
Hoſpitijq; feram tibi plurima munera noſtri.
Sum rex Phyſignathus, qui ſtagna undantia circum,
Perq; lacus regno, liquidis cultiſſimus undis,
Qui tumidus malis ſonitu perterreo lymphas.
Dux ego ranarum ſemper feror eſſe, paluſtres
Inter aquas celebris. quem quondam littore Peleus,
Hydromeduſa tibi mater generauit ad altas
Eridani ripas dulci commixtus amore.

Vndarum

Vndarum genitrix floret regina per arua.
Te quoq; ſceptrigerum regem, pugnæq; ſuperbum
Bellatorem armis præſtanti corpore celſum,
Ante alios fortem uideo. genus ergo recenſe
Voce tuum clara. breuiter reſpondit, & ore
Pſicharpax infit: Noſtrum ſuper æthera notum Pſicharpax genus ſuũ iactat.
Quid genus inquiris, cunctis mortalibus unum
Et clarum ſuperis, auibusq; uolantibus alto
Aerijs cœlo? Pſicharpax nomine dicor,
Magnanimoq; ſatus quondam Troxarte parente.
Eſt mihi Lichomyle mater, de rege creata
Pternotrocte olim celebri. me fudit in agro
Sub tuguri tecto, & teneris nutriuit ab annis.
Illa nuces uirides, ficusq; ſub arbore dulces
Ore legens, uarias eſcas referebat ab aruis.
Qui tibi me ſocium iunges non æqua petentem?
Diſsimilem natura facit. tibi uita ſub undis:
At mihi conſuetum, facilem conquirere uictum,
Et quaſcunq; licet raptas mortalibus eſcas
Conuehere. At panis Cereris ter fruge ſubactus,
Ter quoq; piſtus aqua non me latet, inq; caniſtris
Lecta Ceres eſca non me fugit ulla rotundis,
Nec ſiſamida ferens crebram prælata placenta.
Nec liquidæ pernæ pinguentia fruſta, nec albis
Cum tunicis iecora. aut nuper dulcedine lactis
Caſeus expreſſus niuei, aut melitomata grata,
Melleq; confectas eſcas quaſcunq; deorum
Exoptant turbæ: nec, quis conuiuia menſis
Lauta coqui ornantes ollas, atq; ignis ahena
Delicijs uarijs humentia fercula ponunt.

Quin triſtem nunquam clamorem marte refugi,
Sed ſubitò in pugnas, iuiq; in prælia dura
Propugnatores inter, martemq; cruentum.
Et quamuis ferret magno geſtamine corpus,
Mortalem haud timui. uerùm audax ipſe cubile
Sæpius acceſſit propius, digitumq; momordi
Extremum, atq; pedem cepi recubantis in umbra.
Nec tamen ipſe dolor ſopitos occupat artus,
Nec dulcis morſu requies ſomnus'ue receſſit.
Aſt duo per cunctas metuenda pericula terras
Orbis ego paueo trepidans immaniter alas
Accipitris, campis extenſas aere lapſi:
Atq; pedes uncos, & ſæuæ guttura felis.
Qui mihi ſæpe feros luctus & damna tulere.
Hinc laqueos triſtes metuo, fraudesq; latentes,
Muſcipulamq; leuem, gemitum & ſuſpiria dira
Ducentes ſecum. ſæpe hic crudelia fata,
Sæpe doli mortis latuerunt, machina ſæua
Sæpe fuit letho. inprimis tamen horreo felem,
Strenua quæ dubio per curua foramina greſſu
Intrantem quærit, ſcrutans anguſta per antra.
Nulla eſca muribus eſt circa herbas. *Non edo, ſi neſcis, raphanos, caulesq; uirentes,*
Braſſica nulla mihi, non ulla cucurbita dulcis.
Non uiridi beta, apijs non paſcor ab hortis
Ereptis. uobis ſunt hæc per ſtagna, lacusq;
Gratæ epulæ. tum ſic ridens Phyſignathus infit:
Phyſignathus rana muri. *Multa quidem ô hoſpes faris de uentre ſuperbe,*
Quo te plus æquo iactas, & littore noſtro,
Et mediocris aquæ lacubus, ſtagnisq; recuruis,
Multa quoq; & terra creſcunt mirabile uiſu.

Namq;

Namq; deus ranis uitam per ſtagna creauit, Ranarum uita, uictusq́.
Et dedit eſſe in aquis,æuumq́; agitare ſub undis,
Perq́; ſolum pariter.terraq́; undaq́; liquenti,
Paſcimur,hanc nobis conceßit Iuppiter altus.
Vita eadem terris,atq; undis abdere corpus,
Et ſaltare ſolo uiridi. iuuat eſſe ſub undis, Ranarum ſtudiũ cõmẽdat.
Et modò tota caua ſubmergere membra palude,
Nunc proferre caput,ſummo modò gurgite nare,
Sæpe ſuper ripam ſtagni conſiſtere,ſæpe
In gelidos reſilire lacus,limoq́; latêre.
Si cupis,hæc cernes,licet hæc didiciſſe uolenti,
Et datur & fas eſt.tergo te rana patenti
Sublatum excipiam, tuq́; hærens corpore toto
Te teneas, lætusq́; intrabis tecta petita,
Atq; caſas noſtras.ſic dicens rana reſultat,
Et nunc colludit,uiridiq́; exultat in herba,
Nunc latus in fuluis maculoſum ponit arenis.
Paulatimq́; metu dempto,modò tergora præbet
Inſilienda illi.mus hic conſidere dorſo,
Neſcius heu fati pelago,ſortisq́; futuræ,
Et iam Phyſignathus ſalienti terga repanda Phyſignathus hortatur Pſicharpaga murem, ut tergo natantis ſe committat,ac ſic lacum traiiciat.
Exhibuit muri,ſeq́; inijcit ille,manusq́;
Implicat hærendo tenera ceruice natantis.
Ac primò liquidis mus oblectatur in undis,
Donec uicinos aſpexit littore portus,
Phyſignatho gelidas lætatur nante per undas.
Tum rana à terra ſiccoq́; à littore ſenſim
Tarda pedum primò ueſtigia ponit in undis.
Inde abit ulterius , mediæq́; per alta paludis
Aequora fert prædam , & tacitis ſubremigat undis.

Mus pauet ablatus,littuſq; pauore relictum
Reſpicit,& dextra collum tenet,altera dorſo
Impoſita eſt,ſpumis ceruice pependit aquarum.
Iamq; procul ſtagno fluitabat pondere rana,
Purpureiſq; lacus ſubmergi cœpit in undis
Impoſitus tergo,ſinuantur flamine crines,
Illacrymanſq; uadis flebat.tum deniq; fruſtra
Pœnituit facti,multum ſe incuſat,& aſpras
Corpore uellebat ſetas,& crura recurua
Atq; pedes ſtringens diſtendit uentre per undas,
Palpitat exhorrens tremebundus pectora morte.
Haurit corda metus ſæuus ſine more recuſſa.
In terramq; oculos fruſtra uertebat,& uſq;
Aſpiciebat humum,ducens ſuſpiria mœſta.
Ingemuit triſtis gelida formidine preßus,
Pectora turbatus.tum protinus intima frigus
Oſſa receperunt,buxoq; ſimillimus ora
Pallor obit,lacrymiſq; genæ madaere profuſis.
Ac primùm caudam medijs extendit in undis
Ponè aptans,ueluti remus lentatur in unda,
Multa deos ſupplex orans ad littora ferri,
Atq; ſubire piam terram,ſedeſq; parentum,
Atq; optabat humum patriæ tetigiſſe uirentem.
Iam quoq; purpurea ſubmergebatur in unda,
Clamores ſimul horrendos ad ſidera tollit.
Ter conatus erat,ter fletibus ora rigauit,
Singultuq; ſuas interrumpente querelas.
Tunc tales uoces miſerabilis edidit ore:
Non ſic quondam humeris portauit taurus amoris
Nobile pondus aquis,liquidas cum ducta per undas
Virgo

Pſicharpax dolet ſe a littore auectum in mediā paludem.

Exclamatio muris in medio lacu.

Virgo Europa fuit, Dictæaq; rura ſequuta eſt,
Quando illam taurus Cretæas uexit in oras
Per medios fluctus: ceu me quoq; rana coaxans
Ad ſua tecta humeris geſtat, dum remigat æquor,
Et uiride extollit cana ſibi corpus in unda.
Ecce improuiſus crudelibus orbibus anguis
Horrenda apparens liquido ſpectacula fluctu
Vtriſq; emicuit capite, & ceruicibus altis
Eminet, atq; inter fluctus arrecta ſtrepentes
Exuperant undas reſonantis pectora ſtagni.
Quo uiſo, celeres ſubijt Phyſignathus undas,
Nil meditans ſecum, qualem deſereret altis
Heu ſocium lacubus. ſe immerſerat ergo profundos
In ſtagni fluxus, deſerto pondere rana,
Parcarum euaſit nigrantia fila ſororum.
Aſt ille infœlix cecidit reſupinus in undam
Deſertus medio fluctu, moriensq́; gemebat
Stridenti ſonitu, & ſtringebat uortice palmas.
Sæpe ſubibat aquas uerſus, & ſæpe remergens
Calcitrat: at nullo poterat conamine fatum
Euitare miſer. madefactæ gurgite ſetæ
Pondere merguntur nimio, corpusq́; trahebant.
Tum moriens undis tales è pectore uoces
Edidit: Haud diuos falles pro talibus auſis,
Ipſe lues dignas quondam Phyſignathe pœnas,
Dum tibi deijcior celſo de corpore in undas
Naufragus, ut præceps ſpecula defertur ab alta.
Nec me tu melior ſuperaſſes perfide terra
Pancratio, & lucta forti, curſuq́; per arua:
Sed me fruſtratus merſiſti ſæuus in undas.

Hydrus lacu emergês, cauſa fuit interitus muri.

Pſicharpax lacu extinctus rana fugiente.

Inſunt morientibus præſagia: ut in Hectore de morte Achillis.

Sed deus ultor erit, ultricia lumina diuûm,
Vltrices oculos geſtant quoq; numina cœli.
En de te, neq; enim effugies, exercitus omnis
Muribus infeſtis pœnam cum ſanguine ſumet,
Hæc ſic uociferans, media expirauit in unda.
Mollibus in ripis reſidens hunc uidit amarus

Lichopinax, a lãbẽdis quadris dictus, defert nũcia extincti regis

Lichopinax procul hinc lamentans littore toto,
Hic ululauit iners, ploratu ſtagna reſultant.
Tum ſubito curſu tam triſtia nuncia deffert
Muribus allatus. poſtquam crudelia fata
Percepere ducis, grauis ira inuaſerat omnes.
Exarſere æſtu cuncti. placet ire ſub ortum
Auroræ roſeum legatos undiq; campis,
Concilium magnum regis, primosq; ſuorum
Imperio accitos alta intra limina cogant,
Troxartæ liquida patris infœlicis in unda
Extincti nuper nati Pſicharpagos alti,
Qui per ſtagna natans reſupinus flebile corpus
Voluebatur aquis, lacubusq; exangue cadauer:
Nec iuxta ripas, medio ſed in æquore nabat,
Tethyos undiuago cum ſe fert gurgite Titan.
Vix Aurora ſuo rubeſcerat æthera curru,

Murium concilium, & cõiuratio in ranas.

Olli conuenere, fluuntq; ad regia plenis
Tecta uijs. ſedet in medijs & maximus æuo,
Et primus ſceptris haud læta fronte, reſurgens
Troxartes, ob cædem irarum fluctuat æſtu
Crudelem nati, ſolio rex infit ab alto:

Oratio Troxartæ ſuaſoria.

O ſocij, quanquam ſolus tot adire labores
Suſtinui infœlix, ſæuis diſcrimina ranis
Sola mihi ſemper metuenda, & fata per undas:

Attamen eſt cunctis ſors hæc communis Erinnys
Muribus,atq; bonis ranæ communibus obſtant.
Præcipuè ipſe miſer, qui lecti pignora chara
Heu ternos natos amiſi germina gentis.
Primùm,equidem horreſco,crudeli funere fœlis
Merſit acerba lues,generiq; inuiſa parentum,
Quem raptum longè extra incurua foramina traxit.
Deinde alium ſæui ſub triſtia fata tulere
Fraude uiri cæca, ſceleriſq; inuenta doloſi
Machina crudelis ligno contexta per artem,
Muſcipulamq; uocant,laqueoſq; inimica per arua,
Muribus una lues cunctis communis Erinnys
Pernicieſq; furit.iam nuper tertia proles,
Quam mihi Phyſignathus ducens in gurgitis undas
Extinxit nuper,per ſtagna loquacia rana,
Heu dilecta mihi,& celebratæ nomine matri,
Hei mihi Pſicharpax iacet ingens æquore funus.
Quare agite ô ſocij,nunc bello armemur in ipſas
Egreſſi ranas caſtris,præſtantibus armis
Induti corpus uariè.ſic dixit,& arma
Sumere perſuaſit cunctos.Mars horridus ære
Concitat in pugnas,diri cura impia belli.
Ac primùm leues ocreas circa biſpida crura Murium armatura.
Deduxere fabis,ſiliquiſq; uirentibus agro,
Quas fregere aruis lentas,atq; arte pararunt
Arma,fabas fera campis ſub nocte uorantes,
Aſtiterant acies.calamis thoracas ab aruis
Euulſis,corioq; obductos undiq; denſo
Feli direpto,quàm mures nuper acerbi
Excoriare.cutis ſummos diuulſa per artus,

Nec

Si qua tenet generis celebris fiducia ueſtri.
Sic ait, & ſubitò ranarum euanuit ore.
Vtq; ſonus triſtis ranarum contigit aures,
Verbaq; legati turbarunt corda ſuperbæ
Stagnorum genti, multum incuſantibus ipſum
Vndiuagis regem ranis, flagrante tumultu,
Phyſignathus ſurgens prorupit pectore uocem:
O ſociæ ranæ, non merſi funere murem,
Occidi'ue lacu, aut morientem littore uidi:
Sponte extinctus aquis perijt, dum ludit ad undas
Circa ſtagna iocos imitatus membra, natatus
Edens ranarum liquidos, curritq; per undas.
Inſontem nunc me accuſant, & crimine damnant
Crudeles mures. Quare uos hortor ad arma.
Conſulite in medium, bellumq; inuadite ranæ,
Vt diros mures perdamus fortiter armis.
Namq; effabor ego mihi quæ ſententia conſtat,
Quid'ue animo ſedit, ſeu quid magis omnibus unum
Vtile, munitæ ſtemus ſplendentibus armis,
Et ferro accinctæ, cingamus littora cunctæ,
Atq; lacus iuxta ſummas in ceſpite ripas
Armis inſtructæ ſiſtamus ſigna feroces.
Quà præceps locus exurgit, uiridansq; crepido.
Vt cum præcipites ueniunt, magnisq; feruntur
In nos impetibus, galeasq; apprendere dextris,
Atq; iubas ſubitò conantur in agmine mures,
Hic quicunq; ſuis contrà contenderit armis,
Ipſos turbemus liquidas in gurgitis undas,
Inq; lacus gelidos armatos undiq; ripis
Cum ferro pariter mergamus in alta paludis

Phyſignathus in ſenatu ranarum ſe defendens obiecta cõfutat.

Conſultatio.

Phyſignathi ſtratagema.

Aequora ſpumiferæ. ſic cunctos deniq; cano
Ignaros nandi mures extinguere fluctu
Poſſumus, & uitam medijs auferre ſub undis.
Tum ſubitò campis figemus læta trophæa,
Muribus occiſis ingenti ſtrage per arua.
Sic ait, & cunctas lucentibus induit armis.
Maluarum folijs denſiſſima crura tegebant.
At beta latos uiridi thoracas habebant,
Et denſis caulis folia arctant undiq; ſcutis.
Proq; haſta fuerat prælongus acumine iuncus.
Pro galeis tenues cochleæ capita alta tegebant,
Tegmina tuta ſibi. ſic armis marteq; ſtructæ
Ornantes uarijs uiridantia corpora telis,
Altis conſtiterant ripis, haſtasq; uibrabant,
Exultantq; animis ranæ. cum Iuppiter altus
In cœlum aſtriferum diuos uocat, agmina denſa
Bellaq; multa ſolo per littora curua paludis,
Et bellatores præſtanti corpore campis,
Innumerosq; armis haſtilia longa ferentes
Cœlicolûm oſtendit turbæ, & certamina ſæua,
Qualis Centauris ingens exercitus olim,
Anguipedumq; acies quondam Phlegræa Gigantum,
Ibat ouans agro uarijs exercitus armis,
Tum ſuaui quærit riſu: Socia agmina ranis
Quis deus adiunget, quis'ue auxiliator in arma
Deſcendet, ſiue auxilium iam muribus aruo
Adferet? ac natam compellat Pallada dictis:
Muribus ecquid opem latura es candida nata,
Accedens pugnas: ſaliunt per tecta proterui,
Et delubra tibi circum, ſemperq; iocantur,

Armatura ranarum.

Deorum concilium.

Murium ac ranarum exercitus Centauris & Gigantibus cõparat.

Iouis facetiæ.

Se oblectantq́; cibo, ſacro & nidoris odore.
Sic Cronides dixit. dictisq́; ingreſſa Minerua:
O' pater, haud unquam ſceleratis muribus ibo
Subſidio, quanquam ranis uexantur aquoſis.
Namq; mihi toties nunc illuſere feroces,
Et ueluti peſtes uariæ mihi damna dederunt.
Hei mihi, florigeras quoq; deſtruxere coronas,
Ornatusq́; meos, oleumq́; & lampadas ignis
Læſerunt triſtes. & quæ me cura remordet
Præcipuè, atq; ira uexat præcordia ſæua,
Et ſcelus hoc auſi, peplum roſere rigentem,
Quem quondam texens percurri pectine, tramam
Inſertans tenuem, tenui quoq; ſtamine neui.
Inſerui multum radijs ſubtegmen acutis,
Brachia docta mouens, ſtudio fallente laborem.
Hoc mihi pallentes fecere foramina mures.
Nunc urget ſarctor, qui fœnora poſcit auarus.
Hac cauſa indignor. neq; enim, quo reddere poßim,
Iam ſupereſt, ſiquidem ſubtexens mutuò cepi.
Nec gelidis etiam tamen hinc ô Iuppiter ibo
Subſidio ranis. quid inertia corda ſub undis
Ranarum curem? nulla eſt conſtantia mentis.
Vix lacus eſt tanti, totoq́; in littore ranæ.
Me quoq; defeßam redeuntem littora circum
E' bello, & requie dudum ſomnoq́; carentem,
Cum dulci cuperem corpus laxare ſopore,
Clamoſæ inſanos tenebris mouere tumultus,
Vt non exiguo uel claudere lumina ſomno
Me ſinerent ſtrepitu. inſomnis ego nocte iacebam,
Aegra caput flexum: donec criſtata uolucris,

Palladis oratio, qua oſtendit ſe nec muribus nec ranis opem laturam eſſe.

Emittens

Emittens uocem cecinit ſub culmine gallus.
Ergo age ſuppetias iſtis ueniſſe negemus,
Nec ferat ullus opem tali ſub marte deorum,
Ne quis ut hic ueſtrûm uioletur acumine teli,
Dehortatio. Et capiat uulnus.nam pugnant cominus armis:
Vel ſi animis contrà ſe ferret turba deorum,
Pugnaret'ue deus,ferroq; & cuſpide longa.
Sed potius liquido ſpectemus prælia cœlo,
Atq; oculos tanta paſcamus in æthere pugna
Oblectati animis.dicenti talia parent.
Conuenere loco cuncti ſimul aere diui,
Inq; unam ſedem properabant agmine denſo:
Tum duo præcones,belli quoq; ſigna ferebant,
Accedunt,rauco ſtrepuerunt cornua cantu,
Culices tubicines claſſicum canunt. Hicq; tubas magnas culices clangore tenentes
Inſonuere feræ pugnæ,belliq; tumultus
Exorſi ſtrepitum.hinc horrenda tonitrua martis
Demittens natus Saturni clarus Olympo,
Signa dedit.primus turmas inuaſit agreſtes
Prælium cõmittitur. Hypſiboas,ueniens Lechenora uulnerat haſta,&
Horrendum clamans,per uentrem traijcit altum,
Aere iecur gelido,dum ſtaret in agmine primo
Propugnatores inter,qui lingere caudam
Aſſuetus fuerat,pronus cadit ore,remordens
Cæſus humum,& teneros fœdans in puluere crines.
Poſthunc Troglodytes iaculatur ab agmine telo
Peleona ferum,traiecto pectore fixa eſt
Fræcinus,aſt illum mors occupat atra cadentem,
Atq; animam tenues fugientem fudit in auras.
At Seuthæus atrox tranſacto corde peremit

Embæ

Embaſichytron aquas iuxta, ceu littore truncum.
Artophagusq́; Polyphonum trans ilia fixit.
Ille cadit præceps, animusq́; uolauit in auras
Diſcretus membris. morientem ut uidit in aruo
Limnocharis ſocium, quæ ſueuit gaudia circa
Stagna lacus ſaltu tenui captare ſub umbra,
Troglodyten ſaxo præcurrens alta molari
Occupat, & media uulnus ceruice cruentum
Fecit. at huic tenebræ clauſerunt lumina nocte.
Protinus obſeruans ſplendenti immanior haſta
Lechenor bello pugnax, & lingere caudam
Impauidus, faucesq́; atras euadere felis.
Occurrit, teloq́; iecur tranſuerberat acri,
Nec iaculo errauit. quo uiſo, ſaltat ab altis
Crambophagus ripis, fugiens in ſtagna profunda, Crambophagus a horandis caulibus & braſſicis.
Nec tamen euaſit: namq; illum fixit in undis.
Concidit infœlix, nec reſpirare dabatur.
Atq; lacus tincti rutilante cruore fluebant.
Illeq; porrectus iacuit ſub littore curuo,
Sanguine uenarum motu ſaliente per artus,
Incita pulſabat gelidus cruor ilia fluxu.
Tyroglyphon ripis ſpoliat Limneſius altis,
Pternoglyphumq́; uidens Calaminthius horruit ingẽs,
Inq́; lacum ſalijt fugiens inglorius armis
Proiecto clypeo, & ſe condidit ipſe palude.
Sed tamen Hydrocharis regem confecit atrocem
Pternophagum, melior, coniecto pondere ſaxi
Sinciput in medium: cerebrum ſtillabat ab altis
Naribus, & rubeo tingebat ſanguine terram.
Armis egregium deiecit Borbarocœten

Lichopinax, haſta ſurgens, caligoq́; denſa
Morte oculos texit. pede traxit Cniſſodioctem
Praſſophagus uiſum, colloq́; inſiſtit, & hæret,
Inq́; lacu extinxit pulſa ceruice paluſtri.
Pſicharpax ſocios ultus ſub marte caducos,
Peluſium ferijt tumidi trans ilia uentris:
Haſta iecur fixum penetrauit. at ille cruentus
Ante oculos cecidit, petijtq́; Acherontis arenas
Spiritus infernas. quo uiſo iecit in ipſum
Cœnum Pelobates tepidum, limoq́; maniplum
Exceptum liquido, frontemq́; perunxit ouantis,
Ac fermè excæcans ſpoliauit lumine murem.
Aſt ille iratus ſaxum circumſpicit ingens,
Saxum antiquum ingens, campo quod fortè iacebat,
Pondus agri culti, ſpacium per inane recuruum,
Ille manu raptum ualida torquebat in hoſtem,
Pelobatenq́; genu ſubter percuſſit euntem.
Totaq́; crura labant, infractaq́; tibia dextra.
Corruit ille cadens reſupinus puluere in alto.
Craugaſides ultor uibrans contendit in illum,
Per medium ferijt uentrem, traiectus acutus
Iuncus ei totus penetrauit ad intima telo,
Iliaq́; in terram ceciderunt cuncta refuſa,
Atq; manus iuxta cruor eſt haſtile ſequutus.
Vt uidet horreſcens in ripa fluminis alta
Sitophagus, claudo diſcedit ab agmine greſſu.
Namq́; pauore metus trepidat, belloq́; recedit,
In foſſam corpus ſaltu demiſit aquoſam,
Interitum fugiens & triſtia fata per undas.
Hinc quoq; Phyſignathum Troxartes impulit audax,
Perq́;

Crambaſides alii legunt, quod cauliũ ſpeciem colore referat, uel quod per caules tendat.

Perq́; pedem ſummum ferijt, quo uulnere tardus, Prima uictoria murium.
Infirmusq́; labans ſubitò de margine ſaltat,
Inq́; lacus fugiens reflua ſe condidit unda.
Quem poſtquam uidit nondum hic occumbere telo,
Semianimemq́; diu, poſtquàm prolapſus adhæſit
In ripa ſtagni, curſuq́; & uiribus acris
Irruit, atq; neci rurſus demittere tentat.
Aſt ut ſeminecem liquidas Praſſeus ad undas
Vidit proiectum, currens per tela, per hoſtes,
Propugnatoresq́; inter, martisq́; tumultus
Aduolat, ac rapido curſu media agmina rupit,
Inq́; illum iuncum fortis iaculatur acutum.
At non infœlix clypeum tranſuerberat haſta,
Verùm acie affixa eſt, ſummoq́; umbone pependit.
Ecce inter mures iuuenis præclarus arena
Exuperans alios animis, belloq́; ſuperbus,
Qui ualidis acie pugnabat cominus armis
Artepibuli acris proles præſtantis, & ipſe
Dux populi fama clarus, terrorq́; per oras
Aequiparans martem Meridarpax, inclytus agmen Meridarpax omnium murium fortiſſimus.
Ducebat, iuuenes inter pugnare peritus
Solus erat, longè princeps fortiſſimus armis.
Conſtitit ille lacus iuxta, & liquidiſſima ſtagna
Ante alios longe tumidus, pugnaq́; ſuperbus,
Exultans animis iactabat uoce tremendus
Se bellatrices ranas, genus omne natantum
Depopulaturum hic, ranarum funere ſæuo,
Ac deleturum cunctos à ſtirpe nepotes.
Feciſſetq́; equidem, quoniam præſtabat in armis,
Viribus immanis ſpirans iam robora martis,

Ni rex uidiſſet procul hæc hominumq; deûmq;,
Sub toto miſerans perituras littore ranas.
Ergo caput quaſſans, tali eſt tum uoce loquutus:

Iouis cura pro ranis.

O`Dij, quàm facinus magnum, & mirabile dictu
Martis opus uideo. Meridarpax margine ſtagni,
Atq; lacus iuxta ſtupefecit pectora noſtra.
Nec mediocre mihi perculſit corda trementi.
Inſultans alacris ſe iactat littore toto,
Miſſurum letho ranas. aſt Pallada fortem,
Et Martem indomitum, belliq; per arma tumultu
Pugnacem, cœlo ſubitò mittemus ab alto,
Vt ſæuum à pugnæ Meridarpaga cæde cruenta
Arcere incipiant, belloq; tenere furentem.
Sic ait. ingreditur dictis Mars altus, & infit:
Iuppiter ô Cronides, ſummi regnator Olympi,
Non Pallas poterit, non ulla potentia Martis
Heu ranis mortem, & ſæuam depellere peſtem.
Sed potius cuncti ueniamus fortiter armis

Mars ſuadet tonitru ac fulmine mures arcendos eſſe

Suppetias ranis: aut tela Typhoea flammis
Magna moue cœlo, quæ quondam ſæua Gigantes
Demiſere neci, crudeli fortiter igni
Horrida tela tua, quîs & Titanas ad umbras
Pallentes Erebi miſiſti morte peremptos,
Quondam præſtantes alijs, animoq; ſuperbos:
Enceladumq; ferum uinxiſti, & dira Gigantum
Agmina agreſte genus media inter prælia fortis
Terrigenas letho ſtrauiſti. Marte loquente,
Iuppiter emittens ardentia fulmina torquet.

Iupiter tonitru terret exercitus.

Intonuit primò, & magnum tremefecit Olympum.
Terribili hinc flamma fulmen Iouis ægida quaſſans

Miſit

Miſit humũ, uoluendo undamq́; polumq́; profundũ.
Flammaq́; miſſa uolat dextra iaculantis in auras
Regis, & hic cunctos pugnantes littore mures
Terruit, & ranas perculſas undiq; caſtris
Detorquens fulmen. Sed non exercitus omnis
Ceſſauit bello, mureſq́; potenter arenis
Iam magis inſtabant, populantes agmina telis
Pugnaces ranas hoc debellare ſub aruo,
Et genus omne armis delere à ſtirpe nepotum:
Ni pater ex alto foret hic miſeratus Olympo,
Deiectas ranas. nam miſit ab æquore uictis
Auxiliatores ſtagni denſa agmina cancros. Cancri ſuppetias ueniunt ranis.
Improuiſus adeſt ranis exercitus ingens.
Incudes omnes geſtabant, terga frementes
Incuruis chelis, obliqui inceßibus, atq;
Intorti, pedites, quos oſtrea pellis obibat,
Forcipibus curuis circa ora feroci a tuti.
Oſſea membra illis, illis eſt oſſea paßim
Natura. aſt humeri rutilant, ſed terga pateſcunt,
Ingreſſu manci, tranſuerſaq́; crura mouentes
Obliſis furis: ſæuiq; in pectore uultus,
Eq; humeris cernunt diri, neruoſaq́; tendunt
Membra, feri paßim, cruſtataq́; tergora geſtant,
Atq; manus neruis duras, greſſusq́; mouentes
Octonis pedibus, bina & capita ore minantes,
Turpiter & manci, cancros dixere. ruentes
À tergo, caudas ſcindebant ore minaci, Cancrorum ſtratagema, qui mures a tergo circumueniunt.
Muribus inſtantes, dextrasq́; pedesq́; tenebant.
Haſtæ incuruantur. trepidi tunc undiq; mures
Horruerant, clauſi. nec iam amplius arma tenentes,

Terga dabant retro turpes, trepidiq; ſalutis,
Murium fuga. *Inq; fugam uerſi celerabant littore toto.*
Cum ſol occiduas currus mergebat in undas,
Quæq; die tota durarant prælia martis,
Clade ſub hac ripas fuerant exhauſta per altas.
Hæc finis fuerat fatorum, hic exitus ingens.

FINIS HOMERI BATRACHO-
myomachiæ, Simone Lemnio Rheto Cano Interprete. Anno
1549.

LECTORI.

In libro Odyſſeæ *13. locus eſt, quem poſt impreſſionem ſic mutare libuit interpreti.* Pag. 364. *uerſ. penultimo:*

Naiadumq́; domus, nymphæ ſunt Naiades *undis,*
Naiades hic habitant, quæ præſunt fontibus antri.
Intus crateræ ſunt, uiuis amphora ſaxis
Arte frequens, & apes ſub amœna rupe ſuſurrant,
Mellaq́ꝫ conficiunt uaſis, alimentaq́; ponunt.
Ad lapides intus prælongo ſtamine telæ,
Purpurea hic iuxta texebant lintea nymphæ.

BASILEAE, EX OFFICI-
na Iohann: Oporini, Anno ſalutis
humanæ M. D. XLIX. Men-
ſe Septembri.

AO1
1465221

A01 1465221